Србски споменици Млетачкогъ Архива.

ACTA ARCHIVI VENETI,

spectantia

ad historiam Serborum et reliquorum Slavorum meridionalium.

Collegit et transcripsit

Dr. **Joannes Schafárik,**

in lyceo principatus Serbiae Belgradensi professor p. o. etc.

Fasciculus I-mus

continens primas tres centurias.

(Primum typis editas in scripti periodici societatis litterariae Serbicae Glasnik, tomo XI et XII.)

BELGRADI

in typographia principatus Serbiae

1860.

Praefatio.

Societas litteraria Serbica Belgradensis, inixe adtendens ad promovendum studium et augendam notitiam historiae patriae, omnia monumenta huc spectantia typis nondum vulgata, in suis periodicis scriptis sensim in lucem edere solet. Itaque ex maximo thesauro monumentorum historiae medii aevi, tabulario nempe potentissimae quondam reipublicae Venetae, illa quae ibidem huius generis reperiri possint, etiam in suum cupiebat reducere penum. Ideo societas obtento consensu et sufficiente auxilio regiminis Serbici et aquisito huius interventione necessario ad hoc opus gratiosissimo indultu cesareo regii Austriaci ministerii, mihi hunc laborem confidit. Qui per tempus feriarum scholasticarum annorum 1857 et 1858 in ipso tabulario, primum confeci elenchum actorum ad historiam Serbicam spectantium, existentium in voluminibus archivi Veneti, dictis: Misti del Senato, Comemorialia, Libri pactorum, Secreta consilii rogatorum, Libri Syndicatus, Liber literarum secretus Collegii, Liber plegiorum, Liber albus, et Liber privilegiorum, qui elenchus exstat typis editus in tomo X scripti periodici eiusdem societatis Glasnik dicti; deinde vero ipsa acta per extensum, et pauca nonulla breviter solummodo extracta, fideliter transscribere incepi, quorum hic sequuntur priores tres centuriae in ordinem chronologicum dispositae, quae etiam primum excudebantur in tomis XI et XII eiusdem Glasnik. Continuatio reliquarum adhuc quatvor cir-

citer centuriarum, quas habeo descriptas, eodem ordine chronologico servato, sequetur, si Deus vitam dabit, in proximis partibus eiusdem Glasnik. Quis autem et quando inchoatum solummodo laborem hunc continuabit et ad finem deducet, tempus docebit. Qui vero plura de his scire velit, inveniet nonnula in paginis tomi IX. saepius nominati Glasnik.

Belgradi, die ultimo mensis Maii 1860.

Dr Joannes Schafarik.

Ови споменици исторіе Србске, налазећи се у архиву Млетачке републике, печатани су у Гласнику Друштва Србске Словесности, у књиги XI и XII. а продужиће се у идућимъ књигама, ако Богъ да. Обширніе о њима може се читати у књигама IX и X истогъ Гласника.

У Београду д. 21. Мая 1860.

Дръ Янко Шафарикъ.

I. Anno 1225.

Влада млетачка нарећуе колико ће плаћати годишнѣ жительи Раба за острова Голи и Арта.

Ordinatum fuit per dominum ducem et eius consilium minus, tempore praeterito, concurrentibus annis domini MCCXXIIII indictione XII. mense Augusti, quod Arbenses solvant scilicet pro quaestione Golli et Arte, pro illis duobus annis, qui elapsi erant ex tunc usque ad mensem Augustum venientem, libras CCC. et a mense suprafato primo Augusto usque annos VI. ipse insulae Golli et Arte, inter dominum comitem m. et Arbensem et Arbenses comunes remaneant secundum datum eis factum a domino duce et eius consilio. Statuerunt quidem tunc dominus dux et consilium eius, et districte eis per sacramentum preceperunt, ut illas libras trecentas ex tunc usque ad proximum festum Sancti Andree mitterent domino duci et eius consilio in Venetias. Nunc autem concurrentibus annis MCCXXV. indictione XIII. dominus dux et eius consilium p. fuerunt confessi, quod dicti Arbenses illas libras CCC. soluerant comuni Venetiarum eodem anno p. indictione XIIII.

Lib. Pleg. Ch. 43. № 354.

II. 1301 30 Junii.

Млетачка влада заповеда Ядранима да гоне гусаре Омишке.

Capta: quod mittatur precipiendo comiti et consiliariis Iadre, quod ipsi arment et persequantur lignum Almisii et alios cursarios Almisii, qui essent extra vel exirent (sicut tenentur per formam pactorum) et si non tenerentur, quod arment et persequantur eos, (et nos faciemus hic solvi) et quod si expediet dominus dux et consiliarii possint expendi de havere comunis sicut fuerit oportünum.

Reg. Coll.

III. 1301. XV ind. 4 Septembris.

Млетачка влада нарећуе да се пошлю два посланика у Дубровникъ и кралѣвима србскимъ; и да галіе млетачке иду у Дубровникъ да га чуваю.

Capta: quod destinentur duo ambaxatores Ragusium et de ragusio ad dominos reges Raxie cum illa comissione que videbitur.

Capta: quod dominus dux possit comittere nobili viro Rogerio Fuscareno capitaneo galearum Culfi, quod ipse capitaneus cum suis galeis, possit et debeat ire et stare Ragusii, sicut fuerit opportunum, pro defensione dicte terre.

Capta: quod mandetur nobilibus viris Marco Michaeli et Fiofio Maureceno capitaneis galearum nostrarum, quod in reditu suo ve-

niant Ragusium et ibi maneant et faciant quod sibi bonum videbitur, pro bono negotiorum de inde, non faciendo ibi propterea longam moram, sed galee frumenti terre illius penitus veniant absque mora Venetias et habeant et respectum quem poterunt ad mercatores.

Reg. Coll.

IV. 1301. 8 Augusti.

Одређуе се плата и издае се заповестъ посланицима кои ће ићи у Дубровникъ и краљевима србскимъ.

Capta: quod ambaxatores ituri Ragusium et ad reges Rassie debeant habere pro eorum salario libras IIII grossorum pro quolibet eorum; si stabunt ultra menses II habeant libras XL. in mense pro quolibet, et si unus eorum vel ambo irent ultra Ragusium per terram ad reges vel regem, provideatur ei vel eis de expensis convenientibus. Et non possint de Ragusio redire sine nostro mandato, salvo si negotium inter Raguseos et reges foret prius aptatum.

Reg. Coll. ch. 135:

V. 1301. 14 Septembris.

Повишуе се плата посланицима, кои ће ићи кралю србскомъ Урошу.

Capta: quod sicut ambaxatores ituri Ragusium ad regem ras. Urosium, habere debebant libras IIII. venetorum grossorum, ita habere debeant libras V. grossorum,

si consilium est contentum sit renovatum quantum in hoc.

Reg. Coll.

VI. 1301. 17 Octobris.

Посланици кои ће ићи у Дубровникъ и краљевина србскимъ имаю се споразуметя са Дубровчанима.

Capta: quod ambaxatores ituri Ragusium, debeant de via ad reges vel regem Raxie convenire se et consulere simul cum comite et hominibus Ragusii, et facere id quod videbitur ei comiti et dictis ambaxatoribus vel maiori parti eorum. Et si accideret quod ambo vel unus eorum irent ad dictos reges vel regem, vadant sicut dictis comiti et eis ambaxatoribus videbitur, cum expensis convenientibus.

Reg. Coll.

VII. 1301. 20 Decembris.

Одобрава се, да се предузме неки посао бана Павла.

Videtur nobis quod attendatur ad istud negotium bani Pauli expositum per dominum Romeum Quirini.

Reg. Coll.

VIII. 1302. 2 Madii.

Заповеда се посланицима кои су ишли у Дубровникъ, да тамо остану до даљ наредбе, ако су и добили заповестъ да се врате.

Capta: quod mandetur ambaxatoribus nostris qui iverunt Ragusium, quod non obstante mandato, pridie eis facto quod redire

deberent, stare ibi debeant, quousque aliud eis mandabimus; et si obviarentur in via Venecias veniendo, quod redire debeant Ragusium, et si consilium est contentum sit renovatum quantum in hoc.

Reg. Coll.

IX. 1302. 26 Julii.

Кнезу Ђорђу Омишком дае се уверењ, да може слободно доћи у Млетке.

Quod comes Georgius de Almisio possit cum personis et rebus suis et sue comitive, venire Venetias, stare et redire.

Capta: quod comiti Georgio possit dari fidancia per unum annum veniendi Venetias, standi et redeundi, pro se et sua comitiva; ita quod infra dictum tempus sit cum dicta sua comitiva securus in personis et rebus. —

Reg. Coll.

X. 1303. indict. I. 11 Maii.

Іованъ Суперанціо продае свою четвртину одъ галіе Жуню Волкасу изъ Дубровника.

Millesimo CCC° III° mensis Madii die undecimo, intrante indictione prima. Nobilis vir dominus Johannes Superantio, de contrata Sancti Angeli de Venetiis, pro se et omnibus illis quos tangit negotium, facit venditionem domino Zugno de Volchasso de Ragusio, de uno quarterio vel mi-

nus aliquantulum navis vocatae Sancta Maria, quam idem dominus Zugno habet in societate cum dicto nobili domino Johanne Superantio et aliis sociis suis; pro libris VI cent. et XII. ad grossos ad rationem quarterii. Et idem dominus Zugno obligavit se coram domino duce et consiliariis, quod non vendet dictum quarterium alicui foresterio, sub pena de L. pro centenarum de eo quod venditum est dictum quarterium. Et insuper pro praedictis observandis idem dominus Zugno designavit nomine pignoris domino duci quandam suam proprietatem, positam in contrada Sancti Mathei de Rialto, cuius confines isti sunt: ab uno latere firmat in domo domini Pauli Contarini Sancti Luchae, ab alio latere firmat in proprietate Marini de Volchasso, consangvinei sui; ab uno suo capite firmat in via comuni, discurente ante dictam domum, et ab alio etiam suo capite firmat in via comuni prope ecclesiam Sancti Mathei de Rialto. Et si dictus Zugno voluerit dare bonam plezariam ad benplacitum domini ducis pro observatione praedictorum, dicta domus non debet esse in aliquo obligata.

Comm. I. ch. 32.

XI. 1309. ind. XV. 7 Marcii, in Zrin.

Іованъ банъ целе Славоніе иште натрагъ свое новце налазеће се у Млетцима.

Exemplum litterae missae domino Io-

hanni Superantio inclyto Venetiarum duci, ex parte egregii et magnifici viri, domini Johannis bani totius Sclavoniae.

Magnifico viro et potenti domino Johanni inclyto duci Venetiarum, domino et amico suo reverendo, Johannes banus totius Sclavoniae salutem cum promtitudine reverendi. In litteris vestris nobis intimastis, ut quantum pecunia nostra recepta esset vobis fide nostra mediante scriberemus. Nos etiam vobis nunciamus, quod nos capitalem pecuniam nostram habuimus LXXX. marchas et postmodum ille iudeus expendit quadraginta ad nostram rationem, sicut nobis dixit. Summa in toto nostrae pecuniae CXX marche, exceptis usuris; cum usuris autem ad nos et LX marchas computavit, sed de usuris, sicut vultis faciatis, nostram autem pecuniam sicut diximus, C et XX marchas nobis solvi faciatis et postmodum litteras securitatis vestris mercatoribus per districtus nostri dominii et nostrorum amicorum dari faciemus, sicut etiam a nobis sumus cupientes et quidquid vestra magnitudo fecerit in praedictis, nobis in litteris velitis intimare. Datum in Zrin, in festo martirum Fabiani et Sebastiani beatorum.

Com. I. ch. 1.

XII. 1309. indict. VII. 10 Maii.

Писмо србскомъ кралю Урошу, коимъ му млетачка влада захвалюе, што е наредіо да се врате некимъ млетчићима добра њіова, узета са разбивше се њіове лађе.

Urosio Serviae, Chelmiae, Diocliae ac Albaniae regi illustri.

Sicut nostrorum fidelium de ca Contareno et ca Barbo relationem didicimus, praeces nostras sibi nostris factas litteris exaudiens, super restitutione bonorum recuperatorum a naufragio galee praedictorum nostrorum fidelium, per proprios mandavit nuncios episcopo Sancti Michaelis penes quem fuerant, res et merces recuperatae de naufragio memorato, quod fieret restitutio praedictorum bonorum, nuncio nostrorum fidelium praedictorum; quorum nunciorum tractatu et maxime illustris domini filii vestri, dictus nuncius dictorum nostrorum fidelium ad compositionem devenit cum praefato episcopo pro soldis venetis grossorum IIII mille, dandis per dictum episcopum dicto nuncio, pro totali summa rerum recuperatarum ipsarum; de quo Regiae Serenitati gratiarum referimus multimodas actiones. Verum tamen cum ut nobis asseritur per dictos nostros Venetos, dictus episcopus dicto nuncio, assignari fecerit, pro parte satisfactionis bestias tot, quae extimatae fuerunt licet superflue, soldis grossorum: MCC. de quorum animalium justa venditione non

fuerunt habiti, nisi yperpera de brescoa VII cent. quae est multo minoris valoris, quam sunt veneti nostri grossi, de quo praefati nostri Veneti damnificantur non modicum; Maiestatem regiam rogamus attente, quatenus dignetur taliter mandare et facere fieri, quod tota quantitas quae restat solvenda, Auliverio Cuppo nuncio nostrorum praedictorum fidelium, solvatur in venetis grossis, vel saltem in rebus per iustam extimationem valentibus tantam summam venotorum grossorum; ne praefati nostri fideles ex hiis iniustis causis cumulent damna damnis, et ut sicut hoc negotium per mandatum et operam regiam est ad finem compositionis perductum huiusmodi, sic per eandem executionem laudabilem sorciatur, ex quo Maiestati regiae obligemur. datae x madii VII indictione.

Similes illustri et magnifico domino nato serenissimi regis Vrosii, mutatis mutandis.

Datae X madii, VII indictione.

Litt. secr. Coll. Libr. IV. ch. 39.

XIII. 1309. indict. VII. 10 Maii.

Писмо старешинама которскимъ, коимъ моли млетачка влада да буду у помоћи нѣнимъ людма, да добію своя добра узета са разбіене ньіове лађе.

Consulibus Catari.

Habuimus nuper relationem nostrorum fidelium de ca Contareno et de ca Barbo quo-

rum fuit galea cum mercationibus, quae passa fuit naufragium super Catarum, quod dum Auliverius Cuppo nuncius dictorum nostrorum fidelium, ad compositionem devenisset cum episcopo Sancti Michaelis pro totali summa rerum recuperatarum ab eodem naufragio, pro soldis IIII. mille venetorum grossorum, idem episcopus pro parte satisfactionis ipsius, assignari sibi fecit bestialias extimatas licet superflua extimatione, soldos venetorum grossorum MCC, de quibus non potuerant habere nisi yperperas VII cent. in pecunia de breschoa, quae pecunia satis est minoris valoris quam sint veneti grossi; de quo nostri fideles praedicti dampnificati sunt non modicum. Quapropter vos instanter requirimus et rogamus, quatenus sicut alias in hoc facto vestram operam efficaciter exhibuistis, de quo vobis regraciamur, sic et modo velitis taliter interponere praeces vestras, quod Auliverio Cuppo praedicto, nuncio dictorum nostrorum fidelium, residuum dictae satisfactionis solvatur in venetis grossis vel saltem in rebus, iusta estimatione valentibus ipsam summam ad venetos grossos, ut dicti fideles nostri, qui dicto supervenienti casu plurimum sunt gravati, plus propterea non graventur, et nos licet iustum sit, habeamus acceptum et gratum. Datae ut supra.

Litt. secr. Coll. Lib. IV. ch. 39.

XIV. (1311). 18. Junii. Scardonae.

Писмо бана Павла коим препоручуе папи Клименту Задране.

Exemplum litterae bani Pauli misse domino Papae in favorem Jadrensium.

Sanctissimo in Christo patri et domino, Domino Clementi divina providentia sacrosanctae Romanae ecclesiae summo ac universali pontifici, domino suo plurimum reverendo; Paulus banus Croatorum et dominus Bosne pedum oscula beatorum cum promptitudine serviendi. Quia non qui inceperit, sed qui perseveraverit recipit bravium, ac illud principium est laudandum quod fine clauditur meliori, idcirco in devotione debita permanere et cum prompta ac fideli continuatione serviciis servicia accumulare, vestraeque sanctitatis mandatis et praeceptis non parcendo periculis et expensis, per omnia cupiens obedire, considerans vestrae dominationis contra Venetos sentenciam ac eorum visa protervia et duriciam, ob honorem et gloriam sanctae matris ecclesiae, in medium Jadratinorum nostrorum devotorum et fidelium, qui vestrae sanctitatis speciali ducti fiducia, a Venetorum violento dominio recedentes, ad libertatem debitam pervenerunt, requisitus per eosdem, meum primogenitum, banum Mladinum, banum Bo-

snensem, misi cum potentia, ad defendendum et manutenendum et protegendum praedictos Jadratinos, tamquam obedientiae filios et devotos, contra Venetos supradictos. Sane quia dicti Veneti continue tenent galeas armatas ante Jadram, in insulis ipsorum devastando; nec habeamus ad praesens galeas ad obviandum eisdem hostiliter, sicut decet rebellibus ecclesiae, sanctitati vestrae placeat de benignitate consveta taliter super hoc providere, qnod ,dicti Jadratini fideles vestri et devoti, non possint nec valeant per dictos Venetos vel per aliquos amicos et fautores eorum, prece et precio infectos, modo aliquo agravari vel aliqualiter molestari, cum aliqui obliti suae salutis propriae et mandati vicarii Jehsu Christi, tam apud Ferariam ausu temerario se opposuerint, toto posse manifeste, quam hic opponere contra nos videantur; sed quod liberi et securi praefati Jadratini vestrae sanctitatis mediante consilio, auxilio, protectione speciali et favore, sicque protegantur, quod alii exinde speculum et exemplum habeant, similia sive efficaciora aliqua securius faciendi ac vestrae sanctitatis benplacitis et mandatis per omnia cum obedientia debita complacendi, et quod Veneti antedicti de sua protervia non possint amplius gloriari, sed eorum pena et correctio sit metus multorum, et deinceps non attentet aliquis, nec praesumat similia contra Romanum pontificem et

universalem dominum perpetorie domino concedente. Datae **S c a r d o n a e** die XIII Junii.

Comm. I. ch. 178.

XV. 1313. ind. XII. 20 Decembris.

Радосавъ Любавчићъ изъ Скрадина постае съ братомъ и потомцима млетачкій житель.

Nota quod M CCC XIII. indictione XII. die X Decembris consultum fuit per dominum ducem et omnes sex consiliarios et captum ad bussulos per eos S. dominos: Nicolaum Mauro, Gabrielem Venerio, Johannem de Molino, Marcum Maurocenum, Johannem Michaelem, et Johannem Valaresso, quod sapiens et providus vir **R a d i s c l a v u s L u b a v c i i** de **S c a r d o n a** et frater eius Georgius, sint decetero Veneti cum suis heredibus.

Comm. I. ch. 206.

XVI. 1314. ind. XII. 28 Marcii.

Младенъ хорватскій и босанскій банъ, постае млетачкій грађанинъ.

J o h a n n e s S u p e r a n t i o et c. universis et singulis tam praesentibus quam futuris praesens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto consvevit benignis ducalis providentia personas egregias sibi devotas et fidas honoribus praevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare ac ipsos do-

talibus convallare favoribus, quanto ducatui nostro devotosque fide ac operibus se ostendunt. Attendentes igitur amoris multiplicis puritatem et plenitudinem dilectionis et fidei, quam magnificus et potens princeps Maladinus Chroatorum et Bossinae banus, dilectissimus amicus noster ad magnitudinis nostrae excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, quamque predecessores eius gesisse plena devotione cognovimus, ipsum omnium consiliorum et ordinamentorum nostrorum solemnitate servata, cum suis heredibus et heredum perpetuo succedentibus, in nostros honorabiles cives et veros Venetos recipimus, et Venetos et cives fecimus et facimus, et pro honorabilibus et veris civibus et Venetis nostris, ubicunque et semper in Venetiis et alibi amodo et deinceps haberi, procurari cum effectu et plenitudine volumus et tractari; statuentes quod singulis libertatibus, securitatibus, privilegiis, inmunitatibus, graciis et honoribus quibuscuuque, quibus alii nobiles et veri cives Venetiarum gaudent, et quomodolibet perfrui dinoscuntur, praefatus banus eiusque heredes ac heredum successores in Venetiis et extra ubilibet eundo, stando et redeundo, perpetuo ac plenissime, sicut melius fieri potest, gaudeant et utantur.

Et cum praefatus bannus cupiens effectum ipsius beneficii devote suscipere ac plene consequi et habere, ad magnificentiam nostram

nobilem virum Saracenum olim Elye de Sibinico, cum pleno et sufficienti mandato transmiserit, sicut de ipsius mandati sufficientia constat publico instrumento, scripto manu Michaelis olim Stoiani de Scardona, publici imperiali auctoritate notarii, et robarato sigillo ipsius bani pendenti; idem Saracenus in anima et fide dicti bani, virtute procuratorii ante dicti, nobis et successoribus nostris ducibus, tactis sacrosanctis scripturis, fidelitatis et obedientiae debitae et solitae servande perpetuo, ut fecerunt et faciunt ceteri perfecti Veneti et fideles nostri, corporale praestitit iuramentum.

In cuius rei certitudinem ac evidentiam pleniorem praesens privilegium fieri jussimus et bulla nostra communiri. — Datum MCCC. XIIII. indictione XII. die XXVIII. Marcii.

Similis pro comite Georgio et fratre.

Similis pro comite Paulo.

Comm. I. ch. 206.

XVII. 1330. ind. XII. 1. Maii.

Урошъ краль србскій у писму дужду млетачкомъ Франценшку Дандулу послатомъ, дае слободу млетачкимъ трговцима, да могу преко нѣгове землѣ нѣи трговине ради у Романію, али не у Бугарску.

Exemplum quarumdam litterarum domini regis Raxiae, quod nostri possint per

suas terras habere transitum securum ad Salonichi, partes Romaniae et in Raxia.

Illustri et magnifico viro domino Francisco Dandulo dei gratia duci Venetiarum, proximo suo karissimo, Urosius eadem gratia Serviae rex, salutem et prosperis successibus in domino habundare. Affectus quem ad vestram proximitatem et comune Venetiarum gerimus, nos inducit, ut ad vestra beneplacita et comoda nostros intuitus dirigamus. Cum igitur alias vobis meminimus conscripsisse, si ad vestrum commodum deberet cedere, si ad partes Romaniae vellent mercatores vestri pergere vel alio, et placeret eis transitum facere per regnum seu partes nostras, quod libere transitus pateat eis ad libitum voluntatis. Quare iocirco vobis duximus intimandum, quod si praedictis mercatoribus vestris placuerit dictum facere transitum, ad partes praedictas, excepto ad partes Bulgariae, quod ipsis demus transitum liberalem et conductum securum, etiam si in nostro regno voluerint sua mercimonia exercere, quod libere exerceant; quos assecuramus super regia nostra fide, prout vobis haec et alia nobilis vir Jacobus Polani concivis vester, in ore cuius posuimus verba nostra, plenius vobis oraculo explicabit. Datum primo die mensis madii, XIII indictione.

Comm. I. ch. 70.

XVIII. 1332. 27 Februarii.

Налаже се посланику, да дозна одъ кнеза Младена шта иште одъ Млетака, да іимъ уступи Скрадинъ.

Capta. Super facto autem Scardonae, de quo idem ambasator nobis per litteras suas scripsit, non videtur sapientibus quod occasione domini regis Ungariae, de cuius ad partes maritimas divulgatur adventu, sit ad praesens intromitendum factum ipsum, ne possit credi per aliquos, quod hoc fieret in sinistrum vel injuriam dicti regis; ne tamen videamur in totum a dicto facto discedere, scribatur, dicto ambaxatori, quod caute sentiat a comite Mladino, vel ab aliis sicut sibi videbitur, de intentione dicti comitis Mladini, et quid intenderet nos sibi facturos, ipso dante nobis locum predictum. Et quod idem se obtulit inimicari dicto Budislavo, si ipse ambaxator nihil posset obtinere cum comite Neliptio, sentiat ab eo quomodo sibi vellet inimicari et quid propterea vellet a nobis. Et in reditu suo veniat omnibus praedictis informatus ad plenum, ut possimus tunc cuncta ea providere et facere, sicut pro nostro honore fuerit opportunum.

Misti d Sen. XV. ch. 62.

XIX. 1332. 10 Junii.

Стефанъ краль Србскій пише дужду млетачкомъ Францешку Дандулу, да ће наплатити одъ свогъ бунтовногъ поданика Суме, штету кою е овай учиніо Николи Бривосу.

Exemplum cuiusdam litterae missae domino duci per regem Raxiae, super facto Sr. Nic. Brivosso.

Stefanus dei gratia Serviae rex, inclyto et magnifico viro domino Francisco Dandulo, eadem gratia duci Venetiarum, proximo suo carissimo, salute et prosperis successibus in domino gloriari. Vestrae amicitiae nuper recepimus quasdam litteras, derobationem et molestiam vestro fideli Nicolao Brivosso in nostro factas regni districtu, per quemdam nostrum vassalum Sumam nomine. Quibus diligenter auditis, vobis duximus respondendum, quod predictus Demetrius nobis est effectus rebellis, absentans se a nobis latitando hinc inde, prout poteritis clarius informari. Sed quam cicius in manus nostras inciderit, prout ipsius exposcunt Demitri pravitates, vel si ad nos labe rebellionis deposita, devotos ad nos direxxerit intuitus, vestro fideli praedicto plenam satisfactionem de pecunia, et rebus sibi ablatis fieri faciemus, et nichilominus modos et remedia adhiberi mandabimus, maximum nostrum posse et scitu, quod ille nequitatis minister, manus nostrae maiestatis regiae non

evadat, sed quod vester fidelis predictus possit suam rehabere pecuniam et res omnes. Novit etiam deus, quod ob affectum quem ad magnificentiam vestram gerimus, dampna vestrorum, ut vassalorum nostrorum fidelium reputamus. Datae die .X. mensis Iunii.

Comm III. ch. 99.

XX. 1333. 11- Januarii.

Налаже се управительима Славоніе, да прогласе да ће онай добити хляду форинти, ко преда Будислава Угриниħа жива или мртва.

Capta: quod secundum consilium domini Nicolai Faletro, comitis Jadrae, mandetur omnibus nostris rectoribus Sclavoniae, quod in terris sui regiminis faciant proclamari, quod quicunque dederit in nostram forciam Budislavum Ugrignich, derobatorem et homicidam publicum et inimicum nostrum et nostri communis, vivum vel mortuum, vel ipsum occideret, habeat a nostro communi florenos mille.

Misti d. Senat. XV. ch 54.

XXI. 1334. 10 Maii.

Заключено да се строгость противъ Которана наређена недиже, докъ се непамире съ Николомъ Бривосомъ, оштеħенимъ одъ Димитрія Суме, поданика краля Рашкогъ.

Capta: Si videtur nobis, quod damnum illatum nobili viro Nicolao Bruyosso, per

Dimitrium Sumam, subditum domini regis Raxiae, ut hic est lectum, ponatur cum aliis damnis nostrorum fidelium, qui habent facere cum Catarinis, quorum occasione facta est strictura contra illos de Cataro, et quod dicta strictura non elargetur, nisi dicti Catarini fuerint in concordia cum dicto Nicolao de damno suo praedicto.

Misti Sen. XVI. ch. 61.

XXII. 1334. 19 Maii.

Нова иште помоћь одъ Млетака, противъ Вице-пріора Вране, госпоће Хелене и Григоріа сына бана Павла, кои су ю оплѣнили.

Capta: Super autem facto Viceprioris Auranae, domine Helenae, et Gregorii filii bani Pauli, qui propter derobationes comissas ipsis, sunt Nonensium debitores, super quibus nostrum implorant auxilium, quod scribatur ut videbitur convenire.

Misti d. Senat. XVI. ch. 64.

XXIII. 1336. 19 Madii.

Дозволява се краљю Рашкомъ, да може изнети изъ Млетака оружіе.

Capta: Quod concedatur domino regi Raxiae, quod possit extrahere de Venetiis, et conduci facere ad partes Raxiae, arma valoris librar. XXX grossorum, sicut per nuncium suum amicabiliter nos rogavit.

Misti d. Senat. XVII. ch 59.

XXIV. 1336. 6 Decembris.

Дозволява се по заактеваню краля Рашкогъ, да могу проћи крозъ Млетачку область, войницы за нѣга наймлѣнн.

Capta: Quod ad petitionem domini regis Raxiae concedatur, quod usque ad usque III cent. pedites, quos intendit facere soldizari extra Venetias, possint transire per nostrum districtum, ad suas partes, quos ut dicit vult pro securitate suae personae.

Misti del Senato. XVII. ch. 68.

XXV. (1340. indict. V.)

Предложеня посланика краля Србскогъ, предата дужду Млетачкомъ

Haec est forma ambaxatae transmissae domino duci Venetiarum per serenissimum dominum regem Serviae.

Propter magnum affectum quem dominus rex Serviae gessit et gerit ad dominium et civitatem Venetiarum, semper affectavit uniri eisdem; sed quia hoc non potuit hucusque mancipare effectui comode, obstaculis interiectis, proposuit deinceps domino duci uniri et comunitati praefatae indisolubilibus amicitiae vinculis et civis ipsorum effici, more et consvetudine civitatis praedictae, si ipsorum adest beneplacitum in hac parte. Sane cum dictus dominus rex multos inimicos habeat, videlicet dominos in circuitu regni ipsius commorantes, quorum ocupa-

*

vit civitates, castra, fortalicia et contractas, quia in statu pacifico secum vivere noluerant, si casu aliquo et infortunio superveniente opporteret ipsum habere confugium ad dominium et civitatem Venetiarum, quod secure ad eosdem incessum habeant et introitum et civitates ipsorum fidelium, cum suisque liberis et thesauro et domestica suppellectili universa, ibidem moram trahentes ad libitum, et cum expediens viderint, exitum obtineant liberalem.

Insuper quum domino regi fuerit intimatum, quod aliqui vestri vicini et fideles solent contra dominium et civitatem Venetiarum aliquandoque inobedientiae erigere cornua, si quo tempore volueritis contra tales nostro frui auxilio, promittimus vobis de gente nostra, quingentos armatos equites quando et quotiens-cunque expediens videritis, in vestrum subsidium destinare, etiam si ad partes opportunum fuerit Lombardiae, domini regis sumptibus et expensis; et etiam si cum vestro fuerit commodo, promittimus personaliter cum nostro exercitu in vestrum juvamen et auxilium interesse. Et si casu intercidente vestro indigeremus auxilio, si cum vestro beneplacito et bono commodo fieri poterit, liberali, quod ipsum a vobis amicabiliter postulemus, tamquam a nostris proximis et amicis.

Intelleximus etiam quod mercatoribus vestris transitus potest esse fructuosus et utilis per nostrum regnum, dirigendo gressus suos cum suis mercimoniis versus Constantinopolim et imperium Romaniae. Vnde cum intuiti vestro, mercatorum vestrorum commodum proprium reputemus, nobis placet, quod praedictus eis transitus per regnum nostrum pateat et per eundem reditus salutaris. Et si aliqua damna a nostris perceperint regnicolis mercatores praefati, ipsis de camera nostra integraliter satisfacere debeamus.

Ceterum ad hoc, ut omnia et singula praedicta robur et firmitatem obtineant, excellentiae vestrae placeat ad nos aliquem vestrum nobilem destinare, cui possimus loco vestri vocis oraculo spopondere, sanctis iuramentis debitis deponentes, universa et singula in perpetuum servaturos domino duci et comunitati Venetiarum praefatae.

Item cum infirmitate fuerimus valida occupati, ita quod medici totaliter de nostra convalescentia desperabant, votum vovimus, quod Ierosolimis ad honorem Salvatoris solempnem ecclesiam et monasterium construi faciemus, si nos ab huiusmodi infirmitatis voragine liberaret; cuius gratia impetrata quod ore promisimus, intendimus exequi per effectum, per certos nostros nobiles, quos

illuc cum magna quantitate pecuniae intendimus transmandare. Vnde cum non confidamus dictos nostros nobiles et dictam pecuniam in manibus ponere aliorum, solummodo in vestris, proximitatem vestram, de qua plene confidimus et speramus, requirimus et rogamus, quatenus nobis concedatis duo corpora galearum, usque in C y p r u m, in quibus dicti nobiles perficiant vota nostra, quas ad nostras expensas faciemus armari, ut expediens fuerit. Et quia de mense augusti vestri armatores sunt etiam ituri cum galeis, placeat vobis ad hoc, ut perficiant iter suum, quod vadant in consortium earundem, ipsasque velitis comendare capitaneo galearum ipsarum, ut dictas galeas usque usque in Cyprum aliquatenus non sequestret, sed de eis curam habeat specialem.

(Nota quod responsio facta per dominium ad dictam ambaxatam est in libro decimonono Rogatorum, carta. 17.)

Comm. III. ch. 178,

XXVI. 1340. 8 J u n i i.

Одговоръ млетачке владе на предложеня посланика краля Србскогъ.

Capta: Examinata ambassada d o m i n i r e g i s S e r v i a e et contentis in ea, et habita collatione cum ambassatoribus dicti regis, consulerunt concorditer sapientes, quod ad ipsam respondeatur per modum subscriptum. Et

primo ad factum civilitatis nostrae, quam petit respondeatur, quod semper ad eum devotionem specialem habuimus, et propterea grato animo ipsum in civem nostrum recipiemus, parati ut haec dispositio nostra inter ipsum et nos evidenter appareat et pleniter confirmetur.

Ad secundum quod petit, quod possit si casus eveniret neccessarius sibi, tute ad civitatem Venetiarum et alias terras nostras venire, morari et de ipsis exitum liberum habere, cum suis liberis, thesauro et domestica suppelectili; respondeatur: quod dispositi semper in omni casu, in quantum honeste per nos et nostros fieri potest, sibi plenarie complacere, contentamur et volumus, quod ad civitatem Venetiarum et alias terras nostras venire, morari et stare possit, et de ipsis ad libitum sui exire, cum suis liberis, thesauro et domestica suppelectili, sicut petit, dummodo veniat, moretur et stet, cum illa decencia, quae neccesaria fuerit pro securitate terrarum nostrarum.

Ad factum autem auxilii quod nobis promittit, et a nobis petit, respondeatur regraciando de oblatione sua, quod in eo semper gessimus confidentiam specialem, et propterea in omni casu nobis neccessario, ad eius maiestatem haberemus confidentem recursum, et speramus quod eum inveniremus ad nostra

commoda semper promptum. Et sic potest facere et sperare de nobis, quia disponimur libere ad quecunque comoda et beneplacita sua.

Ad factum autem mercatorum nostrorum, quibus versus Constantinopolim eundo et redeundo, per regnum suum permittit liberum transitum et securum, respondeatur regraciando de oblacione et permissione praedicta, quod speramus, quod nostros mercatores et fideles in omni casu habeat specialius commendatos, et quod licet certi reddamur, quod ut haec intentio regia erga nostros servetur, efficaciter providebit, tamen maiestatem suam devote exoramus, quatenus nostro intuitu mandet et sic effectualiter faciat provideri, quod nostri mercatores cum suis rebus eundo et redeundo per regnum, tute, libere et favorabiliter tractentur, sicut de propinguitate sua confidimus et speramus.

Misti del Senato. XIX. ch. 17.

XXVII. 1340. ind. VIII. 12. Junii.

Вартоломей Градониго луждъ млетачкій према Стефана краля Србскогъ за млетачкогъ грађана.

Privilegium domini Stephani dei gratia regis Serviae.

Bartholomeus Gradonigo, dei gratia Venetiarum, Dalmatiae atque Chroatiae dux, dominus quartae partis et dimidiae tocius imperii Ro-

m a n i a e; universis et singulis praesens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis magnificentia tunc sublimioris honoris suscipit incrementum, cum cives acquirit, quos exaltat decus et sublimitas regiae maiestatis. Scimus namque quod serenissimi domini r e g e s S e r v i a e ad ducatum nostrum semper amorem intimum, grata exhibitione operum demonstrarunt, adeo quod propingvitatis affinitas hinc inde antiquitus emanavit. Praecipue autem praesens serenissimus d o m i n u s S t e p h a n u s, dei gratia r e x S e r v i a e, propensius nostrum ducatum diligere et subiectos, ipsius ducatus honores, et subiectorum nostrorum commoda, gratiosius promovendo; propter quod suis et suorum ambaxatorum, pro ipso serenissimo domino rege petentium, praecibus annuentes, tamquam ad suae maiestatis honores devota mente dispositi, — ipsum dominum regem, cum suis filiis et haeredibus, in honorabiles cives nostros suscepimus atque suscipimus, et Venetos et cives nostros fecimus et facimus, et pro Venetis et civibus nostris, in Venetiis et ubique locorum, deinceps haberi et procurari cum effectu et plenitudine volumus et tractari; ipsos sincere dilectionis brachiis amplexantes, et firmiter statuentes, omnium consiliorum et ordinamentorum nostrorum neccessaria solempnitate servata, quod eisdem omnibus libertatibus, beneficiis, honoribus et im-

munitatibus, quibus alii nobiles cives Venetiarum gaudent et perfrui dinoscuntur, praefatus dominus rex et sui filii et haeredes, in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. In quorum fidem et evidentiam pleniorem, praesens privilegium fieri mandavimus bullaque nostra pendenti aurea communiri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis: millesimo, trecentesimo, quadragesimo; die duodecimo mensis Junii, octave indictionis.

Commemoriale III. ch. 179.

XXVIII. 1340. 17 Junii.

Дозволява се кнезу Нелипићу, да може изнети изъ Млетака оружiе.

Capta: quod concedatur comiti Neliptio, quod possit extrahere facere de Venetiis, et conducere ad partes Sclavoniae, arma a militibus, ad valorem librarum viginti quinque grossorum.

Misti del Senato. XIX. ch. 21.

XXIX. (1341). 22 Madii.

Писмо Стефана краля Србскогъ Францешку Дандулу дужду млетачкомъ, да овай пошлѣ свое люде, коима ће се вратити добра избављѣна са разбiене млетачке галлiе.

Exemplum litterarum regis Serviae sive Raxiae.

Stephanus dei gratia Servyae, Diocliae, Dalmatiae, Albaniae, nec non

totius maritimae regionis rex; spectabili Francisco Dandulo, Venetiarum duci, dilecto nobis ut fratri, salutem quam sibi. Novitus gratuitas recepimus vestras litteras, quarum tenore plenius intellecto, vestram fraternitatem scire affectamus, nostri regalis nominis, ac in nostra propagine constitutum esse de accidentibus naufragiis in portibus nostrae regionis, quod singula ac universalia bona, seu mercimonia, dictarum naufragrancium, ad nostram regalitatem debite succedant, quod versus vos et vestram ducalem comunitatem, minime curamus, cum de simili de vestra dignitate sine dubio postulamus. Verum ad nos transmittere curetis vobis fidedignos, quibus rationem debitam de perpetratis in naufragio nuper accesso, in nostra regione, ac bona ablata, sine dilatione restitui faciamus, prout de nostra regalitate ut credimus confidetis. Datum in regali nostra curia, XXII. mensis madii.

Commemoriale III. ch. 198.

XXX. 1342. 25 Maii.

Дозволява се кралю Рашкомъ, да може изнети изъ Млетака оружіе.

Capta: quod concedatur serenissimo domino regi Rassiae, qui de hoc per suos ambaxatores nos instanter fecit rogari, quod possit extrahi facere de Venetiis et conduci ad partes regni sui, curacias et alia arma nec-

Capta: ad secundum capitulum, per quod ipse ambaxator exponit, quod megadomesticus rebellis imperii se reduxit ad regem Raxiae, cum quo tractavit et tractat cotidie subversionem totius imperii; rogando nos quod velimus mittere ambaxatam dicto domino regi, ad precandum et inducendum eum, quod non praestet auxilium nec favorem dicto mega. domestico, etc. habentes sapientes respectum, quod omnis novitas et sinistrum, quam et quod subiret ipsum imperium, toti comunitati nostrae redundaret in damnum, ut clare potest quilibet iudicare et extat cunctis notorium, consulunt sapientes, quod ad dictum dominum regem mittatur unus ambaxator, ad tractandum pacem et concordiam inter sacrum imperium et ipsum dominum regem, et ad inducendum ipsum ad hoc, cum illa ambaxata et pulcris verbis, quae domino, consiliariis, capitibus de XL et sapientibus, vel maiori parti dicti collegii competere videbuntur. Et capta parte praesenti, respondeatur dicto ambaxatori: quod ob magnae devotionis integritatem et sincerum amorem, quem semper nostra comunitas gessit et gerit erga sacrum imperium, et econtra propter inmensam benevolentiam, quam et serenissimi domini imperatores Constantinopolis, ipsa domina imperatrix et nunc eius natus dominus imperator, habuit et habet ad nostrum commune, de quibuscunque sinistris gravaminibus et molestiis,

quas imperium patiatur, dolere compellimur, quo circa providimus unum ambaxatorem ad dominum regem Raxiae destinare, quem mittenus cum illa ambaxata et verbis, quae pro honore sacri imperii et nostro et absisione cuiuslibet novitatis videbimus convenire.

Capta: quod dictus ambaxator habeat de salario libras. CCC. in tribus mensibus, verum si staret ultra III menses, habeat libras L. in mense et in ratione mensis; et conducat IIIL famulos, unum cochum, unum expensatorem et unum notarium, possendo expendere in expensis oris s. II grossos in die. Nabula autem, agotiam et aliae expensae solite et soldus famulorum solvantur per comune, et sint famuli vestiti, et si starent ultra IIII menses habeant unum grossum in diem pro quolibet, de quanto plus steterint; et non possit quaelibat roba ascendere ultra sold. XII. grosorum.

Capta: quod iste ambaxator postquam creatus fuerit, respondeat infra tertiam diem et vadat ad bonplacitum dominationis.

Misti del Senato XXI. ch. 35.

XXXII. 1343. 19. Junii.

Заключено, да г. Маринъ Венеріо, кои е ишао као посланикъ кралю Рашкомъ, па се збогъ неке незгоде вратіо, иде кудъ е послатъ быо.

Capta: cum propter casum sinistrum occursum ambaxatori eunti ad dom. regem Raxiae, ipse ambaxator Venetias rediverit, et iam divulgatum extiterit, tam in civitate nostra Venetiarum, quam alibi extra terram, quod ad dictum regem nostrum ambaxatorem in servicium imperii mittebamus, propter quod si solum propter ob casum predictum, cessaremus de mittendo ambaxatam nostram, esset minus honoris huius dominii, consulunt concorditer sapientes, quod Sr. Marinus Venerio, qui ibat pro ambaxatore ad dictas partes, redeat in bona fortuna et vadat ad faciendum ambaxatam suam, prout a principio sibi comissum fuerat.

Misti del Senato. XXI. ch. 41.

XXXIII. 1343. XII ind. 8 Iulii.

Заключено, по предложеню посланика бана Босанскогъ заключити савезъ съ баномъ, са кралѣмъ Рашкимъ и са властелима Славоніе; а ако краль Рашкій небы хтео ступити у тай савезъ, да се наложи градовима Славоніе, кои су подъ Млетцима, да заключе тайно овай савезъ, несномињюћи при томъ никако Млетке.

Capta: Visa et diligenter examinata ambaxata in scriptis data dominio per ambaxa-

torem domini bani Bossinae, et auditis super his aliis verbis per dictum ambaxatorem oretenus explicatis, videtur sapientibus, inspecta potentia domini bani, quod dicta unio faceret multum pro favore nostrarum civitatum de marina, ponendo in dicta unione regem Raxiae si esse voluerit, et alios barones Sclavoniae; et quando dictus rex non attenderet ad volendum esse in dicta unione, faciendo ipsam et specificando, quod dicta unio intelligatur ad defensionem solummodo Bossenae, et partium Sclavoniae, et ideo consulunt concorditer, quod concedatur illo cauto modo, quo melius fieri poterit, nostris civitatibus Sclavoniae, quod dictam unionem facere possint. Inducendo eas ad hoc pro bono et conservatione ipsarum cum illis pulchris verbis, quae dominio videbuntur, non faciendo in dicta unione aliquam mentionem de comuni Venetiarum, ita tamen, quod pro dicta unione nec caute, nec alio quocunque modo, comune Venetiarum non debeat supportare aliquas expensas de equitibus vel aliquibus aliis, set fiat solummodo cum civitatibus per modum per quem alia unio dictarum civitatum fieri consvevit. Et isto medio anno, quando aliquid compleatur de dicta unione, persentiatur de intentione domini regis Raxiae per illum modum, qui dominio videbitur. Et hoc notificetur comitibus et comunibus ter-

rarum ut dictum est cum illis verbis quae videbuntur dominio.

Ad factum vero armorum, quia aliter cum nostro honore denegari non posset, consulunt quod concedatur gratia dicto ambassatori, extrahendi de dictis armis in ea quantitate, quae dominio videbitur, solvendo dacium debitum nostro comuni.

Nota, quod die X Julii facta fuit cedula dicto ambaxatori de dictis armis, quae fuerunt coraciae centum, ballistae XXX, et casseti ducenti, furniti vicedunis; solvendo dacium debitum nostro comuni.

Misti del Senato. XXI. ch. 44.

XXXIV. 1343. 4 Septembris.

Заключено: одговорити посланику млетачкомъ кодъ краля Рашкогъ, да се врати; а уедно кралю да се пошлѣ захвално писмо и да му се честита женидба нѣговогъ сина са сестромъ цара цариградскогъ.

Capta: quod respondeatur Sr. Marino Venerio, ambaxatori nostro ad dominum regem Raxiae, quod postquam principale negotium pro quo fuit missus est expeditum, Venetias revertatur. Et dicto domino regi scribantur litterae, regraciando sibi de liberali oblatione sua ad gratiam nostram, et congaudendo de nuptiis quas fecit domino filio suo cum sorore domini imperatoris Constantinopolis, cum illis pulcris verbis, quae videbuntur.

Misti del Senato XXI. ch. 62.

XXXV. 1345. ind. XIII. 13 Februarii.

Заклучено: послати два свештеника бану Босанском, кои да настоявају склонити га на любавъ и прiятельство према Млетчиħима.

Capta: quia multum conferre poterit negociis nostris facere banum Bosinae favorabilem nobis, vadit pars: quod mittantur ad eum pro parte nostra duo religiosi, qui videbuntur domino, consiliariis, capitibus et sapientibus, vel maiori parti eorum, et mittantur cum quo cauto modo fieri poterit, ad regraciandum ei de sua bona volutate, quam habuit et habet ad nostrum dominium. Et ad inducendum eum ad amicitiam et favorem nostrum et agendorum nostrorum, cum illis pulcris verbis et cum illa commissione circa praedicta et cum illa provisione, quae videbuntur praedicto collegio, vel maiori parti eorum.

Secreta Rogator. Lib. I.

XXXVI.. 1345. indict. XIII 29 Augusti.

Заклучено, да се утврди савезъ са кнезовима Павломъ одъ Островице и Младеномъ одъ Клиссе, да помажу Млетчиħима противъ Задра.

Capta: Ad factum comitum Pauli de Ostrovica et Maladini de Clissa, de quo in dictis suis litteris nobis particulariter denotavit. Respondeatur, quod capitula per ipsos comites petita et capitula per provisores eis oblata examinavimus diligenter, et considerantes praedicta omnia capitula tam sua

quam nostra rationabilia et honesta fore, et posse cum honore nostro ad commodum maximum negotiorum nostrorum venire; volumus et sic eis mandamus, quod dicta capitula nostra et sua, quorum exemplum eis destinavimus, cum ipsis comitibus debeant confirmare cum illis maioribus cautelis, firmitatibus et honoribus quae poterunt. Intelligendo quod si per dictum comitem M a l a d i n u m aliquid tangeretur de petitione illorum de S p a l a t o, dicant ei, quod prout alias sibi fecimus dici intendimus super ipso facto supersedere pro modo, et suo tempore et loco in ipso negotio terminabimus, quod erit honori nostro et conservatio virium utriusque partis, cum hiis et aliis verbis, quae convenire videbunt, dante tamen hoc spem comiti antedicto. Et si dicti comites Paulus et Maladinus nollent firmare praedicta, si non poneretur capitulum illud de blado quod scripsistis, nolumus quod propterea desistatis a tanto bono, sed penes alia praedicta capitula permittatis eis, quod in casu quo perderent sua blada sicut scripsistis, quod per nos subveniretur eis, sicut videretur nobis de blado pro furnicione suorum castrorum, cum condicione, quod finita guerra in tempore competenti, teneantur nobis restituere omnia quae sibi concessimus vel valorem eorum. Procurando quod dicti comites se obligent habere J a d r a t i n o s et eorum bona pro suis inimicis, et eos viriliter offen-

dere et damnificare toto suo posse, et quoslibet alios adhaerentes eis, vel praestantes eis in aliquo auxilium vel favorem, et sic servare debeant in omnibus aliis inimicis nostris, quos eis manifestaremus per litteras vel nuncium.

Capta: Item scribatur dictis provisoribus nostris, quod si inter Gregorium comitem et Comites Maladinum et Paulum aliqua differentia foret, studeant suo posse illam revocare omnino, et si hoc facere non valerent, procurent quod quaelibet pars ad nos mittat super ipsa differentia, quia in ea curabimus terminare, quod respiciat bonum et augmentum utriusque partis.

Secret. Rogator. Libr. A. ch. 1.

XXXVII. 1345. ind. XIII. 29 Augusti.

Наредбе тичуће се рата противъ Задра.

Capta: Quod respondeatur Sr Marco Justiniano capitaneo nostro de terra ad litteras suas, quas nobis misit scriptas Nonae 22 mensis praesentis augusti. Et primo ad id quod scripsit, quod libenter equitasset ad damnum Jadratinorum, si equi sui et aliorum aplicassent Nonam; quod cum credamus quod dicti sui equi et omnes alii, qui recesserunt de Venetiis, amodo illuc applicuerunt, debeat continue principaliter equitare vel facere equitari, cum tota vel parte gentis suae, super territorio inimicorum, ut sibi melius videbitur,

comburendo, derobando, incidendo et quodlibet aliud damnum quod poterit, inferendo, secundum tenorem et formam suae comissionis, quia pro alio gentes nostrae equestres et pedestres et ipse ibi non sunt, quam pro damnificatione nostrorum hostium praedictorum etc.

Capta: Et quia dictus capitaneus scripsit, quod intendebat mittere pro aliquibus de Pago et Arbo pro vastando, quia teutonici ad talia non sunt apti, rescribatur ei quod sumus contenti, quod pro dictis hominibus de Pago, et etiam de aliis terris nostris Sclavoniae, mittat in casibus necessariis sibi, nolumus tamen, quod de civibus Pagi, None seu alicuius alterius civitatum nostrarum Sclavoniae, dare debeat comiti Gregorio nec alicui alii, nec eis mittere extra districtum et territorium Iadrae. Et hoc dicimus, quia comes Gregorius predictus nuper scripsit provisoribus nostris, quod sibi mittent de hominibus Pagi usque ad ducentos, quos non credimus quod velit pro aliqua bona causa; verum de stipendiariis nostris in sua libertate relinquimus, dandi quibus et sicut sibi videbitur, ut continetur in eius comissione.

Capta: Quod scribatur nostro capitaneo maris et nostris provisoribus, quod de hominibus civibus Pagi, vel aliarum terrarum

Sclavoniae, dare non debeant nec mittere comiti Gregorio nec alicui alii de Sclavonia, ullo modo vel ingenio.

Secr. Regat. Lib. A. ch. 1.

XXXVIII. 1345 29 Augusti.

Нарећено, заклю чити уговоръ союза са кнезомъ Григоріемъ противъ Задра, подъ условомъ да да добро ємство.

Capta: Quod respondeatur nostris provisoribus, quomodo intelleximus verba, quae scripserunt in eis de mutabilitate comitis Gregorii, et de petitionibus quas facit in praeiudicium nostri honoris, tansando etiam bona Iadratinorum, quae verba dant nobis dubium in rebus, quas promitteret nobis, ne deficeret vel servaret promissa, quod posset preiudicare plurimum factis nostris. Et quia pridie scripsimus eis, quod firmarent unionem secum, habendo Castrum Novum et filios seu alios bonos obsides, et si non possent complere per modum praedictum, non dimitterent propterea quin complerent, cum dictis securitatibus vel cum parte eorum, trahendo ab eis cum quam maiori securitate possent, considerantes nunc, quod pro nobis faciat pro firmitate negotiorum nostrorum, si dicta unio deberet fieri, quod habeamus talem securitatem, quod possimus de ipso comite Gregorio esse securi, quod attenderet

quid nobis promitteret; ideo mandamus eis, quod sint provisi et attenti tales obsides et securitates firmas et ad plenum recipere et habere, procedente unione cum dicto comite Gregorio, quod simus et esse possimus bene securi de omni eo, quod promitteret dictus comes Gregorius nobis.

Capta: Ser Johannes Sanuto et Ser Peratius Gradonico, capita de XL, volunt dictam partem cum hac additione: intelligendo quod accipiant apud alias securitates a dicto comite Gregorio pro obsidibus filios suos vel adminus unum eorum.

Sec. Rog. Lib. I. A. ch. 1.

XXXIX. 1345. indict. XIII. 30 Augusti.

Услови подъ коима да се заключи саюзъ са кнезовима Григоріемъ и Будиславомъ.

Capta: Quod respondeatur provisoribus nostris, quod recepimus et intelleximus litteras suas, continentes tractatum habitum cum comite Gregorio pro se et fratre suo et quod erat contentus firmare unionem, contentando modo de habendo equites centum a nobis et pedites centum, et quod erat contentus ponere obsides in Arbo, de quibus omnibus sumus contenti; et quod debeant in nomine domini complere unionem cum illis melioramentis quae eis videbuntur, non dando

ei gentes nostras quas petit, quin posuerit primo et fuerint in Arbo filii sui, vel adminus unus eorum, quod debeant vel debeat stare in Arbo, quousque duraverit guerra Jadrae, pro firmitate promissorum. Et finita guerra Jadrae si voluerit removere filios vel filium suum de Arbo, teneatur deponere in Arbo vel Venetiis libras XX mille, pro observatione promissorum, obtinendo quod promittant et se obligent in pactis, habere Jadratinos et eorum bona pro suis inimicis et eis viriliter offendere et damnificare suo posse, et quoslibet alios adhaerentes eis vel praestantes eis in aliquo auxilium vel favorem: et sic servare debeant in omnibus aliis nostris inimicis, quos denotaremus sibi; et quia scripserunt quod comes Gregorius promittit etiam pro fratre suo comite Budisclavo et sua cognata, procurare et facere quod erunt in unione, scribatur nostris provisoribus, quod procurent, quod comes Budisclavus et alii qui nobis videbuntur, sint in ipsa unione et recipere ab eis illam securitatem, quae eis videbitur et habere poterunt, pro observatione promissorum.

Sec. Rog. Lib. I. A. ch. 2, 3.

XL. 1345. ind. XIV. 29 Septembris.

Наредбе тичуће се рата противъ Задра и Угарске.

Capta: quod comittatur capitaneis terrae et maris et etiam gubernatoribus, quod in-

tendant ad fortificationem civitatis Nonae sicut viderint egere, ut sibi aliquod periculum non possint inimicari per gentes aliquas Hungarorum, quae inferius declinarent; et mandetur comiti et illis de Pago, quod ad requisitionem praedictorum vel alterius eorum, mittant de gente sua Nonam, in ea quantitate quam duxerint requirendam.

Scribatur insuper omnibus civitatibus nostris, quod bonam et diligentem curam faciant adhiberi, ne damnum aliquod recipere possint in animalibus et bonis suis, denotando eis haec nova, quae habemus de aventu Hungarorum.

Et scribatur comiti Gregorio et Budislauo de Curiachis et comiti Marco de Barberia et comiti Petro de Licha, quod multum nos gravant damna eis illata per teuthonicos exerçitus nostri et quod taliter operabimur et faciemus, quod gentes nostrae ab similibus penitus se abstinebunt.

Sec. Rog. Lib. I. A. ch. 10.

XLI. 1345. indict. XIIII. 15 Octobris in Sero.

Писмо Србскогъ краля Стефана дужду Млетачкомъ Андрій Дандулу, коимъ му обећава да ће потврдити обновлѣнъ уговоръ, постоећи између Котора и Млетака, и нуди му помоћъ противъ Задра.

Stephanus dei gratia Serviae, Dio-

cliae, Chilminiae; Zentae, Albaniae et maritimae regionis rex, nec non Bulgariae imperii partis non modicae particeps, et fere totius imperii Romaniae dominus; magnifico et potenti viro, domino Andreae Dandulo, eadem gratia illustri duci Venetiarum et cet. affini carissimo, saluti et felicibus successibus mutuo congaudere. VI die mensis Octumbris, affinitatis vestrae magnificae litteras recepimus, continentes pacta et conventiones, quae olim per nostram regiam maiestatem et vestram, inter fideles vestros et Catarenos nostros, annorum X spatio roboratas et tantum plus, quantum extendi vellet de partium voluntate, qui terminus et spatium finire videntur, mensis Decembris intrantis X. die, proximo iam venturo. Ideo vestra affinitas, tamquam sapiens, provida et discreta, advertens ne aliquid discriminis possit in anteis evenire, a nobis postulat, quod intendimus super negotio antedicto, et intenta citius rescribendo, adhoc ut valeatis fidelibus vestris providere de remedio opportuno, ad debita in Cataro extrahenda. Quare fraternae magnificentiae vestrae sic intimare volumus et curamus, si erit de vestro benplacito, adhuc pacta ista et conventiones firmentur, usque ad duos annos proxime iam venturos et tantum plus, quantum erit de Catarensium voluntate et vestra, et sic scribimus Catarenis antedictis, ut vestri

fideles valeant ibidem debita comodius extrahere et habere, et non solum illic, sed ubique locorum nostrae regiae maiestatis. Praeterea intelleximus quod civitas Jadriae, ausu temerario rebellavit, de quo doluimus non modicum, mirantes de affinitate vestra, quare renuit nobis intimare praefata, eo quod zelimus et velimus honorem et augmentum vestrum tamquam nostrum, et merito, quia unus vestrum; et si expedit, quod mittamus partem nostri exercitus aut in copiam non renuatis, vestris litteris intimare, quum revera invenietis maiestatem nostram ad vestri benplacitum fortissime promptiorem. Datum in Sero, die XV. Octumbris, ind. XIV.

Comm. IV. ch. 101.

XLII. 1345. 15 Octobris.

Писмо Николе Буће кнеза коморе краља Србскогъ Стефана, дужду Млетачкомъ Андрiи Дандулу, о уговору Млетака са Которомъ, и о помоћи противъ Задра.

Exemplum litterarum missarum domino duci per Nicolaum Buchie, comitem camerarium regium.

Magnifico et potenti viro domino Andrae Dandulo, dei gratia Venetiarum illustri duci, nec non Cruaciae, Dalmaciae ac quartae et dimidiae partis totius Romaniae domino, Nicolaus Buchie, comes camerarius regis, salutem et semper promptum animum serviendi. Receptis vestris litteris,

earumdem intellecto tenore, ob amorem magnificentiae vestrae, sic instavi apud regiam maiestatem super facto pactorum et conventionum, inter vestros fideles et Catarenos, quemadmodum in litteris regiis pleniter continetur, quare non repeto. Ulterius supereminentiae vestrae facio fore notum, quod corda illustris domini mei regis non modicum sunt turbata, eo quod totis viribus vos et vestra diligendo, spernitis vestra commoda et incommoda, eidem vestris litteris intimare, pronus, promptus et efficax, scio vobis dicere, est se et sua opponere, pro vestro rei publicae comodo et honore. Et modo intellexit vestram altipotentiam castramentatam fuisse apud J a d r i a m infidem, per alios per vos, et properavit V cent. armigeros et plures de suis castris et exercitu, meliores veraciter eligendo, theothonice iam armatos, usque ad guerrarum finitionem, suo stipendio, risicho et fortuna et de die in diem vestrarum prestolatur intimationem et seriem litterarum. Quare vobis inclite domine dux, si hoc est etc.

Comm. IV. ch. 101.

XLIII. 1345, 8 N o v e m b r i s.

Заключено послати посланике кралю Угарскомъ, кои да му яве за побуну Задра и моле да Задрарима неверуе и недае помоћь.

Cum credendum sit, quod mittere ambaxatam per aliquos religiosos domino r e g i

Hungariae et dominae reginae eius matri, non posset aliud quam prodesse factis nostris, dicendo suae maiestati verba reverentiae et honoris, Vadit pars: quod mittantur ad eos duo religiosi ad condolendum de morte domini regis Andreasii fratris sui, cum illis pulcris verbis quae videbuntur. Et subsequenter exponant de rebellione Iadratinorum, qui iam annis III cent. et ultra fuerunt nobis subiecti, sicut est notorium toti mundo, regendo eos in statu pacifico et quieto et cum omni benivolentia et augmento eorum, tamquam filios. Sed ipsi inpinguati et incrasati erexerunt se in superbiam et temeritatem, comittendo rebelliorem contra nostram comunitatem. Sed speramus in deo altissimo, quod superbiam eorum in confusionem deducet, sicut est iustum. Et ut ad obedientiam nostram et fidelitatem eos reducere valeamus, misimus nostrum exercitum terrae et maris contra eos. Verum cum ad suam regiam maiestatem et suorum predecessorum semper gessimus reverentiam maximam et honorem, et etiam gerere intendamus, miramur quod intelleximus, quod sua gens venit ad partes Sclavoniae manu armata, pro dando favorem dictis Iadratinis rebellibus nostris. Et propterea rogamus cuam serenitatem, quatenus ei placeat non sredere fallacibus et falsis verbis eorum, nec permitte-

re, quod gens regia in auxilium vel favorem dictorum inimicorum nostrorum vadat vel veniat; ut de sua maiestate confidimus et speramus, tenendo nos et comunitatem nostram, sicut vere potest, pro suis devotis et intimis amicis, sicut fuimus serenissimi domini patris sui et predecessorum suorum; cum his et aliis pulchris verbis quae videbuntur. Et informentur dicti duo religiosi oretenus, quod si dominus rex tangeret eis aliquid de terris Sclavoniae, respondeant, quod de hoc nihil fuit eis comissum, sed sunt certi quod dominus dux et comune Venetum, sunt sincere dispositi, in omni devotione, honore et amore domini regis, sicut fuerunt sum suis praedecessoribus. Et quidquid fecerint et habuerint, et persentire poterunt solicite nobis scribant, expectando ibi nostram responsionem.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 14.

XLIV. 1345. ind. XIIII. 19 Novembris.

Наредбе тичуће се рата противъ Задра и војске Угарске.

Capta: Scribatur Ser Petro de Canali, capitaneo maris, quod cum habeamus, quod exercitus Hungarorum est ad Vranam, distantem a mari per 2. miliaria, ponat mentem, cum securitate tamen armatorum et gentis nostrae, de mittendo cum galeis, ad obstandum et custodiendum, quod victualia non por-

tetur nec vadat per mare ad exercitum Hungarorum.

20 Novembris.

Intellectis litteris nuper receptis a nostris capitaneis et gubernatoribus exercitus terrae contra Jadram, de compositione facta cum Hungaris et de eorum recessu, cum magno nostro honore et avantagio agendorum nostrorum, consulunt sapientes, et cet — — —

Secr. rog. Lib. I. A. ch. 16.

XLV. 1345. ind. XIIII. 20 Novembris.

Заключено одговорити кралю Рашкомъ, захвалююћи му на помоћи нуђеной противъ Задра; одговорити Николи Бући; далѣ явити кралю, да може изнети изъ Млетака оружіе; и да се прійма продуженѣ уговора са Которомъ опетъ на две годиие.

Capta: quod respondeatur domino regi Raxiae ad suas litteras, de honorabili et magnifica oblatione, quam nobis facit de gente sua mittenda ad nostrum servitium contra Jadram, regratiando suae maiestati cum illis pulcris verbis, quae videbuntur, tantum plene quantum poterit fieri pro honore suo et nostro, ostendendo quod in casu praedicto et aliis quibuslibet nostris honoribus recurreremus et intendimus recurrere quoties opus erit, ad suam maiestatem cum fiducia speciali, tamquam ad serenissimum et excellentem amicum et affinem nostrum

charissimum, et magis plenus tenor litterarum suarum auxit fiduciam nostram, et efficacius obligavit nos et comunitatem nostram ad suae maiestatis honores pariter et augmentum, et cum hiis et aliis verbis fiat responsio, ut videbitur convenire. Sed ad praesens habemus exercitum nostrum potentem in mari et terra, contra Jadrenses rebelles nostros, et speramus in domino, quod de sua perfidia et rebellione cito sentient penam debitam, et obtinebimus velociter intentionem nostram ad honorem dei, et sui et omnium amicorum.

Item: quod respondeatur sic ad litteras domini Nicolae de Buchia, regraciando cum pulcris verbis, quae videbuntur convenire.

Item: per alias litteras nostras respondeatur eidem domino regi, quod desiderantes semper complacere suae maiestati, de facto armorum contentorum in suis litteris, licentiam extrahendi de partibus nostris concessimus liberaliter, dispositi cum affectione intima et sincera in hiis et aliis omnibus, quae sunt sui beneplaciti et honoris.

Item: acceptetur prorogatio confirmationis pactorum, quae habemus de illis de Cataro, usque ad duos annos proximos et tantum plus, quantum fuerit de partium voluntate, sicut dominus rex, per dictas suas litteras nobis scribit.

*

Nota quod arma contenta in litteris dicti domini regis sunt haec: — primo trecentae curaciae — trecenti schencheli — trecenta colaria — trecente barbate — et trecenti clipei, et facta fuit cedula officialibus tabulae, quod facerent bulletam Sr. Matheo de Grado de Ragusio pro dicto domino rege extrahendi dicta arma, solvendo datium consvetum.

Sec. Rog. Libro I. ch. 20.

XLVI. 1345. ind. XIIII. 7 Januarii.

Заключено, одговорити управительима сувоземне войске, да ништа непочиню противу тврдинѣ Книнске, као што предлаже кнезъ Младенъ, еръ е то противно уговору, заключеномъ са баномъ Босне и съ Угрима.

Capta: quod respondeatur capitaneo et gubernatoribus nostris terrae, ad litteras quas nobis miserunt cum litteris inclusis comitis Mladini, continentibus de quodam tractatu, quem dictus comes asserit habere prae manibus in facto Tinini, quod sicut sciunt in compositione facta per eos cum bano Bosne et Hungaris, promissum fuit pro parte nostra non invadere, tenere seu occupare, de iuribus, nobilibus, gentibus, terris aut possesionibus domini regis Hungariae et regni sui. Verum non videtur nobis honestum, nec facere pro factis nostris, intromittere nos de dicto castro Tinini, quod per dicti regis gentem presentialiter custo-

ditur, et ideo mandamus eis, quod respondeant dicto comiti Mladino, recomendando eum de sua bona dispositione, quam habet in honoribus nostri comunis, sed presentialiter intendere non possunt ad dictum factum, et recedant a facto, cum hiis et aliis pulcris verbis, quae eis videbuntur convenire.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 22.

XLVII. 1345. ind. XIV. 19 Januarii.

Заключено писати кнезовима и општинама Дубровачкой, Трогирской, Сплѣтской, Шибеничкой и Багской, да пошлю трећу смену войске подъ Задаръ.

Capta: quod scribatur nostris comitibus et comunitatibus Ragusii, Tragurii, Spaleti, Sibinici et Pagi, recomendando fidem et devotionem eorum de lignis et gentibus suis, quas tenuerunt hactenus ad nostrum honorem et servitium contra Jadram. Et quod cum faciamus parari nostros tercios, pro mittendo eos in proximo ad nostrum exercitum, loco secundorum, qui nunc ibi sunt, faciant parari illi de Ragusio suos tercios, et aliae civitates et comunitates suas gentes, quos et quas mittere debeant ad dictum exercitum nostrum, loco suorum, qui presentialiter in exercitu nostro sunt. Et scribatur eis dies, quo nostri hinc recessuri sunt, ut sint informati de tem-

pore, quo suos debeant destinare, de quorum missione ad ipsum terminum ortentur et sollicitentur cum illis verbis, quae dominationi decentia videbuntur.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 25.

XLVIII. 1345. ind. XIV. 22 Februarii.

Заключено, да се весникъ, кои иде бану Босанскомъ, найпре састане и договори са фратромъ Перегриномъ, па како овай рекне, да иде или да се врати у Млетке.

Capta: quod comittatur nuncio nostro, qui vadit ad dominum banum Bosnae, quod in quolibet loco, ubi reperiet fratrem Peregrinum, debeat ei exponere sicut continet sua comissio, et apperire ei causam, quare ipsum mittimus ad dominum bannum, et si dictus frater Peregrinus consulet ei, quod vadat ad dictum dominum bannum, ire debeat, et exponere dicto domino banno quae ei comisimus. Si autem dicto fratri Peregrino non videretur quod iret, tunc non vadat, sed Venetias revertatur.

Ser Andreas Michiel, comes Arbi vult: quod si dictus noster nuncius reperiet fratrem Peregrinum a Sibinico, Tragurio et Spaleto citra, non eundo propter Spaletum, et dictus Frater Peregrinus esset in actu veniendi Venetias et vellet redire ad banum, tunc noster nuncius ortetur et inducat eum

ad non redeundum, sed ad prosequendum Venetias iter suum. Si autem dictus frater Peregrinus omnino reddire ad bannum vellet, de hoc noster nuncius sit contentus, et de eundo vel non eundo ad bannum faciat secundum consilium dicti fratris Peregrini; verum si eum reperiet, ultra dicta loca, expo nat ei sicut continet comissio sua.

Ser Benedictus de Molino vult: considerando quod dictus frater Peregrinus scribit, quod credit breviter venire ad ducale dominium et avantagium nobis sit, scire ante ea pro quibus venit. quia maiorem informa, tionem habere poterimus in factis nostris· vadat pars: quod inducietur de mittendo dictum nuncium, usque ad octo dies proximos, et tunc erimus hic et fiet sicut videbitur.

Capta de non, quum est, quod stemus firmi, et quod nuncius vadat cum comissione jam sibi facta.

Secr. Rogat. Lib. I. A. ch. 32.

XLIX. 1345. 22 Februarii.

Заключено писати управительима, да нечине штете кнезу Будиславу и Григорій Крбавскомъ, и осталимъ кнезовима Славоніе; него да ихъ гледаю придобити на страну Млетачку; далѣ да се посланица краля Србскогъ испита и савету предложи.

Capta: quod scribatur capitaneo et gubernatoribus nostris, quod se abstineant et gentem nostram faciant similiter abstineri a

damnificatione locorum comitum Budisclavi et Gregorii, comitum Corbaviae, aliorumque comitum Sclavoniae, nisi viderent quod faverent inimicis, vel procurarent contra nostrum honorem, et quia credimus, quod esset bonum et faceret pro nobis, si dicti comites possent uniri nobiscum, et ad intentionem nostram conformari, et ipsi scripserint nobis, quod dictus comes Gregorius ad hoc videbatur intendere; volumus ut dare debeant eidem comiti Gregorio omnem bonam spem et intentionem quam possunt, cum illis pulcris verbis et modis, qui sibi videbuntur pro honore nostro, trahentes ab eo, quantum plus poterunt, de intentione sua, et significantes nobis quidquid fecerint et habuerint in praedictis, intelligendo, quod parlamenta quac propterea fierent cum dictis comitibus, fiant extra bastias nostras, sicut alias extitit ordinatum.

Capta: quod sapientes Sclavoniae examinent ambaxatam expositam nobis per ambaxatorem domini regis Serviae, super qua dent nobis suum consilium, cum qua erimus hic et fiet sicut videbitur, et quilibet possit ponere partem.

Secr. Rog. Lib. I. seu A. ch. 32.

L. 1346. 3 Marcii.

Одговори на предлагања посланика крала Србскогъ.

Capta: examinata ambaxata domini regis

Serviae consulunt sapientes responderi ambaxatori suo:

Et primo ad primum capitulum, continens in effectu de coronatione sua in imperio Constantinopolitano, quam nobis ad gaudium significat, respondeatur, quod ob specialem devotionem, quam semper gessimus et gerimus ad suam majestatem, nos et nostra comunitas, de quibuscunque honoribus et gloria suae majestatis plurimum gaudemus, tamquam serenissimi et honorandi amici et affinis nostri, affectantes augmentum et conservationem status excellentiae suae, velut proprium, cum sciamus majestatem suam diligere econtra nostrum honorem et statum, et sicut cognovimus per effectum in magnifica oblatione per eum nobis facta non est diu, de gente sua ad nostrum servitium, contra Jadram. Et ideo regratiamur suae majestati, de eo quod nobis nota facit eius gaudia et honores, quae grata multipliciter sunt animis nostris, quia suplicamus altissimo, quod honores et excellentiam suam conservet et augeat maximum votum.

Ad factum vero unionis, quam inter ipsum et nos fieri petit, pro aquisitione imperii Constantinopolis. Respondeatur: quod animus noster semper unitus et conformis est, ad quaelibet suae majestatis beneplacita et honores. Verum propter guer-

ram nostram, quam praesentialiter habemus contra Jadram, et propter multa agenda ad praesens incumbentia nostro dominio, et etiam consideratione treuguarum existentium inter imperium Romaniae et nos, firmatarum cum juramento, quas non esset fas violare, absque derogatione honoris et fidei nostrae apud deum et mundum, ad factum dictae unionis intendere non possemus; recedendo a facto cum hiis et aliis pulcris verbis quae videbuntur.

Ad id quod petitur, quod ambaxator regis praedicti possit intrare civitatem Jadrae, pro tentando bonum concordiae inter nos et Jadratinos; respondeatur, quod regratiamur multum de huiusmodi suo bono proposito, cognoscentes illud procedere ex omni bona causa et affectione, quam gerit ad nostrum dominium. Verum tamen considerantes quod dominus Delphynus Viennensis, accedens pridie ad sanctum servicium contra Turchos zelo etiam virtutis motus, misit nobis insciis nuncios suos in Jadram, movendo Jadratinis nostris rebellibus verba reconciliationis. Qui Jadratini in sua malignitate et nequitia perseverantes, responderunt se ad hoc intendere non valere, absque expresso mandato domini regis Hungariae. Et licet haec verba portata fuerint praeter scientiam nostram, suspicati fuerunt illa procedere ad nostram instantiam tet inductum. Non habemus, quod hoc esse

honor suae majestati, nec nobis, quia nunc amplius ymaginarentur quod a nobis procederet, quod plurimum inconveniens esset, cum ipsorum intersit, nostram qui antiquitus fuimus et esse intendimus eorum domini, misericordiam implorare. Quare majestas sua in hac parte nos habere potest merito excusatos. Faciendo responsiones praedictas cum hiis et aliis pulcris verbis, quae videbuntur.

Sec. Rog. Lib. A. ch. 33.

LI. 1346. ind. XIV. 18 Aprilis.

Одговоръ Млетачке владе посланику бана Босанскогъ, кои оће да посредствуе у завади Млетака съ кралѣмъ Угарскимъ, збогъ обсаде Задра.

Capta: quod pro laudabili et bono portamento, quod habuit frater Peregrinus in nostris servitiis, fiant ei dona quomodo videbitur dominio, usque ad summam ducatorum centum. Et quia ipse volebat remanere hic ad capitulum, procuretur per dominium, quod ipse revertatur cum ambaxatoribus banni, quia poterit esse multum utile factis nostris.

Capta: quod respondeatur ambaxatoribus domini bani Bossinae, cum illis pulcris verbis, qnae videbuntur dominio, regraciando ei de hiis, quae fecit in honorem et comodum huius dominii, et de notificatione amicabili nobis facta, eius quod sentiebat de

intentione regis Hungariae, et subsequenter de consilio nobis dato per eum, de mittendo ambaxatam ad dictum regem, secundum expositionem dictorum suorum ambaxatorum; pro quibus omnibus plene cognovimus, magnum et sincerum amorem, quem ad nos gerit et pro eo reputamus nos ad cunctos eius honores et beneplacita strictius obligatos; et firmiter credimus, quod consilium suum ex pura mente et intima caritate procedit erga nos, tamquam fratres et amicos cordiales ipsius; sed sicut scire potuit, dominus dux Austriae per suam ambaxatam requiri nos fecit, quod cum sensisset regem Hungariae gravatum esse contra nos, libenter inter nos et ipsum, viam reconciliationis inveniret, et quod placeret nobis mittere nostros ambaxatores ad eum; propter quod licet nesciremus ullam rationabilem causam turbationis regis praedicti contra nos, cui et progenitoribus suis ex parte nostra semper gessimus reverentiam et amorem ut notum est, tamen misimus nostros ambaxatores ad dictum ducem, volentes, quantum ex parte nostra erat, esse in omni pace et amore cum dicto rege, sicut amicus facit cum amico; sed videtur quod ipse rex per suos ambaxatores missos ad dictum ducem, petat ante omnia removeri exercitum nostrum ab obsidione Jadrae, quod non esset rationabile, nec est de intentione nostra, cum ci-

vitas Jadra fuerit nostra et per nos posessa jam trecentis annis et ultra, sine contradictione cujuscunque, et exercitum quem habemus, habemus supra territorio nostro, nec iniuriam alicui faciamus, si quod nostrum est et fuit per longitudinem tanti temporis aquirere procuramus. Et propterea si intentio regis est firmata super hoc, non videretur nobis, quod mittere ambassatam nostram illuc posset aliquid relevare, sed si ipse dominus banus sentiret, quod intentio regis removendo se ab isto quod petit, foret ad aliquid, quod possit inducere amorem et benivolentiam inter dictum regem et nos, disponemus quum de consilio bani esset, mittere ad dictum regem nostros ambaxatores; et ideo eum rogamus instanter, quatenus cum in ipso magnam spem et fiduciam velut in fratre et amico carissimo habemus, velit nobis significare suam intentionem et consilium super hoc; et nos et nostra negotia, que sua propria reputare potest, habere in casu quolibet favorabiliter comendata.

Secr. Rog. Lib I. A. ch. 38.

LII. 1346. 9 Maii.

Одговоръ посланику кнеза Григорія, на услове савюза, кое овай предлаже Млетцима.

Capta: respondeatur ad capitula ambasatae comitis Gregorii in hunc modum:

Nota quod arma contenta in litteris dicti domini regis sunt haec: — primo trecentae curaciae — trecenti schencheli — trecenta colaria — trecente barbate — et trecenti clipei, et facta fuit cedula officialibus tabulae, quod facerent bulletam Sr. Matheo de Grado de Ragusio pro dicto domino rege extrahendi dicta arma, solvendo datium consvetum.

Sec. Rog. Libro I. ch. 20.

XLVI. 1345. ind. XIIII. 7 Januarii.

Заключено, одговорити управительима сувоземне војске, да ништа непочиню противу тврдинѣ Книнске, као што предлаже кнезъ Младенъ, еръ е то противно уговору, заключеномъ са баномъ Босне и съ Угрима.

Capta: quod respondeatur capitaneo et gubernatoribus nostris terrae, ad litteras quas nobis miserunt cum litteris inclusis comitis Mladini, continentibus de quodam tractatu, quem dictus comes asserit habere prae manibus in facto Tinini, quod sicut sciunt in compositione facta per eos cum bano Bosne et Hungaris, promissum fuit pro parte nostra non invadere, tenere seu occupare, de iuribus, nobilibus, gentibus, terris aut possesionibus domini regis Hungariae et regni sui. Verum non videtur nobis honestum, nec facere pro factis nostris, intromittere nos de dicto castro Tinini, quod per dicti regis gentem presentialiter custo-

ditur, et ideo mandamus eis, quod respondeant dicto comiti Mladino, recomendando eum de sua bona dispositione, quam habet in honoribus nostri comunis, sed presentialiter intendere non possunt ad dictum factum, et recedant a facto, cum hiis et aliis pulcris verbis, quae eis videbuntur convenire.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 22.

XLVII. 1345. ind. XIV. 19 Januarii.

Заключено писати кнезовима и обштинама Дубровачкой, Трогирской, Сплѣтской, Шибеничкой и Бáгской, да пошлю трећу смену войске подъ Задаръ.

Capta: quod scribatur nostris comitibus et comunitatibus Ragusii, Tragurii, Spaleti, Sibinici et Pagi, recomendando fidem et devotionem eorum de lignis et gentibus suis, quas tenuerunt hactenus ad nostrum honorem et servitium contra Jadram. Et quod cum faciamus parari nostros tercios, pro mittendo eos in proximo ad nostrum exercitum, loco secundorum, qui nunc ibi sunt, faciant parari illi de Ragusio suos tercios, et aliae civitates et comunitates suas gentes, quos et quas mittere debeant ad dictum exercitum nostrum, loco suorum, qui presentialiter in exercitu nostro sunt. Et scribatur eis dies, quo nostri hinc recessuri sunt, ut sint informati de tem-

pore, quo suos debeant destinare, de quorum missione ad ipsum terminum ortentur et sollicitentur cum illis verbis, quae dominationi decentia videbuntur.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 25.

XLVIII. 1345. ind. XIV. 22 Februarii.

Заключено, да се весникъ, кои иде бану Босанскомъ, найпре састане и договори са фратромъ Перегриномъ, па како овай рекне, да иде или да се врати у Млетке.

Capta: quod comittatur nuncio nostro, qui vadit ad dominum banum Bosnae, quod in quolibet loco, ubi reperiet fratrem Peregrinum, debeat ei exponere sicut continet sua comissio, et apperire ei causam, quare ipsum mittimus ad dominum bannum, et si dictus frater Peregrinus consulet ei, quod vadat ad dictum dominum bannum, ire debeat, et exponere dicto domino banno quae ei comisimus. Si autem dicto fratri Peregrino non videretur quod iret, tunc non vadat, sed Venetias revertatur.

Ser Andreas Michiel, comes Arbi vult: quod si dictus noster nuncius reperiet fratrem Peregrinum a Sibinico, Tragurio et Spaleto citra, non eundo propter Spaletum, et dictus Frater Peregrinus esset in actu veniendi Venetias et vellet redire ad banum, tunc noster nuncius ortetur et inducat eum

ad non redeundum, sed ad prosequendum Venetias iter suum. Si autem dictus frater Peregrinus omnino reddire ad bannum vellet, de hoc noster nuncius sit contentus, et de eundo vel non eundo ad bannum faciat secundum consilium dicti fratris Peregrini; verum si eum reperiet, ultra dicta loca, expo nat ei sicut continet comissio sua.

Ser Benedictus de Molino vult: considerando quod dictus frater Peregrinus scribit, quod credit breviter venire ad ducale dominium et avantagium nobis sit, scire ante ea pro quibus venit, quia maiorem informa, tionem habere poterimus in factis nostris· vadat pars: quod inducietur de mittendo dictum nuncium, usque ad octo dies proximos, et tunc erimus hic et fiet sicut videbitur.

Capta de non, quum est, quod stemus firmi, et quod nuncius vadat cum comissione jam sibi facta.

Secr. Rogat. Lib. I. A. ch. 32.

XLIX. 1345. 22 Februarii.

Заключено писати управительима, да нечиние штете кнезу Будиславу и Григорій Крбавскомъ, и осталимъ кнезовима Славоніе; него да ихъ гледаю придобити на страну Млетачку; далѣ да се посланица краля Србскогъ испита и савету предложи.

Capta: quod scribatur capitaneo et gubernatoribus nostris, quod se abstineant et gentem nostram faciant similiter abstineri a

damnificatione locorum comitum Budisclavi et Gregorii, comitum Corbaviae, aliorumque comitum Sclavoniae, nisi viderent quod faverent inimicis, vel procurarent contra nostrum honorem, et quia credimus, quod esset bonum et faceret pro nobis, si dicti comites possent uniri nobiscum, et ad intentionem nostram conformari, et ipsi scripserint nobis, quod dictus comes Gregorius ad hoc videbatur intendere; volumus ut dare debeant eidem comiti Gregorio omnem bonam spem et intentionem quam possunt, cum illis pulcris verbis et modis, qui sibi videbuntur pro honore nostro, trahentes ab eo, quantum plus poterunt, de intentione sua, et significantes nobis quidquid fecerint et habuerint in praedictis, intelligendo, quod parlamenta quac propterea fierent cum dictis comitibus, fiant extra bastias nostras, sicut alias extitit ordinatum.

Capta: quod sapientes Sclavoniae examinent ambaxatam expositam nobis per ambaxatorem domini regis Serviae, super qua dent nobis suum consilium, cum qua erimus hic et fiet sicut videbitur, et quilibet possit ponere partem.

Secr. Rog. Lib. I. seu A ch. 32.

L. 1346. 3 Marcii.

Одговори на предлагања посланика крала Србског.

Capta: examinata ambaxata domini regis

Serviae consulunt sapientes responderi ambaxatori suo:

Et primo ad primum capitulum, continens in effectu de coronatione sua in imperio Constantinopolitano, quam nobis ad gaudium significat, respondeatur, quod ob specialem devotionem, quam semper gessimus et gerimus ad suam majestatem, nos et nostra comunitas, de quibuscunque honoribus et gloria suae majestatis plurimum gaudemus, tamquam serenissimi et honorandi amici et affinis nostri, affectantes augmentum et conservationem status excellentiae suae, velut proprium, cum sciamus majestatem suam diligere econtra nostrum honorem et statum, et sicut cognovimus per effectum in magnifica oblatione per eum nobis facta non est diu, de gente sua ad nostrum servitium, contra Jadram. Et ideo regratiamur suae majestati, de eo quod nobis nota facit eius gaudia et honores, quae grata multipliciter sunt animis nostris, quia suplicamus altissimo, quod honores et excellentiam suam conservet et augeat maximum votum.

Ad factum vero unionis, quam inter ipsum et nos fieri petit, pro aquisitione imperii Constantinopolis. Respondeatur: quod animus noster semper unitus et conformis est, ad quaelibet suae majestatis beneplacita et honores. Verum propter guer-

ram nostram, quam praesentialiter habemus contra Jadram, et propter multa agenda ad praesens incumbentia nostro dominio, et etiam consideratione treuguarum existentium inter imperium Romaniae et nos, firmatarum cum juramento, quas non esset fas violare, absque derogatione honoris et fidei nostrae apud deum et mundum, ad factum dictae unionis intendere non possemus; recedendo a facto cum hiis et aliis pulcris verbis quae videbuntur.

Ad id quod petitur, quod ambaxator regis praedicti possit intrare civitatem Jadrae, pro tentando bonum concordiae inter nos et Jadratinos; respondeatur, quod regratiamur multum de huiusmodi suo bono proposito, cognoscentes illud procedere ex omni bona causa et affectione, quam gerit ad nostrum dominium. Verum tamen considerantes quod dominus Delphynus Viennensis, accedens pridie ad sanctum servicium contra Turchos zelo etiam virtutis motus, misit nobis insciis nuncios suos in Jadram, movendo Jadratinis nostris rebellibus verba reconciliationis. Qui Jadratini in sua malignitate et nequitia perseverantes, responderunt se ad hoc intendere non valere, absque expresso mandato domini regis Hungariae. Et licet haec verba portata fuerint praeter scientiam nostram, suspicati fuerunt illa procedere ad nostram instantiam tet inductum. Non habemus, quod hoc esse

honor suae majestati, nec nobis, quia nunc amplius ymaginarentur quod a nobis procederet, quod plurimum inconveniens esset, cum ipsorum intersit, nostram qui antiquitus fuimus et esse intendimus eorum domini, misericordiam implorare. Quare majestas sua in hac parte nos habere potest merito excusatos. Faciendo responsiones praedictas cum hiis et aliis pulcris verbis, quae videbuntur.

Sec. Rog. Lib. A. ch. 33.

LI. 1346. ind. XIV. 18 Aprilis.

Одговоръ Млѣтачке владе посланику бана Босанскогъ, кои оће да посредствуе у завади Млетака съ кралѣмъ Угарскимъ, збогъ обсаде Задра.

Capta: quod pro laudabili et bono portamento, quod habuit frater Peregrinus in nostris servitiis, fiant ei dona quomodo videbitur dominio, usque ad summam ducatorum centum. Et quia ipse volebat remanere hic ad capitulum, procuretur per dominium, quod ipse revertatur cum ambaxatoribus banni, quia poterit esse multum utile factis nostris.

Capta: quod respondeatur ambaxatoribus domini bani Bossinae, cum illis pulcris verbis, qnae videbuntur dominio, regraciando ei de hiis, quae fecit in honorem et comodum huius dominii, et de notificatione amicabili nobis facta, eius quod sentiebat de

intentione regis Hungariae, et subsequenter de consilio nobis dato per eum, de mittendo ambaxatam ad dictum regem, secundum expositionem dictorum suorum ambaxatorum; pro quibus omnibus plene cognovimus, magnum et sincerum amorem, quem ad nos gerit et pro eo reputamus nos ad cunctos eius honores et beneplacita strictius obligatos; et firmiter credimus, quod consilium suum ex pura mente et intima caritate procedit erga nos, tamquam fratres et amicos cordiales ipsius; sed sicut scire potuit, dominus dux Austriae per suam ambaxatam requiri nos fecit, quod cum sensisset regem Hungariae gravatum esse contra nos, libenter inter nos et ipsum, viam reconciliationis inveniret, et quod placeret nobis mittere nostros ambaxatores ad eum; propter quod licet nesciremus ullam rationabilem causam turbationis regis praedicti contra nos, cui et progenitoribus suis ex parte nostra semper gessimus reverentiam et amorem ut notum est, tamen misimus nostros ambaxatores ad dictum ducem, volentes, quantum ex parte nostra erat, esse in omni pace et amore cum dicto rege, sicut amicus facit cum amico; sed videtur quod ipse rex per suos ambaxatores missos ad dictum ducem, petat ante omnia removeri exercitum nostrum ab obsidione Jadrae, quod non esset rationabile, nec est de intentione nostra, cum ci-

vitas Jadra fuerit nostra et per nos posessa jam trecentis annis et ultra, sine contradictione cujuscunque, et exercitum quem habemus, habemus supra territorio nostro, nec iniuriam alicui faciamus, si quod nostrum est et fuit per longitudinem tanti temporis aquirere procuramus. Et propterea si intentio regis est firmata super hoc, non videretur nobis, quod mittere ambassatam nostram illuc posset aliquid relevare, sed si ipse dominus banus sentiret, quod intentio regis removendo se ab isto quod petit, foret ad aliquid, quod possit inducere amorem et benivolentiam inter dictum regem et nos, disponemus quum de consilio bani esset, mittere ad dictum regem nostros ambaxatores; et ideo eum rogamus instanter, quatenus cum in ipso magnam spem et fiduciam velut in fratre et amico carissimo habemus, velit nobis significare suam intentionem et consilium super hoc; et nos et nostra negotia, que sua propria reputare potest, habere in casu quolibet favorabiliter comendata.

Secr. Rog. Lib I. A. ch. 38.

LII. 1346. 9 Maii.

Одговоръ посланику кнеза Григорія, на услове савеза, кое овай предлаже Млетцима.

Capta: respondeatur ad capitula ambasatae comitis Gregorii in hunc modum:

Et primo ad primum capitulum de IIII. cent. equitibus et CC, peditibus et cet. Respondeatur: quod simus contenti dare ei CC. equites et C. pedites, secundum quod alias requisivit et contentus fuit; cum quibus debeat facere et procurare honorem nostrum et suum, cum conditione, quod possimus de ipsis gentibus et parte ipsarum ordinare et disponere et precipere, sicut quando et ubi nobis videbitur pro bono unionis.

Ad secundum capitulum, per quod petit provisionem et cet. Respondeatur: quod si eveniret, quod comes Gregorius amitteret suum, taliter quod non haberet unde vivere, dominatio nostra providebit, ut sibi conveniens apparebit. Et si ullo tempore contracta perderetur, et postmodum recuperaretur per nos, erimus sibi fauorabiles et gratiosi, ut ipse et sui recuperare valeant, quod est suum.

Ad tertium capitulum, si castra per desertationem contractae, vel deffectu victualium aut hominum teneri non possent et cet. Respondeatur: quod cum dictus casus occureret, providebimus nostro posse, quod victualia habeant pro pecunia et omnem favorem et consilium libentissime impendemus, ut ipsa castra conservari possint.

Ad quartum, si inimici obsiderent castra sua et cet. Respondeatur: quod in hoc pro-

videbitur per nos, sicut pro honore et bono nostro et suo erit conveniens.

Ad quintum, si dominatio acquireret contractam Chroacie, de possendo habere suum et c. Respondeatur: quod si hoc eveniret dominatio nostra providebit de tractando et habendo ipsum recomendatum benigne in suis juribus, sicut semper facere consvevit servientibus ei.

Ad sextum, per quod petit observari sibi privilegia sua et cet. Respondeatur: quod semper inveniet nos dispositos ad omnia, quae honeste et decenter fieri poterunt, ad conservationem jurium suorum.

Ad septimum, si civitas Jadrae habebitur per nos et c. Respondeatur, quod totum quod invenietur esse suum dabitur ei, et tractabitur per nos in jure et justitia, prout quilibet civis noster.

Ad octavum, de villis derobatis et cet. Respondeatur: quod per nos superinde providebitur sicut conveniet.

Ad nonum, de ducatis. V mille deponendis apud alios X mille et cet. Respondeatur, quod sumus contenti, quod ipsos deponat apud alios sicut petit.

Et pro praedictis volumus et petimus:

Primo, quod comes Gregorius habeat pro inimicis omnes inimicos comunis Venetiarum, et pro amicis omnes amicos; inteli-

damnificatione locorum comitum Budisclavi et Gregorii, comitum Corbaviae, aliorumque comitum Sclavoniae, nisi viderent quod faverent inimicis, vel procurarent contra nostrum honorem, et quia credimus, quod esset bonum et faceret pro nobis, si dicti comites possent uniri nobiscum, et ad intentionem nostram conformari, et ipsi scripserint nobis, quod dictus comes Gregorius ad hoc videbatur intendere; volumus ut dare debeant eidem comiti Gregorio omnem bonam spem et intentionem quam possunt, cum illis pulcris verbis et modis, qui sibi videbuntur pro honore nostro, trahentes ab eo, quantum plus poterunt, de intentione sua, et significantes nobis quidquid fecerint et habuerint in praedictis, intelligendo, quod parlamenta quae propterea fierent cum dictis comitibus, fiant extra bastias nostras, sicut alias extitit ordinatum.

Capta: quod sapientes Sclavoniae examinent ambaxatam expositam nobis per ambaxatorem domini regis Serviae, super qua dent nobis suum consilium, cum qua erimus hic et fiet sicut videbitur, et quilibet possit ponere partem.

Secr. Rog. Lib. I. seu A. ch. 32.

L. 1346. 3 Marcii.

Одговори на предлагања посланика краља Србског.

Capta: examinata ambaxata domini regis

Serviae consulunt sapientes responderi ambaxatori suo:

Et primo ad primum capitulum, continens in effectu de coronatione sua in imperio Constantinopolitano, quam nobis ad gaudium significat, respondeatur, quod ob specialem devotionem, quam semper gessimus et gerimus ad suam majestatem, nos et nostra comunitas, de quibuscunque honoribus et gloria suae majestatis plurimum gaudemus, tamquam serenissimi et honorandi amici et affinis nostri, affectantes augmentum et conservationem status excellentiae suae, velut proprium, cum sciamus majestatem suam diligere econtra nostrum honorem et statum, et sicut cognovimus per effectum in magnifica oblatione per eum nobis facta non est diu, de gente sua ad nostrum servitium, contra Jadram. Et ideo regratiamur suae majestati, de eo quod nobis nota facit eius gaudia et honores, quae grata multipliciter sunt animis nostris, quia suplicamus altissimo, quod honores et excellentiam suam conservet et augeat maximum votum.

Ad factum vero unionis, quam inter ipsum et nos fieri petit, pro aquisitione imperii Constantinopolis. Respondeatur: quod animus noster semper unitus et conformis est, ad quaelibet suae majestatis beneplacita et honores. Verum propter guer-

ram nostram, quam praesentialiter habemus contra Jadram, et propter multa agenda ad praesens incumbentia nostro dominio, et etiam consideratione treuguarum existentium inter imperium Romaniae et nos, firmatarum cum juramento, quas non esset fas violare, absque derogatione honoris et fidei nostrae apud deum et mundum, ad factum dictae unionis intendere non possemus; recedendo a facto cum hiis et aliis pulcris verbis quae videbuntur.

Ad id quod petitur, quod ambaxator regis praedicti possit intrare civitatem Jadrae, pro tentando bonum concordiae inter nos et Jadratinos; respondeatur, quod regratiamur multum de huiusmodi suo bono proposito, cognoscentes illud procedere ex omni bona causa et affectione, quam gerit ad nostrum dominium. Verum tamen considerantes quod dominus Delphynus Viennensis, accedens pridie ad sanctum servicium contra Turchos zelo etiam virtutis motus, misit nobis insciis nuncios suos in Jadram, movendo Jadratinis nostris rebellibus verba reconciliationis. Qui Jadratini in sua malignitate et nequitia perseverantes, responderunt se ad hoc intendere non valere, absque expresso mandato domini regis Hungariae. Et licet haec verba portata fuerint praeter scientiam nostram, suspicati fuerunt illa procedere ad nostram instantiam tet inductum. Non habemus, quod hoc esse

honor suae majestati, nec nobis, quia nunc amplius ymaginarentur quod a nobis procederet, quod plurimum inconveniens esset, cum ipsorum intersit, nostram qui antiquitus fuimus et esse intendimus eorum domini, misericordiam implorare. Quare majestas sua in hac parte nos habere potest merito excusatos. Faciendo responsiones praedictas cum hiis et aliis pulcris verbis, quae videbuntur.

Sec. Rog. Lib. A. ch. 33.

LI. 1346. ind. XIV. 18 Aprilis.

Одговоръ Млетачке владе посланику бана Босанскогъ, кои оћe да посредствуе у завади Млетака съ краљемъ Угарскимъ, збогъ обсаде Задра.

Capta: quod pro laudabili et bono portamento, quod habuit frater Peregrinus in nostris servitiis, fiant ei dona quomodo videbitur dominio, usque ad summam ducatorum centum. Et quia ipse volebat remanere hic ad capitulum, procuretur per dominium, quod ipse revertatur cum ambaxatoribus banni, quia poterit esse multum utile factis nostris.

Capta: quod respondeatur ambaxatoribus domini bani Bossinae, cum illis pulcris verbis, quae videbuntur dominio, regraciando ei de hiis, quae fecit in honorem et comodum huius dominii, et de notificatione amicabili nobis facta, eius quod sentiebat de

micos, pro qua gratias quas possimus referrimus domino Deo nostro, qui super nos tantam gratiam et misericordiam clementer fuit dignatus ostendere; recomendantes magnam probitatem et valorem suum et gentium nostrarum, quam in hiis et aliis nostris honoribus et servitiis habuerunt. Et nolentes esse ingrati de tanto beneficio et dono, sed potius volentes mentes nostras conformare ad bonum concordii et pacis, intellectis litteris suis ad plenum continentibus de tractatibus habitis cum domino bano Bossinae, sic respondemus eis, quod opinio trium magis solida, et plus secundum terminationes nostras nobis visa est, et libenter vellemus, quum foret possibile et sic instetur per eos toto posse, ad componendum factum Jadrae cum aliis terris insimul; possendo expendere pro hoc C mille florenos et XX mille pro baronibus, secundum formam determinationum factarum per nos. Set quando hoc non posset fieri, quia altera pars vellet tantum componere de facto Jadrae, sumus contenti, quod habentibus nobis statum et ante omnia civitatem Jadrae, libere cum omnibus fortiliciis, insulis, districtibus et cet. et renunciante rege, pro se heredibus et successoribus suis, omnibus juribus, quae quomodocunque diceret vel posset habere in eis, ac remittentibus nobis iniurias praeteritas Jadratinis, possint expendere ducatos LX mille,

sicut obtulerunt, et X mille pro baronibus, cum conditione, quod rex cum toto suo exercitu, debeat recedere de contracta sine dampnificando aliquas nostras terras, fideles, subditos vel amicos. Intelligendo ut alias eis scripsimus, quod in omni casu concordio includere debeant comites Maladinum et Paulum, secundum formam alias eis missam.

Secr. Rogat. Lib. I. ch. 47.

LVII. 1346. 29 Julii.

Одговоръ посланику краля Србскогъ; коле истогъ краля и цара да, сє заузима за нъіове посланике и нъіовє послове, ако се састане съ кралѣмъ Угарскимъ.

Capta: Quod respondeatur ambassatoribus domini regis Raxiae, regratiando ei de bona voluntate et magna affectione, quam ostendit ad nostrum honorem cum illis pulcris verbis que videbuntur, dicendo quod credimus super factis pendentibus inter dominum regem Ungariae et nos, mittere ambaxatam ad dictum dominum regem Hungariae, quam ambaxatam et facta nostra, in casu quo ipse dominus rex se reperiat cum rege Ungariae, intime et cum magna fiducia comendamus, cum intentio nostra sit, si ipsam ambaxatam mittemus, comittere ambaxatoribus nostris, quod si se reperiunt cum ipso domino Imperatore, recurrant ad eum pro auxilio, consilio et favore, tamquam

ad amicum nostrum honorabilem et praecipuum, in quo plenam spem et fidem gerimus, quod facta nostra propria reputet, sicut etiam reputaremus omnem eius exaltationem pariter et honorem.

Capta: quod pro honore nostro provideatur istis ambaxatoribus domini regis Raxiae, in rebus quae videbuntur, usque ad summam ducatorum centum, pro expensis quas fecerunt pro nostro servicio.

Capta: quod nostris fidelibus de Ragusio, pro eorum bona dispositione, quam ostenderunt continue ad nostros honores, dentur de arsenato nostro, absque aliquo precio remi LXXX. longitudinis in grione pedum V et in palla pedum XV. pro quodam ligno XX banchorum, quod fieri fecerunt ad omnem nostrum honorem.

Secr. Rogat. Lib. I. ch. 49.

LVIII. 1346. 9 Augusti.

Заключено дати фратру Катерину поклонъ, што є ишао по Млетачкомъ послу къ бану Босанскомъ.

Capta: Quod fratri Caterino provinciali, qui fuit missus ad banum Bossinae, et fideliter et laudabiliter se gessit, provideatur de denariis nostri comunis, de ducatis L. ut habeat bonam causam in nostris serviciis, et sic est consultum per dominos consiliarios et capita.

LIX. 1346. 10 Augusti.

Одговоръ на разна предлагання кнезова Славоніе, Будислава, Павла и Младена.

Capta: quod respondeatur nostro collegio super punctis contentis in eorum litteris, et primo ad verba tacta per comitem Budislavum Vrognich de fortilicia Tenini, volumus, quod ipsi comiti respondeatur cum verbis decentibus, quod considerantes, quod fuimus et speramus debere esse super tractatu concordii cum domino rege Ungariae, non intromittemus nos per nos vel gentes nostras de faciendo ad praesens contra eum aliquam novitatem; et propterea ipse a se potest facere sicut placet, quia quantum pro nobis, nolumus in dicto facto nos aliqualiter impedire.

Capta: ad factum filii Comitis Pauli, scribatur collegio, quod habentes curam ad omnem conservationem et bonum comitum Pauli et Maladini, in continenti determinavimus mittere ad comitem Doymum nostrum nuncium specialem super hoc, et quod de hoc informent dictos comitem Paulum et Maladinum. Et mittatur pro parte nostra, unus nuncius ad comitem Doymum, qui etiam aggravet comitibus Veglae factum receptationis, quam publice faciunt de nostris rebellibus Jadratinis in suis portibus et locis, contra debitum fidelitatis, cum

illis verbis, quae pro bono negotiorum comittenda dominio videbuntur.

Capta: praeterea ad ea quae dixit comes Maladinus de castro Tenini et Churiacis et cet. Volumus quod respondeatur, quod cum fuerimus et speramus debere esse super tractatu pacis cum domino rege, in qua pace, ut novit ipse comes, eum conamur includere, non videretur nobis, quod ad praesens habeat movere aliquam novitatem. Et similiter putamus esse bonum et facere pro statu suo, quod supersedeat pro modo de non faciendo novitatem aliquam Churiacis et illis de La Vrana, donec aliud aparebit.

Secr. Rogat. Lib. I. ch. 49.

LX. 1346. 21 Augusti.

Заключено кнезу Григоріи брату кнеза Павла Островичкогъ, послати єдногъ бележника, да му изяви, како е Млетчиħима жао было чути за смрть кнеза Павла.

Capta: quod mittatur unus notarius curiae ad comitem Gregorium, fratrem condam comitis Pauli Ostrovicae, quo salutato pro parte nostra exponat, quod provento noviter ad nostram notitiam de obitu fratris sui comitis Pauli, vehementissime doluimus, tamquam de amico et devoto nostro carissimo et. c.

Secr. Rogat. Lib. I. ch. 51.

LXI. 1346. 26 Augusti

Заключено јавити бану Босанском да шиљу посланике кралю Угарском, и препоручати му Млетачке послове.

Capta: quia dominus banus Bossinae perfectam dilectionem et amorem ostendit ad nostrum dominium, Vadit pars, quod pro honore suo et nostro scribatur ei et notificetur ei, quomodo sicut novit ambaxatores domini regis Hungariae fuerunt ad nos, cum quibus non valentes esse concordes, tandem ad instantiam et svasionem ipsorum ambaxatorum, nostram ambaxatam domino regi Hungariae mittere decrevimus, quod ei notum esse volumus, tamquam honorabili et praecipuo amico nostro, rogantes ut facta nostra recomendata habeat; et si cerneret videret, quod per nos fieri posset vel deberet aliquid, illud omni tempore libenti animo faciemus. Et circa ista verba scribatur etiam fratri Peregrino.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 52.

LXII. 1346. ind. XV. 3 Septembris.

Заключено протестирати против обновлења неке тврдиње, кою кнез Константин зида противно уговору.

Capta: quod scribatur Stephano notario nostro, istud quod habemus de novitate quam facit comes Constantinus, in rehedificando illud castrum contra formam pactorum, quae habemus cum ipso comite Neliptio patruo suo. Et quod procuret tam apud comitem Johannem filium con-

dam comitis Nelipcii, et ipsum comitem Constantinum et comitem Maladinum, quam alias ubi et sicut expedierit, quod cesset et abstineat a praedictis, et quod pacta serventur, protestando in hoc per illum modum, qui ei utilior videbitur. Et scribatur etiam collegio, quod circa effectum intentionis nostrae in facto praemisso, procurent et faciant id boni quod poterunt.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 53.

LXIII. 1346. 4 Septembris.

Одговоръ владе Млетачке на предложеня посланика бана Босанскога.

Capta: Examinatis capitulis ambaxatae nobis expositae per dompnum Helyam pro parte domini bani Bossinae, consulunt sapientes et primo, ad primum capitulum, continens de unione et liga facienda cum eo et cet. Respondeatur cum illis verbis quae dominio videbuntur, quod tanta est fidei et dilectionis sinceritas, quam in ipso bano cognovimus ad nostros honores, quod fidissime sibi audemus pandere in totum conditionem agendorum nostrorum, quae potest propria reputare, ut ipsorum habita plena notitia, possit circa ea considerare, quae veniunt rationabiliter attendenda. Equidem verum est, sicut per nostras speciales litteras sibi scripsimus ante adventum dicti dompni

Helyae, quod rex Hungariae, pro ut notum est ipsi bano, misit suos ambaxatores Venetias pro tractatu concordii. Qui inter alia volebant nobis dare libere civitatem Jadrae, prout petebatur per nos, set volebant quod aliae terrae nostrae Sclavoniae, remanerent regi, quod, si de relaxando ei aliquam dictarum terrarum, protinus erat et est contra intentionem nostram. Verum ex parte nostra volebamus, secundum tractatum per dictum dominum banum habitum in exercitu, dare usque ad quantitatem pecuniae promissam per eum, ut daret nobis Jadram libere, ut est dictum; nolentes ad aliud condescendere. Et sic finaliter non valentes esse concordes cum eis, maxime quia dicebant non habere mandatum ad plenum, ad requisitionem et instantiam ipsorum ambaxatorum, promisimus mittere nostram ambaxatam ad ipsum regem; quam, nolentes pro honore nostro deficere in promissis, iam paravimus et in brevi missuri sumus, non ad alium finem, nec cum alia intentione, nisi ad videndum, si id quod per suos fieri non potuit deffectu mandati, videlicet de dando nobis Jadram pro illa quantitate pecuniae, fieri vellet per dominum regem, ne ostendatur pro parte nostra recusari concordium, et quod velimus nos retrahere ab iis quae iam promisimus alias. Et licet mens nostra foret contenta omni tempore, esse in unitate et

confederatione cum ipso domino bano, pro fortificatione et conservatione utriusque partis, tamen certi reddimur, quod sapientia ipsius est tanta, quod aperte videre et cognoscere potest, quod firmatio et publicatio ipsius ligae, quantum ad praesens fieri non posset absque infamia et detractione honoris nostri, quia ex una parte mittere ambaxatam regi pro concordia, pro ut publica fama sonat, et ex alia parte firmare et publicare unionem contra eum, in se contradiceret, et honori nostro in toto orbe non mediocriter repugnaret. Et quia illud, quod praesentialiter fieri non potest per nos, absque nostro onere et infamia rationibus supradictis, verosimiliter forsam fieri poterit in processu temporis, cum reservatione honoris nostri, quem scimus ipsum dominum banum diligere; si praesentialiter deliberate non respondemus ad factum unionis praedictae, potest eius providentia nos habere rationabiliter excusatos, cum propositi nostri sit, pendentibus sic negotiis isto medio tempore, licet expressam unionem non habemus cum ipso, ipsum et eius auxilium in casu quolibet, velut amicum praecipuum requirere confidenter; et sic versa vice de nobis facere posset, quia suum intime diligimus honorem et statum. Quae omnia ex grandi cordis affectione ipsi domino bano nota esse voluimus, sperantes quod penes eum ha-

bebuntur, sicut eorum conditio et natura exigit et requirit.

Ad secundum capitulum per quod recomendat nobis comitem Gregorium et cet. Respondeatur quod satis credimus esse notam domino banno, gravem offensam nobis factam per ipsum comitem, quia existens noster civis, contra debitum et juramentum fidelitatis, temerarie praesumpsit, et armata manu venire et hostiliter contra nos, propter quod si contra eum gravati et turbati sumus, non est mirandum; set nihilominus attendentes instantes praeces ipsius domini banni, pro quo omnia nobis decenter possibilia faceremus, ipsum comitem Gregorium, si viderimus quod recognoscat fallum suum, et quod intentio et opera sua sint ad bonum et honorem nostrum, recomendatum habebimus intuitu ipsius domini banni, apud nostram gratiam et amorem.

Ad tertium capitulum de injuriis et damnis sibi illatis per comitem Maladinum et cet. Respondeatur quod novit deus injurias ipsius non minus graves habemus, quam si nobis vel nostris gentibus facte forent, et pervento de ipsis ad nostram notitiam, antea pluries scripseramus et nunc de novo misimus unum nostrum notarium et nuntium specialem pro reformatione praedictorum, et speramus quod fiet taliter, quod

ipse dominus bannus poterit rationabiliter contentari. Et nihilominus adhuc omnibus modis et viis intendimus efficaciter procurare, quod ipse comes Maladinus, a qualibet novitate se abstineat contra ipsum bannum vel gentes suas, et sumus certi quod sic fiet. Quem comitem Maladinum, cum sit intimus et fidelis nostri dominii, ipsi domino bano, amicabiliter comendamus, rogantes ut a perturbatione status eius placeat abstinere nostris praecibus et amore.

Ad quartum capitulum, per quod nobis recomendat comitem Johannem condam comitis Nelipcii et comitem Budisclavum Urognich et cet. Respondeatur quod si cognoverimus, quod dispositio eorum tendat ad bonum et honorem nostrum, ipsos intuitu ipsius domini banni, habebimus apud nostram gratiam recomissos.

Ad quintum capitulum, per quod petit mitti ad regem Serviae in eius favorem; respondeatur quod optantes omne bonum et statum ipsius domini banni, libenter ei complacebimus super hoc; et mittatur ad regem Raxiae per illam pulcram viam, quae videbitur dominio, ad rogandum eum super hoc, cum illis verbis, quae utilia videbuntur.

Ad sextum capitulum, de requisitione ei facta per Jadrenses, per quod petit

si nobis placet, ut se interponat de concordio inter partes et cet. Respondeatur quod in omnibus factis nostris, sic plene confideremus in eo, sicut in nobis, et quod scit, quae fuit intentio nostra, videlicet recipiendi Jadratinos ad gratiam nostram, dantibus eis nobis, liberum dominium civitatis Jadrae, salvis personis et habere. Et novitus videntes eorum duritiem, fecimus fieri unam cridam, quod si infra octo dies vellent dare nobis civitatem libere, ut est dictum, reciperemus eos ad gratiam salvis personis et havere; alioquin elapso termino nullam remissionem vel gratiam invenirent a nobis, set de eorum personis et bonis fieret secundum culpas eorum.

Ad ultimum capitulum, de facto Tenini, cum ipsum capitulum ab unione dependeat, non expedit praesentialiter respondere.

Secr. Rogat. Lib. I. ch. 53.

LXIV. 1346. 4 Septembris.

Заключено одговорити кнезу Григорій Куріаки, молеѣемъ за милостъ, да ѣе га примити на милостъ ако виде да се покано, найвише бану Босанскомъ за любавъ.

Capta: Cum comes Gregorius Churiachi, per suum ambaxatorem nobis fecerit suplicari, ut eum ad gratiam nostram recipere dignaremus, vadit pars: quod respondeatur ei, quod satis est mundo notoria gra-

vis offensa nobis facta per ipsum comitem, quod existens civis noster, contra debitum fidelitatis et juramentum suum, temerarie praesumpsit venire et hostiliter contra nos, ex quo si gravitatem et turbationem contra ipsum concepimus, non est mirabile apud quemquam. Set attendentes quod quaerit veniam de comissis, et quod ducale dominium nunquam est solitum quaerentibus misericordiam denegare, si viderimus, quod ipse comes recognoscat fallum suum, et quod sua dispositio et opera tendant ad honorem nostrum sicut promittit, ipsum intuitu maxime domini b a n i B o s i n a e, qui de hoc nos instanter rogavit, apud nostram gratiam recipiemus et habebimus comendatum.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 53.

LXV. 1346. ind. XV. 22 Septembris.

Заключено посредовати намеђу бана Босанскогъ и кнеза Младена, и разорити тврдиню кою гради Константинъ.

Capta: quoniam, sicut per litteras capitanei nostri maris pridie habuimus, b a n u s B o s s i n a e videtur exercitum congregare ad damnum c o m i t i s M a l a d i n i, et quaelibet discordia et novitas inter ipsos debeat gravare nostrum dominium, tum propter suum amorem, quem gerimus ad ipsorum utrumque, tum etiam quia esset praeiudiciale multimode factis nostris; vadit pars, quod mittatur ali-

qua discreta persona, qualis placebit dominio. consiliariis, capitibus et sapientibus vel majori parti, ad procurandum quietem et concordium inter praedictos dominum banum et comitem Maladinum, cum illis verbis, quae videbuntur dominio comittenda, et rescribat quidquid invenerit et facere poterit, et nostrum expectet mandatum.

Et comittatur etiam dicto nostro nuncio, quod si banus ei tangeret aliquid, tam super factis spectantibus ambaxatae, quam pridie ad nos misit, quam super aliquibus aliis factis, quae nobis possent spectare, audiat et trahat provide ab ipso totum quod poterit, et senciat de intentione sua, et rescribat et expectet nostrum mandatum.

Praeterea comittatur dicto nostro nuncio, quod procuret per omnem modum, quod fortilicia quam hedificari facit Constantinus ruinetur, faciendo et procurando cum illis de Sibenico et cum comite Maladino, quod mittant de suis gentibus ad faciendum eam ruinari, quum aliter obtineri non posset quod ruinaretur. Et scribatur capitaneo nostro terrae, quod praedictis de Sibenico et comiti Maladino, subveniat de gentibus nostris, pro facienda ruinatione praedicta, in ea quantitate, quam viderit expedire.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 54.

LXVI. 1346. 26 Septembris.

Заключено искати одъ бана Босанскогъ помоћъ, ако бы банъ Славоніе помагао Задранима.

Capta: cum in responsione facta dum. Heliae, ambaxatori domini bani Bossinae, inter alia caveatur, quod nostri firmi propositi est, pendentibus sic factis nostris, isto medio tempore, licet expressam unionem non habeamus cum ipso domino banno, ipsum et eius auxilium in casu quolibet, velut amicum praecipuum, requirere confidenter; et versa vice de nobis facere posset et cet. Consulunt sapientes, quod comittatur Ser. Nicolino, accessuro ad banum praefatum, quod dum erit in partibus illis, si de firmo senciet, quod banus Sclavoniae, vel alii descendere velint ad damnum nostrae bastiae, vel ad succurendum de victualibus inimicos nostros Jadrenses, prout sonant nova habita, quod tunc requirat auxilium et favorem ipsius bani Bossinae, ad resistendum dicto bano Sclavoniae, et aliis descendentibus occaxionibus antedictis, promittendo ei auxilium nostrum in casibus ei necessariis, secundum formam antedictae responsionis, factae dicto dum Heliae.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 55.

LXVII. 1346. ind. XV. 11 Octobris.

Заключено явити бану Босанскомъ, да су позвати натрагъ посланици кои су имали ићи кралю Угарскомъ; а съ баномъ обновити преговоре о савезу.

Capta: cum dominus rex Hungariae nobis per suas litteras significavit, quod non expedit nostram ambaxatam ire ad praesentiam suam, non removendo exercitum nostrum ab obsidione Jadrae; et modo incumbat nobis factis nostris cautelam habere et invenire, quod omni tempore fortes existamus contra quoscunque, et habeamus intentum nostrum in facto Jadrae, quod cum dei auxilio est sperandum, vadit pars: quod ambaxata nostra in totum et per totum revocetur, nec vadat, sed provideatur factis nostris ut videbitur melius.

Et notificetur Nicolino notario nostro misso ad dominum banum Bossinae, quod nostram ambaxatam revocavimus pro meliori nostrorum agendorum, nec volumus quod ullo modo vadat. Et quod hoc dicat et sentire faciat domino bano, et si idem dominus banus tangeret ei verba, quae nobis alias tangere fecit de facto ligae, quod trahat et sentiat ab ipso quidquid poterit, et totum quod senserit et habuerit scribat nobis, et nostrum prestoletur mandatum.

Ser Marcus Lauredano vult tantum plus: quod si eveniret quod dictus dominus ba-

nus non tangeret aliqua verba ligae Nicolino, quod Nicolinus caute et provide, per modum qui sibi habilior apparebit, tangat verba ligae dicto domino bano, secundum formam capitulorum, quae alias ipse banus per suum ambaxatorem nobis tangere fecit, et trahat ab ipso totum quod poterit, et quidquid habuerit et extraserit a dicto bano, nobis sollicite scribat et nostrum expectet mandatum.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 57.

LXVIII. 1346. 7 Novembris.

Заключено наложити бележнику Николину, да гледа дознати одговоръ бана Босанскогъ на предложенѣ саюза са Млетцима.

Capta: cum per nostras litteras pridie scriptum foret Nicollino notario, quod caute et provide, et per illum modum, qui sibi habilior apparebit, tangeret verba ligae domino bano Bossinae et cet. Et ab ipso Nicolino mullam receperimus responsionem; et pro factis nostris faciat scire de intentione ipsius bani superinde. Vadit pars: quod scribatur dicto Nicolino, quomodo recepimus suas litteras continentes, quod dictus banus valde conquerebatur de Jadratinis, qui eum in curia regis Hungariae diffamaverant et non cessabant diffamare, de quo valde condolemus et displicentiam maximam recepimus in animis nostris, cognoscentes

quod contra deum et omnem veritatem diffamatum est. Et quia faciendo ligam et unionem cum ipso domino bano, crederemus fore valde utile pro partibus et bonum, comittimus eidem Nicolino, quod ad dictum dominum banum mittere debeat dum Elliam, comittendo sibi praedicta verba, qui ea ipsi bano exponat, et procuret habere suam responsionem, quam dicto Nicolino apportet, qui omnia ordinate nobis rescribat et nostrum praestoletur mandatum. Et scribatur dicto dono Ellie pro parte huius dominationis, quod sibi placeat ad dictum dominum banum ire, expositurus quae sibi dictus noster notarius comittet. Verum si dictus Nicolinus requisivisset dictum dominum banum de dicta unione, juxta formam dictarum litterarum, quas superinde misimus, tunc dictus Nicollinus non mittat dictum Elliam, ad dominum banum cum verbis praedictis. Et insuper si dictus Nicollinus jam motus esset pro redeundo ad dictum dominum banum, occasione dictae unionis, tunc comes Spallati litteras domini Elliae non mittat, set retineat.

Et fiat littera credentiae dicto domino bano, pro domino Ellia.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 62.

LXIX. 1346. 7 Novembris.

Заклѫчено, явити кнезу Младену да засадъ недолази у Млетке, а преко бележника Николина молити га, да се помири са баномъ Босанскимъ.

Capta: quod scribatur capitaneis nostris terrae et maris, quod responsionem per ipsos factam nuncio comitis Mladini placet nobis, et ideo debeant ei iterum respondere, quod non intendimus, quod recedat deinde pro veniendo Venetias occasione praesentium novorum; cum habeamus praesentiam suam, pro uno alio exercitu nostro ibi, quum de ipso gerimus fiduciam pleniorem.

Capta: Examinatis litteris Nicolini notarii curiae dominio missis, super facto concordii, facti inter comitem Mladinum ex parte una et dominum banum Bossinae et illos duos Sclavos ex altera; et intellectis verbis, quae moventur per comitem Mladinum praedictum, quae sunt turbatio dicti concordii, contra id quod promisit facere expresse, et possent inducere majorem dissensionem, quam primo erat; consulunt sapientes, quod scribatur dicto comiti Mladino, quomodo per litteras dicti Nicollini intelleximus concordium tractatum inter ipsum et dominum banum Bossinae, quod nobis valde placet. Sed quia intelleximus quod ipse non contentatur de instrumento dicti ba-

ni, sigillato suo sigillo, et propterea non velit facere fieri suum instrumentum dandum eidem domino bano, nec relaxaverit carceratos, qui sunt Schardonae, ut promisit, rogamus ipsum instanter, quatenus sibi placeat adimplere id quod tractatum est. Cum faciat pro ipso et conservatione sua ac pro bono statu Sclavoniae, habere pacem et bonum amorem cum domino bano Bossinae et aliis Sclavis, ex quibus nobis plurimum complacebitis intendentes omnino, quod concordium inceptum compleatur per ipsum, et nos pro parte nostra, postquam ambabus partibus placuit, acceptamus et contenti sumus omnes differentias et quaestiones partium terminare. Super quibus Nicolino notario nostro plenius comisimus referendum, cui placeat fidem credulam adhibere et effectualiter adimplere.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 62.

LXX. 1346. indict. XV. 10 Novembris.

Млетачка влади тужи бану Босанскомъ кнезове Курјака и Будислава Угриниħа.

Capta: quod scribatur domino bano Bossinae cum illis pulcris verbis quae videbuntur, inter alia sibi denotando: quod per ipsius ambaxatorem domnum Elliam nos rogari fecit, quod Curiachum et comitem Budislavum Ugrignich et eorum bona nobis placeret habere comendata; et nos ob

amorem suae excellentiae eos hucusque recomendatos habueramus et habere intendebamus, dummodo facerent, quod deberent. Set nuper intelleximus relacione veridica, quod dicti Curiach et Budislavus Ugrignich adhunant et cumulant victualiam toti eorum posse, pro ponendo eam in Jadra, simul cum illa banum Sclavoniae, quae quidem non sunt causa, quod debeamus ipsos habere comendatos set contrarium. Et ideo rogemus ipsius magnitudinem, quatenus sibi placeat mandare et ordinare per illam viam quae sibi videbitur, praefatis Curiacho et Budislauo Ugrignich, quod a talibus adhunationibus victualium debeant se in totum abstinere, et ut bene comodata facere scient, negotium caute perturbare debeant, nam nollentibus ipsis se abstinere ab inceptis per eos, oportebit nos contra ipsos operari, sicut pro honore et bono agendorum nostrorum videbimus fore oportum.

Secr. Rogat. Lib. I. ch. 60.

LXXI. 1346. 21. Novembris.

Заключено: явити бану Босанском шта е урадiо за нѣга посланикъ млетачкiй кодъ краля Рашкогъ.

Capta: quod scribatur Nicolino notario nostro, quod faciat notum per deputatum nostrum Helyam, domino bano Bossinae, qualiter nuncius noster, missus ad re-

gem Raxiae, rediit referrens, quod invento dicto rege pluribus dietis infra terram in partibus Romaniae, super ambaxata sibi exposita pro parte nostra responsum habuit, quod dominus Rex ob amorem nostrum, contentus est vivere in pace et amicitia cum dicto bano, verum conquaeritur, quod dictus banus occupatam sibi tenuit et tenet quandam terram sibi de jure spectantem. Et quod pro bono gentis et pacis vellet, quod ipsi domino bano, placeret sibi eam restituere velut rem suam. Et si de hoc faceret dubium, contentatur ipse rex, quod de juribus partium super facto dictae terrae ,per aliquos cognoscatur, dantibus partibus sufficientes et ydoneas plezarias de observando, sicut per ipsos fuerit terminatum. Et si forte dictus banus nolet quod ad praesens cognosceretur hoc, contentatur ipse rex, quod treugue inter ipsos regem et banum fiant ad certum tempus biennii vel trienii ut videbitur, et quod ambae partes praestent sufficientes cautellas et plezarias, de non dampnificando se alterutrum intra dictum tempus, et de observando et non rumpendo treuguas ullo modo. Et propterae haec sibi amicabiliter nota facimus, ut sciat quid habeat facere in praemissis.

Secr. Rog. Lib. I. ch. 63.

LXXII. 1346. XV ind. 11 Ianuarii.

Заключено: прійимати понуду бана Босанскогъ, да посредствуе, за миръ кодъ краля Угарскогъ.

Capta: quod scribatur dompno Heliae, quod recepimus litteras suas, continentes responsum domini bani ad facta pro quibus iverat, et eam plene intelleximus. Ad quas respondemus: quod respectando perfectum amorem et sincerum propositum, quod dominus banus verbo et opere ostendit ad nos, firmiter credimus et tenemus indubie, quod nostrum honorem et statum in casu quolibet diligit, quem vere potest proprium reputare, et habemus quod sapientissime et ex bono zelo et fide dicat, et putamus esse melius quod facta unionis et lige pro praesenti tempore remaneant in pendenti et secreta. Et ad factum quod tangit, quod si nobis placeret, interponeret se libenter pro reconciliatione inter regem Hungariae et nos, confidentes de ipso plus quam aliquo principe vel domino mundi, nobis placet et sumus multum contenti, quod possit per illum modum, qui ei melior videbitur, se intromittere de pacificatione inter ipsum regem et nos, § et quod persentiat de voluntate et intentione sua et nobis quam cicius potest notum faciat, ut scire valeamus, quid pro honore et bono nostro superinde facere habeamus, recomendando eidem honorem et

facta nostra in quolibet casu, velut speciali et intimo amico, quem eum reputamus, et intendimus semper reputare. Et scribatur dompno Helyae, quod placeat se iterum fatigare ad dominum banum et facere ei istam nostram responsionem, et quod nobis faciat notum continue totum, quod ab eo habuerit superinde vel alia sine dilatione. Et scribantur haec Nicolino et quod procuret cum dompno Helia, quod vadat et faciat ut est dictum, et facto hoc Venetias revertatur.

Alii volunt quod rescribatur dompno Helyae et c. ut supra usque §, et postmodum dicatur: Et ut id melius fieri possit, nolentes quod pro parte nostra defficiat, quin pacificatio et amor sit inter dominum regem et nos, determinavimus ad ipsum regem mittere nostros solempnes ambaxatores ut possimus reconciliari cum eo, et quod ipsos ambaxatores et facta et honorem nostrum placeat, ut de eo firmiter speramus, habere favorabiliter comendata; et cet.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 68.

LXXIII. 1347. 14 Februarii.

Наредбе како да се чува заробљѣнъ кнезъ Дуймо.

Capta: quia comes Dujni, quem secundum nostrum mandatum huc misit noster capitaneus pasynatici, conservetur in Sancto

Georgio, stando reclusus in una camera, et sex ex custodibus dominorum de nocte et capitum sexteriorum, ad mudam, stare continue debeant in camera, in qua dictus comes stabit, et barca dominorum de nocte, stet contimue de nocte et de die circum moy, custodiendo sicut erit expediens. Et haec comitatur dominis de nocte et capitibus sexteriorum, quod faciendo ad mudam ad implere debeant predicta, ita quod bene custodiatur.

Misti d. Senat. Lib. XXIV ch. 63.

LXXIV. 1347. 18 Februarii.

Заключено да кнезъ Григоріе Гоиславићъ, войвода бана Босне, може изнети оружія изъ Млетака.

Capta: quod quidam comes Gregorius Goyislavich, voyvoda domini bani Bosnae, de quo nobis scribit comes noster Tragurii, possit extrahere tot arma de Venetiis, quae valeant ducatos Centum, solvendo datium nostri comunis,

Misti d. Senato Lib. XXIIII ch. 63.

LXXV. 1347. indict XV. 2 Aprilis.

Заключено; препоручати Папи римскомъ, Илію канонука трогирскогъ; и молбе бана Босанскогъ, и фратра Перегрина.

Capta: cum multum comune nostrum sit obligatum pro operibus fidelibus et laudabilibus, domini Helyae, canonico Tra-

gurienši, in procurando honorem et promotionem ipsius; Vadit pars, quod spribantur litterae credulitatis domino Papae et domino de Tutela, de credulitate pro Amadeo notario nostro qui est in curia pro nostro comuni, quod si sentiret, quod episcopus esset depositus vel defunctus, quod procuret cum honore nostro, tam apud dominum Papam, quam apud dominum de Tutella et alios sicut ei utilius videbitur, pro dicto domino Helya, ut praeficiatur in episcopum Tragurii, dicendo de bonitate et bona vita dicti domini Helyae, et quod dicta occasione, pro eius promotione recipiet incrementum. Sed nihil dicat Amadeus de praedictis pro episcopatu, non in casu qui accideret quod deberet fieri episcopus, pro aliqua de dictis causis; et si ad praesens non deberet fieri episcopus, sed deberet fieri conservator et administrator dicti episcopatus, loco illius de Spaleto, qui decessit nuper in Sclavonia, quod dictus Amadeus tractet et procuret cum nostro honore, quod dicto domino Helyae comittatur dicta administratio dicti episcopatus, loco illius qui decessit.

Item quod amore bani recomendentur Amadeo petitiones bani Bossinae et fratris Peregrini, quum pertinent ad bonum fidei et quod loquatur cum procuratoribus dicti

bani, qui sunt in curia, de dictis petitionibus, et procuret pro obtentu earum, tam apud dominum Papam, quam apud dominum de Tutella id boni, quod poterit cum honore nostro.

Secr. Rogat. Lib. I. A. ch. 73.

LXXVI. 1347. 3 Aprilis.

Молбе бана Босне, послате Папи римском, тичуће се римокатоличке цркве.

Exemplum supplicationum porigendarum domino Pape, nomine domini bani Bosnae, missarum Amadeo notario in romana curia.

Significat sanctitati vestrae humilis et devotus filius vester, Stephanus banus Bosnensis, quod religiosus vir, frater Peregrinus de Saxonia, generalis ministri ordinis minorum in Bosna vicarius, devote fideliter et instanter in Bosna pro fide catholica et animarum salute laborans, paucos habet cooperatores, secundum exigentiam operis et multitudinem animarum, propter quod negotium fidei non modicum retardatur. Quare cum absque sanctitatis vestrae gratia non possit haberi modus, per quem dictus vicarius habere valeat cooperatores in fidei doctrina peritos et lingvae Sclavicae non ignaros, vel saltem ad addiscendum aptos, supplicat idem banus, quod in obsequium ejusdem fidei or-

thodoxae et salutem animarum, quae nunc sunt et futurae sunt in terris suis, praefato vicario et qui pro tempore in officio erit, vocandi auctoritate apostolica fratres sui et aliorum approbatorum ordinum, et occupandi eos in obsequio memorato, et in quibuslibet ad hoc accomodis operibus pietatis, concedere dignetur facultatem. Et quod superiores seu praelati locorum ordinum praefatorum, huius modi fratres recusationis vel infirmitatis causa, de licentia ejusdem vicarii, ad loca de quibus eos vocari contingerit redeuntes, caritative recipiant atque tractent et illos collocent in ipsis, quotiens pro causa hujusmodi per dictum vicarium fuerint requisiti, non obstantibus quibusvis privilegiis seu indulgentiis praefatis ordinibus vel personis eorum, seu officiis sub quacunque forma verborum concessis.

Item quod in singulis conventibus magnis provinciarum vicinarum praedictorum ordinum, singulos neophitos in hujusmodi conventibus in latina grammatica et in doctrina sanctae Romanae ecclesiae, certo tempore instruendos, quando fuerit necesse, idem vicarius valeat auctoritate apostolica collocare.

Item quod dictus vicarius praedicta auctoritate, vocare et recipere ac tenere valeat sacerdotes et clericos seculares, quos dicto fidei negotio et animarum saluti judicaverit

opportunos, qui cum gentibus, non obstante quod sint excomunicatione ligatae, comunicare valeant, sicut fratres quibus hoc in partibus infidelium per privilegia sedis apostolicae dicitur esse concessum, possintque constitutis ibidem ministrare etiam sacra; et ab hiis generibus peccatorum absolvere permittentes se, quibus eisdem fratribus in partibus infidelium a sede praefata absolvendi licentia est concessa, vel prout eis idem vicarius, juxta eorum ydoneitatem et casuum occurrentium neccessitudinem, apostolica auctoritate duxerit committendum, et quod iidem sacerdotes et clerici eandem de benignitate sedis apostolicae habeant indulgentiam, quae per sedem praefatum eisdem fratribus in partibus infidelium dicitur esse concessa, et quod haec omnia possint et habeant sacerdotes et clerici memorati, quamdiu in ipsa vicaria Bosnensi, de licentia et voluntate vicarii praefati morantur.'

Item quod gratias privilegia et indulgentias, quae religiosis inter tartaros et infideles alios, vel scismaticos, pro ampliatione fidei catholicae laborantibus, conceduntur, etiam istis religiosis, qui pro eadem causa in pari periculo, non cum minoribus angustiis in Bosna laborant, dignetur misericorditer impertiri.

Item supplicat idem banus, quod dicto

Bosnensi vicario, recipiendi loca pro dicta vicaria in villis castris et civitatibus provinciarum Ungariae et Sclavoniae, in quibus nec ejusdem ordinis nec aliorum approbetorum ordinum fratres habent loca, concedere dignetur facultatem.

Item supplicat dictae vestrae sanctitati idem banus, quatenus in persona dilecti capellani et nuncii sui Georgii, hominis dei de Berito, alias dicti de Cipro, specialem gratiam facientes eidem Georgio, utpote bene meritae et literatae personae, de uno vel duobus beneficiis simplicibus ecclesiasticis sine cura vacantibus, ad praesens vel proxime utatur in civitate vel dyocesi Spalatensi, usque ad valorem annuorum LX. florenorum auri, spectantibus ad collationem archiepiscopi Spalatensis, de speciali gratia dignetur providere, cum inhibitione decreto et clausula anteferri. Non obstante quod idem Georgius Canonicatum et praebendam in ecclesia Spalatensi et quandam ecclesiam sancti Nicolai de portu Spaletensi, quorum fructus annui duodecim fiorenos non attingunt, et in Collosenensi ecclesia insulae Rodi, canonicatum, de quo nil percipit, noscitur obtinere; secus ut dicta beneficia quae obtinet, una cum obtinendis per huius vestram gratiam licite retinere valeat, dignetur de uberiori gratia, misericorditer dispensare, et cum ce-

teris non obstantibus et clausulis opportunis et exequutoribus.

Et quod transeat sine alia lectione.

Comm. IV. ch. 112.

LXXVII. 1347. ind. XV. 13. Maii.

Заключено дозволити кралю Рашкомъ и цару, да може дати изнети изъ Млетака оружіе.

Capta: quod complaceatur domino regi Raxiae et imperatori, qui noviter per suas litteras instantissime nos rogavit, quod cum pro exercitu suo et gentibus suis, indigeat certa quantitate armorum, quod infrascripta arma possit extrahi facere de Venetiis, solvendo nihilominus datiam debitam et consvetam nostri comunis.

Primo: paria trecenta armorum scumta et de pluri. —

Item: barbutos quingentos. —

Item: schincherias quingentas. —

Item: colaria quingenta. —

Item: cirotechas trecentas.

Die XV Maji missa officio.

Misti d. Sen. Lib. XXIV. ch. 12.

LXXVIII. 1347. 14 Julii.

Заключено да се настоява око помирења кнезова Младена Клишког, и Григорія Куріяки.

Capta: auditis et intellectis ad plenum litteris comitis nostri Jadrae, per quas signifi-

cat nobis, comitem Maladinum (Clissiae) Jadram venisse, et certam ambaxatam sibi fecisse pro parte comitis Gregorii et sua, ostendendo in verbis suis, quod comes Gregorius Curiaci cum Hungaris de Tinino, faciunt coadunationem gentium pro damnificando terras eorum et cet. Videtur sapientibus, quod cum dictus comes Gregorius cum suis ex parte una, et comites Maladinus et Gregorius cum suis ex altera, sint potentiores homines Sclavoniae, utilissimum esset pro bono et statu pacifico terrarum nostrarum et aliarum partium Sclavoniae, quod inter eos esset concordia, taliter quod viverent in quiete, cessante inter eos qualibet novitate. Et propterea consulunt concorditer sapientes praedicti, quod scribatur comiti et consiliariis Jadrae, quod intellectis litteris dicti comitis respondeamus eis, quod de discordia et dissidio vigentibus inter comites praedictos, displicet nobis multum, et libenter vellemus pro bono statu terrarum nostrarum, quod nulla novitas caderet intes eos; et ideo mandamus eis, quod studeant et procurent per illum convenientem et destrum modum et viam, qui eorum providentiae videbuntur, quod ambae partes, scilicet comes Gregorius Curiaci et comes Maladinus, veniant Jadram vel prope Jadram ubi videbitur, et ibi conferentes cum eis cum illis

pulcris verbis, quae pro honore nostro et pacificatione animorum utriusque partis viderint expedire, dent operam toto posse, quod inter eos pax vel treugua firmetur, operando ipsum comitem et consiliarios totum illud bonum quod sciverint et potuerint, pro inducendo ipsos ad pacem vel treuguam, ut superius est expositum.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 81.

LXXIX. 1347. 30 Augusti.

Заключено дати помоћъ кнезу Младену, противъ Угарске войске, али не противъ бана Босне.

Capta: quod scribatur nostris comitibus Jadrae, Sibenici, Tragurii et Spalati, qualiter nuper requisiti sumus per ambaxatam comitis Maladini, et comittendo eis, quod dent ipso comiti Maladino auxilium suarum gentium contra Ungaros et alios, volentes damnificare ipsum sive subditos nostros Dalmatiae, quod auxilium ei dare non praesumunt, nisi procedet de nostri voluntate et consensu ut dicta ambaxata continet seriose; et quod optantes bonum et securitatem nostrarum terrarum et bonorum nostrorum fidelium parcium praedictarum, et confidentes in sua discretione, relinquimus in libertate eorum, in praedictis tenendi illum modum et facere sicut eis videbitur, pro securitate et consevatione terrarum nostrarum

et bonorum nostrorum fidelium praedictorum, habendo semper pro amicis nostris d o m i n u m b a n u m B o s i n a e et gentes suas.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 85.

LXXX. 1347. 20 D e c e m b r i s.

Заключено послати у Далмацію посланика, да извиди тужбе тамошньи градова и кнеза Младена, противъ непріятельски нападая войске Угарске и нѣнии привърженика, и наредити противъ тога сходне мере.

Capta: cum habeatur ex relatione ambaxatorum civitatum nostrarum S i b e n i c i, T r a g u r i i et S p a l a t i ac c o m i t i s M a l a d i n i, quod ab U n g a r i s O s t r o v i c a e, T i n i n i et aliorum castrorum, subditorum d o m i n o r e g i U n g a r i a e, eorum bona et territoria spolientur et derobentur, propter quod requisiverant et requirant provideri per nostrum dominium, super modum pro conservatione et securitate eorum et terrarum et locorum suorum, nam aliter propter dictas derobationes, ut clare dicunt, sic permanere non possent; et pro statu nostro i n p a r t i b u s S c l a v o n i a e haberi provisio requiratur, ut subditi et fideles nostri terrarum nostrarum praedictarum et c o m e s M a l a d i n u s in fidelitate et devotione nostra constantes existant, et propter accessum regis Ungariae ad partes Apulee, in processu temporis melius poterit provideri, juxta conditiones et nova ipsius regis, quae habebuntur,

consulunt sapientes, quod eligatur in isto consilio Rogatorum unus ambaxator et provisor per 4 manus, qui vadat ad dictas terras nostras Sibenici, Tragurii et Spalati, et ad comitem Maladinum, exponendo eis pro parte nostra, qualiter per expositionem ambaxatorum suorum habuimus, quod Ungari et alii Sclavi eis Ungaris adhaerentes, aliqua sua territoria derobarunt et derobare intendunt, quod multum grave et displicibile nobis fuit, optantes eorum bonum et conservationem, tamquam de nostris fidelibus carissimis, quos semper in omni tempore reputavimus et reputamus; propterea quod intendentes ad tranquillum et statum pacificum ipsorum, et optantes informari de conditionibus ipsarum parclum Sclavoniae et eorum intentionibus, ut super augmento et conservatione eorum valeamus melius provideri, providimus ad eos mittere dictum nostrum ambaxatorem et provisorem, pro habendo informationem conditionum dictarum partium, et de intentione eorum, quid super hoc et per quem modum, per nos super securitate et bono eorum ac terrarum et locorum suorum, possit salubriter provideri, ortando eos fideles nostros in fidelitate et devotione nostri dominii, cum illis pulcris et ortatoriis verbis, quae ei convenientia videbuntur, et accipiendo omnem informationem quam poterit trahi, de conditionibus ipsarum

parcium, quam de intentione dictorum nostrorum fidelium et comitis Maladini, quid providendum esset per nos pro conservatione et securitate terrarum et locorum nostrorum fidelium praedictorum, et totum quidquid habuerit et fecerit, nobis debeat suis litteris denotare, non recedendo inde, sine nostro speciali mandato.

Et debeat dictus ambaxator et provisor ire Jadram et Nonam, ortando fideles nostros Nonae in fidelitate nostra, et accipiendo ibi informationem a nostris comitibus, de hiis quae ei viderentur, pro securitate et conservatione nostrarum partium Sclavoniae.

Capta: et cum sit comendabile scire pertransire cum inimicis suis, cum quam minori sinistro et damno fieri potest, et maxime in hoc tempore, quo bene et salubriter provideri non potest, tum propter conditionem temporis yemalis, tum quia propter progressum agendorum regis Ungariae, melius videbimus providere, comittatur dicto ambaxatori, quod in casu quo videtur fieri posse t r e u g u a i n t e r U n g a r o s e t t e r r a s n o s t r a s praedictas et c o m i t e m M a l a d i n u m, debeat cum nostris comitibus terrarum praedictarum nostrarum et comite Maladino cum plurimo honore nostro et bono nostrorum fidelium nostrarum parcium praedictarum quo fieri poterit, procurare quod tractetur treugua inter ipsas terras nostras

et comitem Maladinum et Ungaros, ut dicti fideles nostri cum ipsis Ungaris usque ad tempus debitum provisionis, secure valeant vivere et manere.

Verum si treugua fieri non posset, et dicti fideles nostri peterent auxilium gentis nostrae, debeat dictus ambassator et provisor noster persentire et se informare a nostris comitibus civitatum ac comite Maladino, quae quantitas gentium esset per nos mittenda ad dictas partes, tam equitum quam peditum, et ubi apcius stare possent dictae gentes, pro securitate et succursu dictarum nostrarum civitatum et earum districtuum et castrorum et locorum comitis Maladini, et quod succursum suarum gentium in hoc, dictae civitates nostrae et comes Maladinus exhibere possent, et de omnibus aliis se informet circa praedicta, quae ei videbuntur, et quidquid fecerit et habuerit super inde, nobis debeat suis litteris reserare, ortando ut dictum est, dictos fideles nostros in fidelitate nostri dominii, et dicendo, qualiter nostrae intentionis est penitus providere ad conservationem et statum pacificum eorundem.

Capta: ceterum cum dictus ambaxator erit cum comite Maladino, et quando ei videbitur, dicat ei, qualiter incessanter de eo habemus quaerelam, et de suis subditis, quod continue derobant nostros fideles et subditos Sibenici, ac etiam mercatores

et conductores rerum et victualium Sibenicum, quod infert dictis nostris fidelibus magnum damnum, de quo si ita est, plurimum compellimur admirari, considerantes et attendentes ad magnam fidelitatem et devotionem, quam erga nostrum dominium se habere ostendit, per quam est nobis extraneum et incredibile, quod tales derobationes ab eo procedant, cum firmiter teneamus, eum constanter optare bonum et honorem nostrum et nostrorum fidelium, quem nostrum in omnibus reputamus, requirendo et rogando eum pro parte nostra, quod suos subditos a talibus derobationibus faciat abstinere, et restituere per eos ablata dictis nostris fidelibus Sibenici, dicendo et aggravando factum, sicut pro honore nostro et bono facti viderit convenire.

Capta: et comitatur dicto ambaxatori quod exponere debeat comiti et iudicibus Spalati, qualiter habuimus per litteras comitis Maladini, quod cum ipse comes Maladinus, conduci faceret per mare de Scardona Clissam modia quinque salis, ipsi barcham et salem abstulerunt, non permittentes ipsum salem nec aliqua alia victualia portare per mare Clissam, et quod hoc nobis molestum fuit et incredibile, habito respectu, quod deberent quiete vivere et permanere cum dicto comite Maladino, pro statu et conservatione eorum, et procuret quod

dictus sal restituatur dicto comiti Maladino, si ita erit ut habemus per dictas litteras comitis Maladini, et quidquid in hoc habuerit et fecerit, nobis debeat suis litteris denotare.

Secr. Rogat. Lib. I. A. ch. 94.

LXXXI. 1347. 10 Januarii.

Заключено на молбу бана Босне, допустити Марину Павлу прогнатомъ изъ Задра, да се може вратити кући, ако није што кривъ.

Capta: cum tempore guerrae, quae erat inter nostrum dominium et Jadratinos quidam Marinus Paulus de Jadra bannitus fuisset de Jadra, per illos qui tunc ipsam civitatem regebant, et ut nobis scribit noster comes Tragurii, qui hoc scivit a pluribus, dictus Marinus bannitus fuerit solummodo, quia voluit dare operam, ut aliqui Tragurini, qui tunc erant in carceribus Jadrae, de dictis carceribus evaderent, et per ejus operam aliqui evaserunt, et dominus banus Bossinae, cujus ut scribit, dictus Marinus fuit et est specialis servitor, dominio nostro petat de gratia, ut dictam condemnationem contra ipsum Marinum factam, cancellari mandemus, vadit pars, quod intuitu dicti domini bani; considerata etiam causa dictae condemnationis, mandetur comiti et consiliariis Jadrae, quod inquirant, si dictus Marinus fuit condemnatus occasione praedicta, et si invenerint

ipsum fuisse condemnatum dicta occasione, ipsam condemnationem faciant penitus cancellari, ita quod ea non obstante, dictus Marinus possit ad propria remeare. Sed si aliter vel alia causa dictus Marinus foret condemnatus, rescribant nobis quidquid invenerint.

Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 95.

LXXXII. 1348. ind. I. 3 Januarii.

Закључено честитати кралю Рашкомъ на срећнимъ успесима, и препоручити му тврдиню Фетелею (у Мореи) и тамошнѣ люде Млетачке.

Capta: quod scribatur domino regi Raxiae congaudendo de prosperitatibus suis, et recomendando ei locum et fideles nostros castri Phetelei, et alia loca nostra et fideles, cum verbis quae convenientia videbuntur.

Misti d. Senato. Lib. XXIV. ch. 110.

LXXXIII. 1348. 26 Januarii.

Закључено писати бану Босне и кнезу Іовану Нелипићу, да недаду своимъ людма нападати на Млетачке градове у Далмацію, и ове плячкати.

Capta: quia providendum est et pro honore nostro, ad evitationem derobationum, quas comes noster Tragurii scribit fore factas et continne fieri, fidelibus nostris Tragurii, a gente domini bani Bossinae et comitis Juanni condam comitis Neliptii;

vadit pars: quod scribatur praefato domino bano super hoc, cum illis convenientibus verbis, quae videbuntur pro bono facti. Scribendo et eidem comiti J u a n n o, agravando nos de hujusmodi excessibus et dicendo, quod nisi debita satisfactio fieret et hujusmodi derobationes non cessarent, providebimus indemnitati nostrorum fidelium in bonis suis, quae in hoc casu, sicut scitur, sunt specialiter obligata.

Et insuper scribatur comitibus Spaleti, Sibenici et Tragurii de his derobationibus, quae quotidie comittuntur, et quod intelleximus, quod derobatores se quandoque reducunt cum rebis derobatis, et utuntur de una civitate ad aliam, quod inhonestum reputamus et grave. Cum omnes nostrae civitates et subditi intelligi debeant unum corpus, et maxime ut pacifice vivant et derobationes cessent. Et ideo cum alias facta fuerit quaedam unio inter dictas civitates, pro conservatione earum, ortamus eos et sibi mandamus, quod dictam unionem debeant observare taliter, quod hujusmodi derobationes cessent. Et si forte in totum observari non possent, aut non sufficerent, specialiter pro evitatione praedictorum, debeant omnes tres comites simul convenire et examinare modum, qui eis videretur utilis, pro cessatione et remotione derobationum et statu tranquillo nostrorum fidelium; et nobis rescribant, ut per nos fieri

possit et ordinari id, quod conveniens et utile fuerit, pro honore nostro et bono eorum.

Misti d. Sen. Lib. XXIV. ch. 114.

LXXXIV. 1348. Indict. I. 1 Aprilis.

Стефанъ царъ Грчкій (п Србскій) пише дужду Андріи Дандулу, да ће потврдити уговоръ постоећиванеђу Млетака и Котора.

Stephanus Dei gratia Grecorum Imperator. Amico nostro praedilecto, domino Andreae Dandulo eadem gratia dignissimo Duci Venetiarum, Dalmatiae atquae Chroatiae, nec non domino quartae partis et dimidiae totuis Imperii Romaniae, salutem prosperam et felicem, tamquam fratri praeamantissimo. Litteras vestras nobis missas gratuantes recepimus, pro confirmatione concordie et pactu, ut p rius fuit inter comune vestrum et comune nostrum et hominum fidelium nostrae magestatis civitatis Catarensis, pro pactis ut prius confirmata fuerunt ad biennium; quae iam in proximo finem habent. Modo iam fraternitas vestra apud majestatem nostram petivit et requisivit, quod nostro mandato pactum et concordiam, ut nobis patet, inter comune vestrum ct comune nostrum Catari, deberemus prolongare ad octo annos; quod amore vestri et intuitu amicitiae animo volenti facere volumus, quod in posterum semper dignitas vestra cognoscat nos esse vobis amicum specialem; unum transmittatis

virum idoneum vestri comunis cum litteris vestris ad fideles nostros Catari, qui cum ipsis Catarensibus confirmet pacta et concordia ut ante fuerunt; quia nos fidelibus nostris Catarensibus dictis, seriose et districte mandamus et praecipimus, quod factam pacta et concordia, usque ad octo annos proxime venturos confirment, ut prius fuit inter comune vestrum et comune nostrum, ipsorum Catarensium, quia semper volumus et intendimus adimplere voluntatem vestram, quantum magis possumus. Rogamus etiam ut dignemini precipere vestratibus, ne nostri Catarenses ab eis sine jure aliquod gravamen non habeant.

Comm. IV. ch. 119.

LXXXV. 1348. indict. I. 10 Aprilis.

Заключено: на молбу цара Србскогъ и Грчкогъ дозволити, да може добити изъ Млетака три галіе, опремлѣне и наоружане; уедно примити понуду нѣгову о посредованю између Млетака и краля Угарскогъ, и молити га да се свойски заузме за ньіову ствар.

Capta: Cum nobis debitum sit complacere domino Imperatori Raxiae et Graecorum, qui in omnibus gratis semper se ostendit favorabilem et promptum, consulunt quod super primo capitulo requisitionis seu ambaxatae suae, volumus oretenus explicare, per quod petit tres galeas omnibus armis necessariis munitas, pro aliquibus sibi incumbentibus, possit hinc extrahi facere. Respondeatur, considerata dilectione hinc inde

ingente, quae semper gratis et mutuis seviti's propagata existit et propagabitur deo dante, sumus contenti complacere majestati suae Imperiali, secundum requisicionem suam, quamvis similem gratiam aliquibus de mundo nunquam consvevimus facere, sed potuis contra dicere.

Capta: ad unum capitulum continens, quod si placeret nobis, libenter interpo. neret partes suas ad tractandum, quod inter dominum regem Hungariae et nostrum ducale dominium reformetur pax et concordia, cum honore nostro, respondeatur, (quod toti mundo) et suae majestati potest esse notoria magna reverentia et amor, quem nostrum dominium gessit erga praedecessores domini regis Hungariae, quos in multis casibus honoravimus et amicabiliter servivimus . . . . et est nostri propositi servare et facere cum domino rege praesenti; nec perpendere possimus, quod per nos sit . . . encia . . . vel causa justa turbationis contra nos. Verum de tam benigna et magnifica oblatione . . - . . sua, per dictum ambaxatorem et etiam per suas litteras nobis missas, ardentes, pro concordio inter nos et dictum dominum . . . . regem Hungariae amicabiliter interponere partes suas, Imperiali Excellentiae, merito refferimus gratiarum actiones. Quam oblationem gratissime, ut pro honore suo expedit acceptantes, sumus (contenti

quod) . . . se interponat; et si posset procurare et facere, quod dominus rex praedictus disponat animum suum ad unionem et (ad vivendum) nobiscum in pace et amore, sicut sumus dispositi erga eum, hoc nobis gratum esset multipliciter . . . . subiungendo quod per ambaxatores nostros, destinatos ad dominum regem Hungariae, sensimus, quod ambaxatores suae Majestatis (apud dictum) . . . regem, tetigerunt ei pulcra et gratiosa verba in favorem nostrum, de quo sibi regratiamur immense, credentes (eum continuo) . . . reperire dispositum ad conservationem nostram pariter atque statum.

Secr. Rogat. Lib. II. B. ch. 4.

LXXXVI. 1348. 16 Maii.

Налаже се кнезу Трогирскомъ, да дозна одъ кнеза Павла, брата кнеза Младена, шта иште одъ Млетака ако имъ уступи свое тврдинѣ.

Capta: cum comes Paulus notum fecerit dominationi, quod eius castra et loca * dare nobis intendit, juxta preceptum fratris

---

* То есть: Scardonam et Clissam; връ Островицу су векъ онда имали Маћари, кое се види изъ писма: 1347 indict. I. 20 Novembris, где се каже:

Quod scribatur comiti Maladino, qualiter recepimus litteras suas mentionem agentes de traditione castri Ostrovicae in manibus et forcio Ungarorum, quod nobis multum grave et molestum fuit etc.

Види: Secr. Rog. Lib. I. A. ch. 92.

sui comitis Maladini, et propterea pridie scriptum fuerit comiti Tragurii, quod cum comite Paulo loqui deberet, dicens sibi nostram bonam intentionem, quam habere intendimus erga ipsum; et utile sit habere suam intentionem; vadit pars, quod scribatur comiti Tragurii, quod si traxerit ab eo comite Paulo intentionem suam, videlicet quod vellet de provisione annuatim in vita sua, nobis debeat suis litteris denotare. Alioquin si non fecisset, debeat nunc cum eo existere et trahere ab eo omne quod potest, super facto provisionis praedictae, et suam finalem intentionem super praedictis, quam cito nobis debeat denotare.

Secr. Rog. Lib. II. B. ch. 7.

LXXXVII. 1348. 22 Maii.

Налаже се кнезовима Трогира и Сплѣта, да обећаю кнезу Павлу, брату кнеза Младена, две хиляде либара гроша годишнѣгъ доходка, за градове Скрадинъ и Клису, кое банъ Славоніе иште одъ нѣга силомъ за краля Угарскогъ.

Capta: cum habeamus per litteras nostrorum comitum Jadrae et Tragurii, quod banus Sclavoniae et alii Ungari, faciunt posse suum omnibus modis quibus possunt, habendi castra, quae fuerunt condam comitis Maladini, promittendo comiti Paulo, fratri comitis Maladini praedicti, multa et magna, ac contra minando ei de veniendo

cum magno exercitu ad offensionem et damnum dictorum castrorum, si ipsa castra non dabit regi Ungariae, et pro statu nostro in partibus Sclavoniae penitus requiratur habere ipsa castra in nostro dominio et potestate, quae vere dici possunt claves terrarum nostrarum Sclavoniae, cum omni sollicitudine qua fieri potest, cum omnis dilatio in hoc facto sit penitus resecanda, habito respectu ad magnam securitatem et commodum, quam tam statui nostro in dictis partibus Sclavoniae, quam terris nostris praestant, et ad magnum incomodum, si quod absit, ipsa castra devenirent ad manus Ungarorum, in quod dictae terrae nostrae incurrerent, cum in dicto casu in totum essent desolate et destructae. Vadit pars: quod pro velociore expeditione negotii supradicti, scribatur comitibus nostris Tragurii et Spalati, quod optantes pro securitate nostra et bono terrarum nostrarum, habere in nostra potestate et dominio castra quae fuerunt comitis Maladini, mandamus eis, quatenus omni mora postposita, esse et conferre debeant cum comite Paulo, fratre condam comitis Maladini, et procurare, ut dictus comes Paulus nobis dicere fecit per suum ambaxatorem, et ut etiam comes Maladinus frater eius sibi injunsit, habendi in nostro dominio dicta castra .... possendi promittere annuatim pro nostro comuni, dicto comiti Paulo, tempore vitae suae,

ad librarum duo millia parvorum Venetorum etc.

Secr. Rogat. Lib. II. ch. 8.

LXXXVIII. 1348. 18 Octobris.

Заключено, на молбу бана Босне препоручити фратра Перегрина за бискупа Босанскогъ.

Capta: Cum dominus banus Bossinae rogaverit nos per litteras suas instanter, quod recomendemus pro episcopatu Bosnae fratrem Peregrinum, ordinis minoris vicarii generalis ministri in Bossina, domino Papae et nostris nunciis in curia Romana, et nos simus multum obligati dicto domino bano et etiam fratri Peregrino. Vadit pars: quod in favorem dicti fratris Peregrini, pro ipso episcopatu possint scribi et mitti litterae, domino Papae et nostris nunciis et aliis, sicut et in illa forma, quae videbitur dominio, cum quibus litteris nostris mittantur etiam suae.

Misti d. Sen. Lib. XXIV. ch. 100.

LXXXIX. 1348. 15 Novembris.

Заключено, на молбу краля Рашкогъ, дозволити истомъ, да може іошъ и четврту галію узети у Млетцима, као што му е пре за три дато дозволенѣ.

Capta: Quod complaceatur domino regi Raxiae de una quarta galea sei ligno fornito, sicut concessum fuit ei de aliis tri-

bus galeis, et cum illis conditionibus omnibus. Ad factum non possendi ipsas galeas hic armare, et ad id quod petit, quemdam Raguseum effici nostrum civem, Respondeatur ambassatori suo, cum pulcris verbis excusando nos ab his duobus capitulis, sicut melius dominio apparebit.

Misti. d. Sen. Lib. XXIV. ch. 103.

XC. 1349. 30 Martii.

Заключено послати сяйногъ посланика цару Србскомъ, да овога моли за Дубровчане, да имъ накнади штете, кое су имъ починѣне у нѣговой држави, и да имъ поврати преѢашнѣ слободе, кое су уживали одъ стари времена у Србской држави.

Capta: Quum in nomine dei pro satisfactione et emenda damnorum, quae nostri fideles et subditi de Ragusio receperunt et indesinenter recipiunt in regno Raxiae, de quibus coram nostro dominio graviter conquaeruntur, suplicantes ut pro eorum restitutione, et reformatione novitatum et molestiarum, quae eis cotidie irrogantur, dignaremur nostros solempnes ambaxatores ad dominum imperatorem Raxiae destinare; mittatur unus ambassator solempnis ad eundem dominum imperatorem, cui comittatur, quod post salutationem decentem ei ex parte nostra propoxitam, exponat et dicat, quod nos qui dudum inspeximus sincerae dilectionis integritatem, opera clarae fidei et

magnae quoque devotionis et benevolentiae firmamentum, quibus praedecessorcs ejus inclyti reges Raxiae, et praedecessores nostri duces illustres et comunitas, intervenientibus laudabilibus hinc magneanimitatis operibus viguerunt. Quae quidem mentibus nostris insita, nos nostraque tota comunitas conservare proposuimus cum sua excellentissima majestate, et servare quantum in nobis in futurum proponimus. Audivimus dudum et incessanter audimus graves quaerelas et lacrimabiles nostrorum subditorum de Raguxio et fidelium dilectorum, dicentium, in imperio suo, per officium suae sanctae coronae, non una sed diversis gravitatibus et molestiis inotari. Et propterea se ad dampna gravia et jacturas intolerabiles esse prolapsos, dampnaque dampnis, novitates novitatibus et gravitates gravitatibus continuate et indesinenter augeri. Quae quidem novitates, gravitates et dampna eis insuportabilia, ipsos astringunt de regno recedere et in ipso moresolito non merchari. Pro tanto gravi, nos qui animo semper habemus sinceritatem et fidem, bonamque pacem et concordiem cum sua sacra majestate, nostrae mentis affectibus conservare, providimus eundem ambaxatorem nostrum ad suam serenitatem clarissimam destinare, quam volumus ex parte nostra instanter orare, ut pro honore suae serenissimae majestatis atque justiciae et nostrae consideratio-

nis intuitu, qui semper et omni tempore reddimur ad eius beneplacita et grata dispositi leta mente, dignetur et velit ordinare efficaciter et cum effectu mandare, quod ipsis nostris fidelibus de Ragusio; quorum commoda et augmentum tamquam bonum proprium reputamus, et continue procurandum de hiis quae ab eis indebite sunt ablata, ac de dampnis singulis, gravitatibus et molestiis eis per officia regis irrogatis, fiat satisfactio debita et condigna, taliter quod habeant merito contentari et eis causa quaerelae ampluis non supersit. Mandet quoque et sua clara serenitas et ordinet cum effectu, quod ipsi Raguxii privilegiis et provisionibus gaudeant ac immunitatibus et beneficiis in regno suo, quibus a longis retro temporibus sunt gavisi, ita ut restitutis et satisfactis dampnis quibuslibet, et amotis gravitatibus et molestiis insolitis quibuscunque, ipsi Ragusini in regno suo conversari possint et mercari sicut consveverant ante has novitates et dampna, hoc enim suae majestatis honorem et decus respiciet, et fructus et utilitas magna parabitur toti regno, nos quoque licet promptos dudum in singulis ejus beneplacitis reperire potuerit, inveniet ad eadem singulis temporibus prompciores. Et cum hiis et aliis verbis quae videbuntur domino consiliariis et capitibus, procuret penes ipsum dominum Impera-

torem hanc nostram intentionem et voluntatem habere et obtinere.

Capta: Verum cum comes et comune Ragusii, intendant mittere suos ambassatores simul cum nostro et munera ipsi Imperatori, sicut eorum ambaxatores affirmant, dictus ambassator noster eundo prius vadat Ragusium, ubi postquam eis dederit notitiam materiae suae, audiat quaerelas eorum et dampna, quae passi sunt in imperio praedicto, in quibus ipsi petunt satisfactionem, informando se de hiis quae necessaria pro ejus ambaxata fuerint, ut sciat quid habeat facere quodque petat, et postea prosequatur celeriter iter suum. Et si dominus Imperator praedictus satisfecerit Raguseis aut concordia intervenerit, de qua Ragusei contententur, Venetias revertatur, si autem intentionem nostram et ipsorem Ragusinorum, quas supradiximus, ab eodem domino rege habere non poterit vel complere, et essent aliquae differentiae inter ipsum dominum Imperatorem et illos de Raguxio, scribat ipsas nobis et quidquid fecerit et habuerit, et super ipsis suum consilium et expectet nostrum mandatum.

Capta: Praeterea audiat ambaxator praedictus quaerelas nostrorum omnium dampnificatorum, de quibus petat satisfactionem et emendam ab eodem domino Imperatore, in

ea forma sicut et quomodo videbitur domino, consiliariis et capitibus.

Capta: Habere debet dictus ambaxator libras trecentes pro tribus mensibus, et si ultra duos menses steterit, habeat libras quinquaginta in mensem, et habeat IIII famulos, de quibus unus sit expensator, et unum notarium et unum coquum, et possit expendere s. duos grossorum in die, in expensas oris sui et famulitii, nabulam non habeat a comuni.

Capta: Et pro hiis cum necessarium sit, quod dictus ambaxator celeriter vadat, et expediat materiam suam, recedat ambassator praedictus ad beneplacitum dominationis.

Capta: Et super istis negotiis possint scribi Nicolo de Buchia cum ea forma, quae videbitur domino consiliariis et capitibus. Cum habeamus per relationem ambaxatoris de Ragusio, qui sunt hic, quod ipse Nicola de Buchia est auctor et causa horum dampnorum et novitatum. Insuper cum dicant ambassatores praedicti, quod Marco de Gozzi de Ragusio, qui est gener ejusdem Nicole de Buchia, et Nicola de Lucari, de Ragusio, habent societatem cum eodem Nicola de Buchia. Qui etiam sunt ut dicunt, causa istorum dampnorum et novitatum, scribatur comiti Raguxii, quod veniente ambassatore nostro Ragusium, conveniant insimul, et vocatis ad se prae-

dictis duobus civibus Raguseis, redarguant eos cum illis verbis et ea forma, quam bona ne gocii eorum noverint expedire.

Misti d. Senat. Lib. XXV. ch. 7.

XCI. 1349. 6 Aprilis.

Налаже се капетану галліа Кулфа, да превезе у Трогиръ госпою Катарину Дандуло, супругу кнеза Павла, брата Младена Островичкогъ

Capta: Quod ad instantes petitiones comitis Pauli, fratris quondam comitis Mladeni, mandetur capitaneo nostro Culfi, quod nobilem dominam Catarinam Dandulo condam Sr. Iohanis, uxorem dicti comitis Pauli, quae ire debet cum galea Romaniae usquae Iadram, si dictus capitaneus Culfi repererit se citra Tragurium, levare debeat dictam dominam, super una ex galeis nostris, et ipsam cum familia et ejus arnesis levibus, conduci facere Tragurium, non sinistrando tamen negotia nec armatam nostram.

Misti d. Sen Lib. XXV. ch. 10.

XCII. 1349 6. Aprilis

Заключено: наложити посланику кои иде кралю Србскомъ, да покуша посредствовати за миръ између краля Србскогъ и цьра Цариградскогъ; а исто тако и између краля Србскогъ и бана Босне.

Capta: Quod pro dei reverentia et honore nostro, ac pro omni bona causa, comittatur am-

baxatori ituro ad dominum regem Serviae, quod tacto primo et principaliter eidem regi negocio Raguseorum et nostrorum Venetorum, pro quibus specialiter destinatur, debeat cum verbis condecentibus movere verba eidem regi Serviae, de tractando concordio inter ipsum et dominum Imperatorem Constantinopolis. Et si ipse rex videbitur attendere ad ipsum concordium, et dicto ambaxatori videbitur, notificet hoc ambaxatori nostro Constantinopolitano, scribendo ei, quod persentiat voluntatem ipsius domini imperatoris Constantinopolis in facto dicti concordii, trahendo ab ipso imperatore quidquid in hoc poterit, et velociter rescribendo dicto ambassatori, misso ad regem Serviae. Et si ipso ambaxatori nostro misso in Serviam, secundum ea, quae habebit tam a rege Serviae, quam ab ambaxatore Constantinopolitano, videbitur de eundo usque Constantinopolim ad dominos imperatores pro ipsa causa concordii, vadat in bona gratia. Et in hoc faciat quidquid boni poterit. Et ad cautelam dentur sibi hinc litterae credulitatis, pro faciendo ambaxiatam ipsis dominis imperatoribus. Praeterea comittatur eidem ambaxatori, quod non impediendo propterea praedicta duo negocia, videlicet Raguseorum et Venetorum nostrorum et imperatorum Constantinopolis, sed ipsa primo et principaliter procurando, si sibi videbitur, posse tentare concordiam inter

dominum regem Serviae et dominum banum Bossinae, debeat dare omnem operam quam poterit, pro bono ipsi concordii, sicut et quando sibi videbitur, possendo ire ad ipsum dominum banum et sibi ambaxiatam pro parte nostra facere, occasione praedicta. Non impediendo prima duo negotia, ut est dictum. Et dentur et pro isto respectu sibi litterae credulitatis ad praedictum dominum banum.

Capta: Et quia labor addatur praefato ambassatori et conveniens sit, ut et praemium augeatur, vadit pars: quod si dictus ambassator non ibit in Constantinopolim, habeat libras CCC. in tres menses et m. in antea libras L. in mensem, sicut pridie captum fuit. Si vero ibit in Constantinopolim, habere debeat libras. V cent. in III menses et m. in antea libras L. in mense.

Mixti d. Sen. Lib. XXV. ch. 10.

XCIII. 1349. Indict II. 20 Junii.

Заключено одговорити посланицима краля Рашкогъ, да ій не могу чекати за новце, кое имаю давати за галіе, еръ ій требаю; а за оружіе, дозволява се да могу изнети изъ Млетака

Capta: Quod respondeatur ambassatoribus domini regis Rasciae, quod corpora galearum alias oblatarum ei, cum furnimentis, sumus contenti eidem facere amicabi-

liter exhiberi, pro speciali amore, quem ad suam majestatem gerimus, sed de facto termini solutionis earum, quem petit, offerens dare pignora, propter conditionem nostri comunis id facere non possemus, cum pecunia ipsarum galearum omnino nobis necessaria sit. Nam complacentibus nobis ei de hujusmodi galeis, oportet quod de aliis construi faciamus, cum hiis et aliis verbis excusando nos ab hac requisitione, et similiter excusando nos a petitione horum, quos petunt pro dictis galeis, quos sibi concedere non possumus, propter evidentem necessitatem nostram. De armis vero quae petunt posse extrahere, complaceatur eis solvendo dacium.

Arma sunt ista: Etquidem clipei more Sclavorum, IIII cent. Et loricae C. Et paria manicharum de malia, C.

Misti d. Sen. Lib. XXV. ch. 27.

XCIV. 1349. ind. II. 16. Julii.

Одговоръ посланику бана Босне, тичући се развирице са царемъ Србскимъ.

Responsio ad ambassatam, expositam per ambassatorem domini bani Bosinae ducali dominio, pro parte ipsius domini bani.

Capta: Intellecta ambassata nuper ducali dominationi exposita per comitem de Minoy pro parte domini bani Bosinae, quae in tribus capitulis comprehendi potest. Et iam

in primo continetur requisitio quam facit, comendans quod dominacioni placeat interponere se, ad tractandum et procurandum, quod amor, benevolentia et concordia vigeat inter dominum imperatorem et regem Serviae et ipsum dominum banum. In secundo exponitur, quod si de beneplacito dominationis procederet, vellet construi facere quaendam locum sive fortalicium, in quadam contra, quae vocatur Cheml ad marinam, et quod si pro hedificatione aut constructione dicti laborerii sive fortilitii, aliqua molestia vel inquietatio sibi fieret a parte maritima, tum quod dominationi placeat suum sibi adhibere auxilium et favorem, cum a parte terrae satis reddeat se securum. Et in tertio continetur conclusio ambassatae praedictae, per quam offert se et loca sua honoribus et beneplacitis dominii quibuscunque et cet. Et ipsa diligenter examinata consulunt sapientes, quod respondeatur ad ipsam in hac forma, et primo: ad id quod prius exponitur, videlicet quod dominatio se interponat ad tractandum et procurandum, ut amor, benivolentia et concordia vigeat inter dominum regem et imperatorem praedictum et ipsum dominum banum etc. Quod semper dispositi fuimus et sumus ad omnia respicientia suum commodum, utile et honorem. Et ut nostram bonam dispositionem comprehendere valeat per effectum, noscat sua magnificentia, quod

expresse comissimus ambaxatori nostro, quem pridie misimus ad dominum regem et imperatorem praedictum, quod omnino daret operam cum effectu, ad procurandum et tractandum, quod amor, benivolentia et concordia confirmentur inter suam majestatem et ipsum dominum banum, et sic procurabimus modis omnibus, nostro posse, tempore sequuturo. Ad secundum vero in quo exponitur, de laborerio construendo et de requisitione auxilii et favoris sibi exhibendi, in casu et cet. habito respectu, quod praecisse non potest dici, quod desistat a constructione praedicti laborerii, cum locus in quo dicit velle construi facere sit suus, et per consequens ad adhibendum consensum precisse, quod fiat, posset in damnum reverti, periculum et jacturam pro statu et conservatione terrarum et locorum nostrorum Sclavoniae. Et pro nobis faciat in hoc sub silencio praeterire. Respondeatur, quod pro eo, quod dominus rex et imperator praefatus forte vellet diceret, quod locus, in quo ipse dominus banus vult quod praedictum laborerium construatur, sit suus et sui juris, et hoc posset impedire effectum tractatus concordiae et amoris, quem firmari desiderat et tractari cum domino imperatore praefato; videtur nobis fore melius et magis congruum pro honore ejus et commodo, quod super hoc supersedeatur, nec pro modo fiat novitas aliqua superinde. Et

quod in omnibus possibilibus nobis, nos reddimus favorabiles et paratos ad cuncta, quae ad suum spectare possint bonum, comodum et honorem. Cujus responsio capituli, habito sapientibus colloquio cum ambaxatore praedicti domini bani, videtur ipsi ambassatori esse honesta, racionabilis atque decens. Ad tertium vero quod est conclusio praedictae ambassadae suae, per quam offert se et loca sua cunctis honoribus et beneplacitis dominii, respondeatur cum pulcris verbis, videlicet: quod sic de ipsius magnificentia indubie fidem gessimus et gerimus specialem, et ob hoc praedictae suae magnificentiae ad gratiarum asurgimus actiones, et merito tenemus ejusdem benplacitis complacere, et cum hiis et aliis verbis, quae circa hoc convenientia videbuntur.

Misti d. Sen. Lib. XXV. ch. 37.

XCV. 1349. 14 Septembris.

Одговоръ посланику Млетачкомъ кодъ краля Рашкогъ Николи Ђорђићу, да се врати у Млетке, кадъ добіе за штете Дубровчана и Млетчића задовољавајућу накнаду.

Capta: Quod rescribatur Sr. Nicolao Georgio ambassatori ad dominum regem Rasciae, quod recepimus litteras suas, quas plene intelleximus, et ad eas suam providentiam comendantes rescribimus, quod comissio sua satis continet ad plenum intencionem nostram, quae est, quod si obtinuerit a do-

mino rege tale quid super facto Ragusii, quod ipsi Ragusei haberent contentari, et similiter super facto Venetorum nostrorum, quod Venetias revertatur. Sin autem rescribat. Itaque non expedit ei dare arbitrium quod petit, cum in discretione sua remaneat videre, si de eo, quod obtineri poterit ab ipso rege, Ragusei et Veneti habebunt, consideratis omnibus, contentari vel non; et nihilominus nos scribimus; et sic scribatur comiti et iudicibus Ragusii, quod si forte hoc non fecissent, provideant de dando tam largum mandatum et arbitrium suis ambaxatoribus, tam in compositione damnorum, quae petuntur, quam in faciendo justas et rationabiles requisitiones, quod pro parte eorum non remaneat, quin facta recipiant bonum finem, cum in damnis datis nos et omnes gentes mundi, transeant largo modo, contentantes de omni parte satisfactionis, potissime cum talibus principibus et baronibus, ut est rex Rasciae. Et propterea mandetur dicto ambassatori, quod sollicite procuret expedire sibi comissa, secundum intentionem nostram, ut ipsis expeditis Venetias celeriter valeat remeare.

Misti d. Senat. Lib. XXV ch. 53.

XCVI. 1350. ind. III. 13. Aprilis.

Зактеваня цара Србскогъ, коя є нѣговъ посланикъ Мияйло Бућа, предложіо Млетачкой влади.

Infrascripta est ambaxiata ducali dominio

exposita, per nobilem virum dominum Michaelem de Buchia, ambaxatorem serenissimi domini imperatoris Raxiae et Romaniae, dispoti Lartae et Blachiae comiti etc.

1. Imprimis salutatione praemissa, quod placeat, quando esse possit, domino duci velle personaliter interesse ad colloquium cum ipso domino imperatore, in partibus Ragusii et a Ragusio citra in nerrent, pro aliquibus magnis et arduis pertractandis.

2. Item petit dominus imperator, quod placeat ducali dominationi ipsum dominum imperatorem et eius filium, serenissimum dominum regem Vros, et dominam imperatricem, cum eorum haeredibus, facere et creare cives Venetos, acsi forent oriundi de civitate Veneciarium.

3. Item quod praefati habeantur et sint liberi, securi et franchi in civitate Veneciarum, et quod non possint peti aut dari ipsi, vel aliquis ipsorum, alicui personae de mundo, vel computari aut tradi pro civitate, castro seu castris seu locis, auro vel thesauris, de mundo alicui personae, et quod possit emere possessiones in civitate Venetiarum et alibi, caxalia et villas, in locis et terris comunis Veneti, et ea revendere ad suum benplacitum quandocunque, ut faciunt oriundi Veneti.

4. Item si contingeret, quod ipse dominus imperator vel eius filius dominus rex, aut domina imperatrix, venirent habitatum Venetias, quod tunc placeat ducali dominationi, eis vel alicui eorum, in signum amoris et honorificentiae, facere et dare aliquam provisionem seu regaliam, sicut pro honore imperialis culminis et celsitudinis ducalis videbitur convenire.

5. Item si casu contingeret, quod ducali dominio foret opus, in partibus Sclavoniae, vel in illis partibus, pro exercitu faciendo habere gentes, dominus imperator vult et offert se daturum de sua gente, equites et pedites, ad requisitionem ducalis dominationis, et eas mittere usque quomodo possunt secure attingere, et per mare dare similiter gentes, dante sibi ducali dominatione ad praedicta navigia opportuna, et pro eundo et redeundo; et e converso, si domino imperatori foret opus pro exercitu, vel guerra, quam faceret in suis partibus, quod ducalis dominatio sibi teneatur dare gentes et navigia per mare.

6. Item cum dominus imperator per gratiam dei, acquisiverit et subjugaverit decem partes Romaniae imperii Constantinopolitani, praeter civitatem Constantinopolis, quam expugnare et subjugare nequit; quod placeat ducali dominationi prae-

bere sibi auxilium per mare, gentis et galearum. Et si tantum continget faciente domino, quod dicta civitas subjugetur, vult et contentatur dominus imperator; quod totus Despotus sit libere comunis Venetiarum, et si noluerit Despotum, tunc dominus imperator cum auxilio ducalis dominationis per mare, offert se facere guerram civitati Perae, et si contingerit quod subjugetur, quod dicta civitas sit libere comunis Venetiarum. Et praedicta dicit dominus imperator, causa extrahendi de manibus illius delegalis Cantacusino, qui injuste et indebite captivatum detinet filium imperatoris.

7. Item vult et petit dominus imperator, quod si ipse, vel dominus rex ejus filius, aut domina imperatrix, vel alius pro eis, aut aliquis de suis fidelibus, emerent aut venderent seu facerent mercationes in civitate Venetiarum, vel extra in terris et locis comunis Venetiarum, quod omnes sint liberi, franchi et exempti ab omni dacio et angaria comunis Venetiarum, et locorum ubi praedicta facerent; et e converso vult dominus imperator, quod omnes cives et fideles ducalis dominationis, sint liberi, franchi, immunes et exempti, ab omni dacio et angaria, in omnibus terris et locis subiectis domino imperatori.

8. Item si contingeret, quod aliquis dominus vel princeps moveret guerram vel ve-

niret super dominum imperatorem, vel dominum regem ejus filium, aut super terras eorum, quod ducalis dominatio non debeat dare illis talibus auxilium vel favorem, et sic e converso, quod dominus imperator non debeat dare auxilium vel favorem alicui personae de mundo, qui vel quae veniret super aliquam terram vel locum communis Venetiarum.

9. Item ducalis dominatio per suas litteras et nuncios, rogavit dominum imperatorem, quod placeret sibi ejus amore habere amicum dominum b a n u m B o x i n a e, et quod ipsum recomendatum haberet; et propterea ipse dominus imperator, ob amorem ducalis dominationis, ipsum banum habuit amicabiliter et tractavit. Sed ipse banus male sibi respondit. Nam depraedatus fuit de suis gentibus, et acquisivit de suis terris et locis, et continue depredatur. Et ipse dominus imperator ob amorem ducalis dominationis, erga ipsum nunquam voluit facere novitatem, nec se movere. Et ideo praedicta facit explicari ducali dominationi, ut haec sciat et cognoscat, quia donec de voluntate et intentione ducalis dominationis nesciverit, non intendit se movere. Et si de voluntate ducalis dominationis non processit, et se non impediverit, intendit de dicto bano se protinus vindicare; et ideo quod placeat ducali dominationi per suas litteras scribere vel mittere domino ba-

no., quod faciat restitui damna et accepta dimittat, aliter se non poterit substinere.

10. Item ducalis dominatio misit hoc anno suum solempnem ambaxatorem, dominum Marchionem Bondenicae, et inter cetera requisivit, de certo damno, ilato in quadam navi viro Veneto, in partibus Avalonae, per cognatum domini imperatoris. Et dominus imperator misit praedicto suo cugnato et gravavit se de facto. Qui dixit, quod accepta non fuerant Veneti, sed alterius personae. Et tunc dominus imperator aliud non dixit; sed tandem ipse cognatus domini imperatoris, dixit et obtulit mittere Venetias ad ducalem dominationem. Et si reperiretur Venetum esse damnificatum, faceret omnia integraliter emendari. Ipse vero cognatus domini imperatoris non misit, de quo dominus imperator molestum habet; sed propter amorem dominae imperatricis aliud dicere non potest. Verum dicit dominus imperator, quod supra dictum est, quod accepta non fuerant Veneti. Sed dicit dominus imperator, quod vos domine dux, si dixeritis quod accepta fuerint Veneti, tunc mittat vel vadat mercator, et dicat et exponat de damno, et accipiat id quod est, et de eo quod restabit, dominus imperator offert se facere quidquid poterit, quia non intendit cum ducali dominatione et hominibus Venetiarum, vivere in ira, tamquam fidelis civis Venetus, et tamquam

frater ducalis dominationis. Et dicit dominus imperator, quod tunc ambaxatori vestro obtulit, mittere per me Michaelem ambaxatorem, yperpera mille CXX. in racione ypperperorum XVI pro libra,* qui sunt penes me ambaxatorem, sed tanto minus, quantum nunc minus valet argentum solito, de quibus denariis vestra ducalis dominatio disponat et ordinet, sicut placet.

Item exponit dictus dominus ambaxator, pro parte comunis et hominum de Cataro, fidelium dicti domini imperatoris, cum alias data fuerit pignora, contra dominum regem Rasciae et ejus subditos et fideles Sclavoniae, condam domino Jacobo Bolani, de qua pignora magna quantitas pecuniae est soluta, et ignoretur de condicione dictae pignorae, quod placeat ducali dominationi ordinare, quod ratio dictae pignorae videatur, et sciatur, quid et quantum solutum est. Et si satisfactum est in totum, quod dicta pignora tollatur et annichiletur. Et si aliquid restaret ad solvendum, remaneat in arbitrio ducalis do-

---

* Nota. Tunc erat libra 1 = 10 # aureis hodiernis, item 1 libra = 16 yperperis, sed cursus erat varius, nonnunquam erat 1 libra = 20 yperp. Yperpera = 8 grossi, 8 grossi = $\frac{1}{2}$ ducato. 1 asper = 4 grossi. Grosso = $\frac{1}{12}$ del soldo grosso, 1 ducat. = 24 grosso.

Vide: Sanudo et Galliccioli: Delle Memorie Venete antique, 8 Tom. Venezia 1795.

minationis, de dicta pignora disponere et ordinare, sicut ei videbitur et placebit.

Comm. IV. ch. 172.

XCVII. 1350. 13 Aprilis.

Одговоръ на предложеня Миайла Вуће, посланика цара Србскогъ, чињена Млетачкой влади.

Respondeatur ambassatori domini imperatoris et regis Raxiae in forma inferius annotata:

Ad ambassatam sapienter expositam per virum nobilem dominum Michaelem de Buchia, ambaxatorem serenissimi domini imperatoris Graecorum et Rasciae, respondetur per inclytum dominum ducem Veneciarum et ejus consilium, prout inferius continetur:

Et primo ad capitulum primum, continens quod placeat domino duci, si esse potest, esse ad colloqium in Ragusio vel a Ragusio citra, cum ipso domino imperatore, respondetur: Quod in omnibus, quae honorem et beneplacitum dicti domini imperatoris respicerent, ipse dominus dux et comunitas Venetiarum, ob amorem sincerum, quem ad majestatem suam gerunt, libentissime redderent se conformes, sed sicut notorium est, non permittitur ipsi domino duci exire ducatum vel civitatem Venetiarum, pro aliqua causa quantumcunque sit ardua sive magna, nec

unquam pro aliquibus negotiis, etiam conditionis sublimis, quae comune Venetiarum habet et habuit a multis temporibus citra, cum domino Papa, imperatoribus, regibus et aliis mundi principibus pertractare, ipse dux, prohibentibus constitutionibus Venetiarum, potuit civitate exire, sed ea per interpositas personas tractari fecit et facit. Verum a petitione contenta in ipso consilio, potest habere regia serenitas ipsum dominum ducem ex praemissis satis rationabiliter excusatum.

Ad secundum capitulum, per quod petitur, quod dominus imperator, filius ejus Urosius et imperatrix, cum heredibus suis, recipiantur in Venetos, tamquam si essent nati in Venetiis et cet. respondeatur, quod ducale dominium, ut est dictum, prompte disponitur ad complacendum in quantum cum honore suo potest, regiae majestati. Et propterea id quod petitur, de recipiendo ipsum dominum imperatorem, filium et imperatricem et eorum heredes, in cives Venetiarum ac si oriundi forent, libentissime per ipsum dominium admittetur, cum consiliorum suorum ad haec necessariis solempnitatibus et assensu.

Ad tertium capitulum, per quod petitur, quod praedicti habeantur et sint liberi securi etc. respondetur, quod ducale dominium ipsos intendit tractare et tractari facere

omni tempore, sicut carissimos cives suos, et quod in civitate Venetiarum possint quocunque tempore, secure et libere venire, stare et recedere ad benplacitum suum, et in ea facere, sicut possunt quilibet honorabiles et carissimi cives, oriundi de terra Venetiarum.

Ad quartum capitulum, per quod petitur, quod fiat eis aliqua honorificentia, si venirent habitandum Venetias. Respondetur: quod intentio ducalis dominii est, in omni casu et tempore ipsos honorabiliter et amicabiliter pertractare. Et si quondam casus eveniret, quod Venetias veniant, quod absit non cum honore et comodo suo, ipsos libenti animo videbit et amicabiliter recipiet, et personas eorum honorabit et honorari faciet, sicut pro honore suo viderit convenire.

Ad quintum capitulum, de subventione hinc inde praestanda, respondetur: quod propter magnam affectionem, quam visus est et videtur ipse imperator habere ad honores ducalis dominii, quandocunque sibi opus esset, ipsum dominum imperatorem ducale dominium requireret in opportunitatibus suis, et sic e converso, ipse dominus imperator ipsum posset requirere in gratis sibi, quia in quantum decenter posset, cum honore et statu suo, esset dispositum eidem amicabiliter complacere.

Ad sextum capitulum, per quod petitur auxilium galearum, pro subjugando imperium Romanum, respondetur, quod nos sumus in treugua cum imperatore Constantinopolis, per quam inter cetera, vinculo sacramenti sumus astricti, eidem et gentibus suis puram et veram pacem servare. Et hic e converso nobis astrictus est. Et propterea id facere non possemus, sine gravissima dei offensa, et violatione sacramenti nostri et derogatione honoris et fame nostre. Quare potest nos serenitas imperialis habere, a petitione praemissa, merito excusatos.

Ad septimum capitulum, per quod petitur, quod si dominus imperator vel filius aut imperatrix, seu alius pro eis, vel aliquis de fidelibus suis, facens mercationes in Venetiis et cet. quod eis libere facere valeat in Venetiis et aliis terris nostris et cet. respondetur: quod dictum dominum imperatorem et consortem ac filium suum, ut est dictum, ducale dominium semper intendit caritative et honorabiliter in suis terris tractare et tractari facere, et quod possint in ea facere et fieri facere, sicut quilibet honorabiles et carissimi cives, sui fideles etiam imperialis majestatis in omnibus suis comodis, tractare et tractari facere proponit in terris suis, favorabiliter et benigne, licet de libertatibus et franchisiis, quae petuntur pro eis, non possit effectualiter complaceri, cum nostri met fide-

les et subditi, non sint ab oneribus hujusmodi absoluti: sed ob amorem imperialis culminis, pro ipsis fiet, sicut subditis et fidelibus cujuslibet principis et carissimi amici nostri, quem habemus et reputamus dominum imperatorem praemissum.

Ad octavum capitulum, per quod petitur, quod ducale dominium non faveat principi alicui vel dominio, volenti movere novitatem vel guerram ipsi domino imperatori, respondetur, quod de hoc non habeat majestas imperialis aliquatenus dubitare, imo teneat pro constanti, quod ducale dominium ad ipsum semper habere proposuit verum amorem et benevolentiam specialem.

Ad nonum capitulum, de bano Bossinae et cet. respondetur: quod cum ducalis dominatio specialem amorem habeat tam ad regiam majestatem, quam etiam ad dominum banum Bossinae, ideo optavit et optat, quod inter partes ipsas sit quies et concordia, et quod sopiatur omnis materia quaestionis, quae damnosa possit afferre discrimina subditis earundem; et propterea rogavit et rogat regiam majestatem, quod ex parte sua disponatur servare, quod dictum est; et quia dicitur de novitate facta per banum ipsum, contra subditos ipsius domini imperatoris, dicit ducale dominium, quod de hoc, si ita est dolet, et intendit efficaciter

scribere dicto bano superinde litteras speciales. Et sperat indubie, quod reformabit quaecunque indebite facta forent, et quod ipse etiam ex parte sua disponetur, cum ipso imperatore vivere amicabiliter et quiete.

Ad X capitulum, de damno illato Veneto nostro in partibus Avalone. Respondetur, quod ducalis dominatio regratiatur imperatorie majestati, de bona voluntate quam ostendit erga ambaxatorem suum, tam in satisfactione damnorum civium suorum, quam aliis per dictum ambaxatorem expositis, et specialiter de eo, quod nunc offert in satisfactione damni praedicti, si reperiatur Veneto fuisse illatum. Et quia ipsa ducalis dominatio, diligenti inquisitione habita, reperit manifeste, quod bona, de quibus agitur mentio, fuerunt Veneti, ideo rogat et requirit instanter regiam majestatem, quatenus placeat sibi de satisfactione dicti damni, facere sicut sperat effectualiter provideri.

Ad XI capitulum, de pignora data contra homines Raxie, ad petitionem Sr. Jacobi Bolani. Respondetur, quod ducale dominium, cupiens subditos regios ne dum contra justitiam aggravare, sed potius eisdem assistere favoribus gratiosis, examinari mandabit negotium pignore supradictae. Et illud quod exactum est. Ei si invenietur, quod pignora sit soluta, superinde providebitur ita, quod subli-

mitas regia et sui fideles de Cataro et aliunde, poterunt et habebunt merito contentari.

Misti d. Sen. Lib. XXVI. ch. 16.

XCVIII. 1350. 3 Maii.

Заключено: одговорити посланику краля Рашкогъ, кои иште помоћь противъ царства Грчкогъ, као што е и пре одговорено было.

Capta: Quod ad ambasatam domini regis Rassiae, petentis auxilium nostrum contra Imperium Romaniae, respondeatur cum verbis, quibus pridie responsum fuit alteri ambassatori, et cum aliis, quae dominio videbuntur, excusando nos a dicta requisitione sua.

Misti d. Sen. Lib. XXVI. ch. 22.

XCIX. (1350) 11 Maii. Paduae.

Писмо кардинала Гвидона, легата Папиногъ, коимъ опомине краля Угарскогъ, дужда Млетачкогъ и великогъ мештра реда шпитальскогъ, да бране римокатоличке люде одъ цара Србскогъ Стефана.

Gvido miseratione divina titulo sanctae

Ceciliae presbyter Cardinalis, apostolicae sedis legatus, illustri principi domino regi Hungariae, et dilectis in Christo duci Veneciarum ac magistro hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani, salutem et sinceram in domino karitatem. Cum prout fidedignorum relatione percepimus, Stefanus qui se cesarem seu regem Raxiae facit comuniter nominari, nonnulos christianos in ejus regno habitantes, per vim et violentiam ad ejus perfidiam et infidelitatem trahat, ipsos quando poterit, et contra formam ecclesiae, faciat batizari, in christianae fidei non modicum detrimentum. Magnificentiam vestram requirimus, rogamus et hortamur in domino Yehsu Christo, quatenus eisdem christianis efficacis deffensionis praesidio asistentes, ipsos non permittatis ad hoc per regem praedictum trahi aliquo modo seu induci, quin imo regem ipsum, per vestras speciales litteras inducatis, et comminatorie si vobis necesse videbitur, requiratis, ut a praefato errore desistat, et praedicta seu similia ulterius facere non praesumat. Datae Paduae tercio ydus Maii, pontificatus domini Clementis Papae VI-ti, anno octavo.

Commemoriale IV. ch. 176.

C. 1350. indict. III. 25 Madii.

Андріа Дандуло, луждъ Млетачкій, дае Стефану цару Србскомъ и Грчкомъ, нѣговой супруги царици Єлени и сину Урошу, право грађанства Млетачкогъ.

Privilegium domini Stephani regis Raxiae, et uxoris ac haeredum suorum.

Andreas Dandulo et c. Universis et singulis praesens privilegium conspecturis, amicis dilectis, salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis magnificentia tunc sublimioris honoris suscipit incrementum, cum cives aquirit, quos exaltat decus et sublimitas imperialis et regiae majestatis. Scimus namque, quod serenissimi domini reges Raxiae, ad ducatum nostrum semper amorem intimum, grata exhibitione operum, demonstraverunt, adeo quod propinguitatis affinitas hinc inde antiquitus emanavit. Praecipue autem praesens serenissimus dominus Stephanus Graecorum Imperator semper augustus et Raxiae rex illustris, propensius nostrum ducatum diligere et subjectos, ipsius ducatus honores et subjectorum nostrorum commoda graciis suis promovendo. Propterea, quod suis et suorum solempnium ambaxadorum, pro ipso serenissimo domino Imperatore et rege petentium, praecibus annuentes, tamquam ad suae majestatis honores devota mente dispositi, ipsum serenissimum do-

minum Imperatorem et regem, cum serenissima domina Helena Imperatrice et regina collaterali sua, et cum excellentissimo domino Urosio nato suo, et cum haeredibus et liberis suis, in honorabiles cives nostros suscepimus atque suscipimus, et Venetos et cives nostros fecimus et facimus, et pro Venetis et civibus nostris, quaemadmodum si in Venetiis nati forent, in Venetiis et ubique locorum deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsos sinceris brachiis dilectionis et devotionis amplexantes, et firmiter statuentes, omnium consiliorum et ordinamentorum nostrorum neccessaria solempnitate servata, quod eisdem omnibus libertatibus, beneficiis et honoribus ac immunitatibus, quibus alii honorabiles cives nati Venetiis gaudent et perfrui dignoscuntur, praefatus dominus imperator et rex, et domina imperartix et regina, et natus suus praelibatus, et haeredes et liberi sui, in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. In quorum fidem et evidentiam pleniorem praesens privilegium fieri mandavimus, bullaque nostra pendenti aurea munivimus. Datum in nostro ducali palatio. Anno dominicae incarnationis Mille CCC. quinquagesimo, die XXV. mensis Madii, III indictione.

Commemoriale IV ch. 157.

CI. 1350. indict. III. 11 Julii.

Заключено послати два посланика къ кралю Србскомъ и къ бану Босанскомъ, да посредую измеђъ нъи ради мира и слоге.

Capta: Quia est honor noster pro omni respectu et maxime propter magnam affectionem, quam ad nos ostenderunt per effectum tam dominus rex Raxiae, quam etiam banus Bosnae, interponere nos de concordio inter eos, vadit pars, quod in bona gratia, pro dicta causa et etiam pro procurando conservationem et bonum nostrorum fidelium Ragusii et locorum suorum, quos semper promptos invenimus ad nostra mandata, mittantur duo solennes ambaxatores, qui euntes Ragusium et informantes se de novis, vadant tam ad dictum regem Rasciae, quam ad dictum banum, pro parte nostra, ad procurandum quietem et concordium inter eos et quod cessent novitates, ad quas alterutrnm utraquae pars videtur intendere. Incipiendo et possendo se ab invicem separare et ire unus eorum et ambo, sicut sibi videbitur pro bono negotiorum, et si concedente domino, poterunt partes reducere ad concordium, redeant; sin autem trahant ab

eis quae poterunt, et rescribant expectantes nostrum mandatum, procurantes suo posse, quod interim a novitatibus ex utraque parte cessetur. Quibus et comittatur quod bonum et conservationem dictorum nostrorum fidelium de Ragusio procurent in ista ambaxata sua, tam apud dictos dominos, quam alios sicut viderint opus esse. Et fiat dictis ambaxatoribus commissio circa praedicta in ea forma quae dominio apparebit.

Et habeant dicti ambaxatores libras II. cent. pro duobus mensibus pro quolibet, et si ultra steterint, habeant libras L. pro quolibet in mense habendo IIII. famulos pro quolibet, inter quos sit unus expensator, unus notarius cum uno famulo et unum cochum, et possint expendere sold. II grossorum pro quolibet, in expensis oris pro se et familia sua. Nabula vero et agozia habeant a comuni. Et quia expeditio eorum est utilis et necessaria, teneantur respondere diè qua eligentur vel altera. Denarii vero pro expensis ambaxatae accipientur cum ordinibus terrae.

Capta: Quod dicti ambaxatores non possint refutare sub pena librarum C. pro quolibet.

Misti del Senato XXVI. ch 36.

CII. 1350. indict. IIII. 28. Septembris.

Заключено: оставити на вольи посланицима кодъ краля Србскогъ и бана Босанскогъ, да се могу вратити у Млетке, ако виде да посредованѣ ньіово за миръ никако неуспева.

Capta: Cum per litteras ambaxatorum nostrorum missorum ad regem Raxiae et banum Bossinae habuimus, quod nullo modo de concordio inter partes sperant, et quod mora sua est cum expensis maximis et in minus honoris nostri dominii; vadit pars, quod rescribatur dictis ambassatoribus, quod libenter voluissemus, quod aliqua compositio facta fuisset inter dictas partes, ut cesassent errores et scandala inter eos. Sed intellecto tenore litterarum suarum confidentes de providentia sua, relinquimus in discretione et arbitrio suo, si per ea quae habuerint, viderent posse procurare aliquod bonum inter ipsas partes, eundi et faciendi sicut eis videbitur pro honore nostro. Et si videretur eis, quod mora eorum non esset opportuna, et quod dicta nostra intentio fieri seu obtineri non possit, volumus quod recomendatis instanter domino regi Raxiae terris et locis nostris et omnium subditorum nostrorum cum verbis decentibus et accepto comeatu decenti, Venetias revertantur.

Misti del Senato XXVI. ch. 46.

CIII. 1350. 6. Octobris.

Налаже се посланицима кодъ краля Србскогъ и бана Босанскогъ, да се невраћаю, него да гледе учинити што годь могу, да Србскій краль остави градъ Дубровникъ и Стонь на миру.

Capta: Quia pridie scriptum fuit ambassatoribus nostris missis ad regem Raxiae et ad banum Bossinae, quod remaneat in eorum discretione secundum ea quae haberent, redeundi Venetias vel manendi, sicut eis videretur. Et pro nova quae habentur de voluntate regis Raxiae, qui forte attendit ad ocupationem punctae Stagni, mora eorum utilis et fructuosa existat, vadit pars: Quod scribatur eis, quod non debeant recedere de illis partibus, nisi primo videant manifeste civitatem Ragusii et punctam praedictam remanere et esse in statu securitatis; sed potuis procurent omnibus modis quibus melius poterunt, conservationem et bonum nostrorum fidelium de inde, ubi et sicut honori nostro viderint convenire.

Misti del Senato XXVI. ch. 46.

CIV. 1351. indict. IIII. 20. Augusti.

Заключено: наложити кнезу Шибеничкомъ, да држи миръ съ Босанскимъ баномъ, а бану писати о томъ и молити га, да и онъ исто тако поступа према Млетачкимъ людима.

Capta: Et scribatur comiti nostro Sibinici de receptione litterarum domini

bani Bossinae, quarum exemplar transmittatur eidem, mandando ei, quod unum nuncium bene informatum de damnis sibi ilatis ad ipsum dominum banum debeat destinare, petiturum restitutionem damnorum praemissorum. Et quod e converso ipse comes restituere debeat eidem domino bano servos suos, si in suo districtu contingerint reperiri; narando eidem comiti de amore intimo inter nos et ipsum dominum banum servato, et quod debeat secum pacifice pertransire quia tempus non est ad praesens discordias suscitare.

Capta: Et scribitur ipsi domino bano de receptione litterarum suarum regratiando sibi de bona voluntate, quam vidimus eum habere et eidem narrando, qualiter nostro comiti Sibenici dedimus in mandatis, ut secum et cum gentibus suis pacifice debeat se habere, abstinendo se a qualibet novitate fienda subditis ipsius domini bani, rogando eum quod erga subditos nostros similiter debeat se habere.

Misti del Senato. XXVI.

CV. 1354. indict. VII. 24. Februarii.

Известіе Жанина Новелло посланика кодъ цара Србскогъ, о томъ шта е свршіо за накнаду неки штета Млетачки.

Relatio Zanini Novello, missi domino Imperatori Sclavoniae.

Cum zosia che per la Signoria vostra io

Zanin Novello fosse mandado a miser lo Imperador de Sclavonia, a demandar satisfacion de le robason fate per lui et per lo provistial e per Luze de Chimo a i nostri mercandanti da Venesia li qual usava in le parte de Sclavonia, de che io fu la in corte del dito miser lo Imperador, e fu dananti da lui cum quela salutacion reverente, che me parse per parte vestra, ei demandando humelmente e reverentemente per parte de la vostra Signoria, che a lui devese plaser de pagar, over far pagar i sovrascriti mercadanti de la dite robasson. De che molte parole defo, in lo fin elo ordena a Piero fio, che fo de miser Nicola de Buchia, che a tute queste cosse elo devesse pagar e satisfar, de che lo dito signor Piero de Buchia, fo contento de dever pagar a tuti i Veniciani, che se trovase, che se pare miser Nicola protovistial dovese dar, de che dener algun io no avi ni no e posude aver, salvo queste parole. —

De la robason che Luce de Chimo fese a sr. Polo Quirin, miser lo Imperador dise, ben aver lo sapudo mostrando che lo li savesse nio niente, ma dise che Ser Polo Quirin vada in corte a far raxon con lui, che le lo pagarave de ze chelo li doverave dar, e fara che Luze de Chimo lo satisfara de la dita robason; e io mostrando li tute raxon segondo che Ser Polo me de in nota. Io non

puti aver altri da lui, si che vegando zo e chele spexe i era grande e che niente poteva aver, son vegnudo anemosia adar ve a saver ze, si che la vostra Signoria se sovigne ra li sey mercadanti, como li plasera.

Commemoriale V. ch. 27.

CVI. 1354. indict. VII. 9 Junii.

Заключено, да се о трошку неки Млетачки жителя, имаюћи пріймати новце одъ Срба, пошлѣ еданъ посланикъ у Србію, ради тогъ посла.

Quod in servicium infrascriptorum nostrorum nobilium et aliorum mercatorum conversantium in partibus Raxiae et debentium recipere a rege vel de dictis partibus magnam summam pecuniae, pro quarum satisfactione saepius scriptum est et usque nunc tamen non potuerint habere, possit mitti aliquis nuncius ad expensas eorum, quin placeat dominio ad procurandum satisfactionem eorum, cum verbis et mediis honestis et decentibus, sicut convenit statui et conditionibus nostris cum illa comissis quod videbitur dominationi. pro Nicol. Faletro
— Paulo Zeno
— Franciscus Ruzini
— Tadaeus Zantani
— Zanius Goutier
— Nicolaus Mighorati.

Misti del Senato XXVII. ch. 2.

CVII. (1354.) indict. VII. 6. Augusti; in Constantinopoli.

Известіе Матіе Венеріо, байльва Млетачкогъ у Цариграду, послато дужду Андрій Дандуло, о станю ствари у Грчкомъ царству.

Extus: Serenissimo et excellentissimo domino suo, domino Andreae Dandulo, dei gratia Venetiarum, Dalmatiae atque Crohatiae inclito duci et domino quartae partis et dimidiae totius imperii Romaniae.

Serenissimo segnor mio, per la via de Salonichi, die 8-vo Luio, le condition de inimisi et de l'imperio a la serenitade vostra per mie lettere plenamente scripsi, quel che de novo e ocorso a la celsitudine vostra per queste faro manifesto.

Segnor mio, como per altre scripsi i Zenoesi de Pera navega solicitamente non habiando respetto ni dubio che galee vostre per la presente mudha debia qua vegnir, le duo galee suo, le qual stette fuora mesi III, et plu et nessuna nova i ne saveva in conserva cum una altra de ponente clamada galla die VIII dito, come plaque a dio soura el cavo de la grea prexe per bataya una vostra nave, de la qual era patron ser Tomado da olto, in la qual era eciamdio molti merchadanti et auer assee, zomsse in Pera la dite II galee, die 15 del

dito; et cum grande alegreze et feste come suo costume digando aver vadagnado per la prexa de la nave praedicta ducati doro CL. millia, o lo valor de quey; molto argento elli ave sula dita nave, trovado in casse et in balle de drappi, molto e confortada la universitade de Pera per la vegnuda de le galee praedictae et per lo vadagno chon elli, a fatto, desponudi de tornar al vadagno, in le parta praedictae, o la che meyo i trovasse, et za messe bamcho et arma sollicitamente. Queste nove, me par esser zerte de ne aver ma niente men, voyo che ala sublimitad vostra per mie lettere el sia pallesse. Molto se meraueia tutti chu alde, che tal nave e de tanto valor, co ssi mal compagnada navegasse a questi tempi, el fiol de dio sia benedetto. In Pera partide le dite duae galee non restera homeni darme III cent. et plu et men, secondo i navillii suo che va et vien, se Constantinopoli avesse mior condition, assee fameye et burgesi de Pera vigniria ad habitar de qua, ma teme de pizorar per lo mal stado et rezimento che questi segnori a, et ancora cum tuto zo e vegnudi et vien.

La condition de questo imperio alpostuto non poria pezorar, misser l' imperador Catecusseno parti de questa terra die 22 di Zugno, cum galie XI, et fo a Tenedo, et la trova messer l' imperador

P a l l e o l o g o, el qual nò lassa, che le galee se acostaxe al porto; ma a una altra parte del isolla le galee messe scalla per levar aqua, el Palleologo cum homini L. de cavallo et pedoni fo a quelle parte et fese barsayar in le galee et vasta et delli algun dampno, de quelli de le galee che iera andadi per levar aqua partisse da homini C. et inclina al Palleollogo, se lle dite galee non fosse levade, la plu parte de iuasmuli et altri seria partidi, vna nave de suriani avea cargado pan in Constantinopoli per portar a le galee predictae, et siando per far vella, Zenoesi arma in Pera suo barche et tolsse la nave et menalla zosso, trovando caxon a quey, che su la dita nave era aver de Veneciani, et per questo modo inpaza chel pan non anda ale galee, per la qual cossa et per la caxon dita de li homini che fuziva i qual eciam dio era mal pagadi. Misser l' imperador predicto torna cum le galee suo a casa die XVIII luio. Per lo viazo dito a pizorado forte la condicion soa et dubia, sel Palleollogo vegnisse, chel no i toya la signoria, et credesse, che Zenoesi el voya favorizar, per la qual cossa el Catacusseno se vora andar cum Turchy et metterne in latterra per soa segurtade et deffenssion, de questo la Vmussitad de Griesi dubia tanto, che considerando el perigollo che i porra satto zasser et la malla dispositione et cativo rezimento si del Cantacus-

seno coma del Palleollogo, elli e disponudi no voller per segnor, nun l' un ni l' altro, ma subiugarsse a la dogal Signoria vostra, se i lo podesse far et che l' aida et deffession de vostre galie elli podesse aver, se la lor' intention se po fornir de esser subiecti a la signoria et comun vostro, aver allo per gratia special, quando questo no i podesse vegnir fato, elli e disponudi clamar re domgaria, vel quel de Raxia. Azo che i sia deffesi et varentadi da i Turchy et enssir de la signoria che i tien et simel de Zenoesi de liqual molto dubita. Palesemente a mi e dito da molte parte et per notabel persone, quamvis dio che puocha fe de Griesi se po aver, ancor ad cautelam e ben che a la serenitade vostra sia manifesto.

Per lo armar de le galee II, che se fase al presente o mandado una barcha armada a Negroponte, scrivando et avisando el bello, ducha de Crede et i altri rectori et capitani, azo che ino rezeua dampno ni in navillii ni logi vostri, el camin e mal seguro a poder scriuer per terra per caxon de i Turchy, ma niente men, je no vardo azo ne rest, de scriver sempre, ma per segurtade de le lettere, o trovando questo modo, che como je mandava per altre fiade uno messo no mando II per che i va de note per lo temor de i Turchy, et plu seguri et plu presti va II, che

uno. Formento vál anchuo perperi VII, et non e per men vallor fin al novello, ingazaria e formento assee et bone derade. —

Vester Matheus Venerio de vostro mandato baiulus Venetorum in Constantinopoli.

Datum Constantinopoli die VI Augusti VII indiction.

Originale in charta.

CVIII. (1355). 17 Iulii; in Villa nova Avinionis.

Папа Инокентіе укорава дужда Іована Градониго, што се сдружіо са кралѣмъ Србскимъ противъ краля Угарскогъ.

Exemplum quarundam litterarum papalium destinatarum ducali dominio, pro factis regis Hungariae.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro Iohanni Gradonigo duci Venetiarum, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tu et dilecti filii comune Venetiarum, cum dei et fidei Catholicae inimicis et hostibus, rege aliisque Rasenis sismaticis et hereticis manifestis, confederationem inistis et ligam, illamque iuramentorum interpositionibus et penarum adiectionibus roborastis. Quod licet attenta sinceritate devotionis et fidei, quam tu et dictum

comune semper ad deum, qui eiusdem fidei actor et capud est, habuistis, credere facile non possumus, tamen tuis et dictorum comunis super hoc fame et saluti consulere paterna sollicitudine cupientes et attendentes, quod huiusmodi liga inter carissimum in Christo filium nostrum Ludovicum regem Hungariae illustrem, qui Rasenos eosdem, ad extirpandum de partibus illis pravitatem hereticam, favente domino expugnare proponit et te, invicem dissidentes, ad quorum pacem procurandam enitimur, seminarium maioris disidii esse possit, nobilitatem tuam attente requirimus et hortamur, illam attente rogantes sibi tibique svadentes paternis consiliis et tuae salutis intuitu, expensius injungentes, quot ab omni consilio, auxilio, favore ac adjutorio, hereticis et sismaticis ipsis occasione huiusmodi confederationis seu lige, aut alterius cuiuslibet paccionis, quocunque titulo seu nomine censeatur prestando, prorsus abstineas, et subditos tuos omnino compescas. Nos enim ligam confederationem, et quascunque pacciones alias inter te seu predecessores tuos, duces Veneciarum et dictos comune, initas factas habitas cassamus et irritamus, et nullius esse determinamus roboris vel momenti, penas et juramenta huiusmodi relaxantes. Ceterum huiusmodi praecibus nostris adiicimus, ut ea quae venerabilis frater noster, episcopus Paccenus, apostolicae sedis

nuntius, lator praesentium tibi super hoc pro parte nostra retulerit, credas indubie, illaque ad effectum votive consumationis adducas. Datum apud Villam novam. Avinionae dicione. XVI Kalendis Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Comm. V. ch. 79.

CIX. 1355. indict. IX. 31 Octobris.

Заключено, наложити проведиторима Славоніе, да свакояко гледаю купити за Млетачку државу, подъ изложенимъ условима, одъ госпође кнегинѣ, тврдинѣ Клису и Скрадинъ.

Capta: Quod respondeatur provisoribus nostris qui sunt in partibus Sclavoniae, quod recepimus litteras suas datas die XIII et XVI. mensis Octubris. Quibus et in ipsis contentis cum omni diligentia intellectis, eorum providentiam et sollicitudinem comendantes rescribimus: quod in casu quo nondum rex Raxiae de facto habuisset vel haberet castra comitissae, quam citius esse potest per illum modum et cum illis verbis quae eis convenientia et utilia videbuntur, recordando dictae comitissae magnam dilectionem et karitatem, quam habuimus et gessimus erga virum suum, et per consequens quam habuimus et habemus ad eam et filium suum, propter quam dilectionem firmiter sperare potuit atque potest, quod honorem bonum et augmentum eius et filii sui praedicti pure

et sincere amavimus et procuravimus, et sic semper amare et procurare intendimus in futurum; et ostendendo ei magnum dubium et periculum, quod sibi et filio provenire posset, si castra et loca sua ad alias manus quam ad nostras, modo aliquo pervenirent, dicant quomodo tempore elapso, propter magnas gravitates nostras quas tullimus, non potuimus sic plene intendere ad factum castrorum suorum sicut optabamus, sed nunc per dei gratiam, postquam status noster reformatus est, contenti sumus accipere castra et loca sua praedicta, in protectionem nostram, cum illis pactis et conditionibus, quae per eam alias fuerunt quaesitae; et hiis dictis procurent inducere eam, quod contentetur et velit nobis tradere castra ipsa. Et si viderent, quod differentia remaneret in facto pecuniae, damus eis finaliter libertatem, ut nostra intentio valeat obtineri, possendi promittere pro ambobus castris, usque ad quantitatem librarum, CXX. mille parvorum, cum aliis conditionibus omnibus in sua comissione contentis, et si ambo forte dare noluerit, sed tantum unum, finaliter possint promittere pro Clipssia usque ad librarum LXX. mille, sicut poterant promittere L. millia, et pro Scardona usque ad libras XL. mille, etiam cum aliis pactis et conditionibus annotatis in eorum comissione praedicta; remanente etiam eis firma libertate, possendi expendere in illis

personis, quae essent favorabiles hiuc nostrae intentioni prout eis comissum fuit.

Capta: et si forte a se dicta comitissa nollet contentari dare nobis castra praedicta vel alterum ipsorum, quia percepimus quod sunt aliquae personae apud ipsam, quae sunt ita cum dicta domina et habent sic sua castra in manibus, quod absque ipsarum personarum consciam vel contentacionem, non traderet seu non posset tradere dicta castra, volumus quod procurent per illum modum, qui eis melior apparebit cum personis praedictis, quod ipsae personae eam hortentur et inducant taliter, quod contentetur et velit dare nobis castra praedicta vel eorum alterum, ut est dictum; possendo promittere dictis personis, quod si operarentur et facerent, usque ad ducatorum II. millia, sicut promittere poterant librarûm III. mille, quae pecunia dari debeat solum in casu quo hebeamus ipsa loca, vel ipsorum alterum ut est dictum, ut nostra effectum intentio sortiatur. Et quia bonum est experiri per omnem modum et viam quibus fieri potest, ut intentio nostra valeat adimpleri, videlicet ne castra praedicta ad alienas manus, quam ad nostras perveniant, in casu quo comitissa praedicta nollet exire de locis suis, sed contentaretur potius sustinere et tenere loca sua, et habere aliquam provisionem annuatim, possint dicti

provisores nostri, quando tractatus ad hunc terminum perveniret, promittere ei omni anno pro sua provisione, usque ad terminum quinque annorum libras II. mille parvorum, vel inde infra quam melius poterunt, quae quidem provisio distribuatur inter dictam comitissam et suos sicut melius videbitur provisoribus, pro majori avantagio et securitate nostra; et solvatur dicta provisio complecto termino anni, II. mille librarum, quas recepit a Sr. M a p h e o E m o, hac conditione apposita, quod ipsa domina contentetur, in omni casu quo vellemus et nobis necessarium esset, possimus ponere de gentibus et stipendiariis nostris in burghis C l i s s i a e et S c a r d o n a e, in ea quantitate, quam ponere volemus occasione paysenatici, quod fieri facere intendimus, pro securitate et conservatione sua et aliarum terrarum et locorum nostrorum partium earundem.

Capta: (alii) volunt partem suprascriptam per totum, sed volunt quod provisores nostri possint promittere cum omnibus condicionibus supradictis usque ad libras III. mille parvorum in anno, vel inde infra ut melius poterunt.

Capta: in casu vero quo tractatus p r a e d i c t a e c o m i t i s s a e c u m r e g e p r a e d i c t o, f r a t r e s u o, complectus esset, ita quod haberet vel habiturus esset procul dubio

loca iam dicta, et hoc turbari vel impediri non posset, modo ullo, ex nunc captum sit, quod unus ipsorum provisorum nostrorum, videlicet ille, qui approbatis omnibus tribus in isto consilio habuerit plures ballottas, habendo majorem partem consilii, ire debeat ad ipsum regem, ad procurandum, tractandum et comparandum cum illis verbis, quae dominacioni convenientia videbuntur, quod ipse rex contentetur et velit, quod habeamus loca et castra praedicta; vel quod saltem sibi placeat ea sustinere ita, et taliter, quod ad alienas manus non perveniant ullo modo; et ut rex praedictus inducatur ad contentandum de dando nobis castra praedicta, habeat dictus provisor in omnibus et per omnia illam libertatem, possendi promittere totam illam pecuniae quantitatem, quam habent in possendo permittere comitissae. Praefatus namque provisor iturus possit expendere ducatos quinque in die in omnibus expensis pro se et familia sua, ducendo secum notarium suum, unum interpretem, unum chochum et quatvor domicellos.

Capta: et si primus ex praedictis nostris provisoribus, qui remanebit in hoc consilio, non posset ire ad istud nostrum servicium, pro exequendo hoc mandatum nostrum, propter manifestum defectum personae, ille alter qui habuerit plures ballotas alio tertio, debeat ire loco primi praedicti; et si secundus qui

remanebit ob defectum similem ire non posset, alius tertius vadat et exequatur mandatum nostrum praedictum.

Approbati fuerunt provisores praedicti ad unum ad unum. Sr Jacobus Delphino 1mus, Sr Dominic. Michael 2dus, Sr Mapheus Contareno 3ius.

Misti del Senato XXVII. ch. 39.

CX. 1355. indict. IX. 7. Decembris

Наставленѣ послато Якову Делфину посланиќу кодъ краля Србскогъ, тичуће се тврдиня Клисе и Скрадина.

Capta: Quod scribatur Sr. Jacobo Delfino provisori et ambaxatori nostro ituro ad partes Rasciae, quod intellectis litteris, missis nobis per eum et socios, datis Spaleti die XVII. Novembris, mentionem agentibus de ambaxatore domini regis Rasciae venturo ad nos et c. Mandamus ei, quatenus si nondum recessisset de Spaleto, seu non transiset Ragusium pro eundo ad praesentiam regis, pro exequendo mandatum nostrum, debeat in Ragusio, vel ubi se repererit quando recipiet hoc mandatum nostrum, suspendere viam suam, et non ire magis ultra, donec a nobis aliud receperit in mandatis. In casu vero quo jam transisset Ragusium et aplicuisset in curiam regis praedicti, si nondum se elargaverit et non fecerit ali-

quam promissionem specificatam regi in facto pecuniae pro castris Clissii et Scardonae secundum libertatem sibi per nos concessam; volumus et sic ei mandamus, quod nullo modo se elarget de faciendo aliquam promissionem specificatam pecuniae dicto regi, sed tantum tangat sibi verba tractatus dictorum castrorum, et trahat quidquid poterit de intentione dicti regis, et de petitionibus quas faceret pro dictis castris, et quam velocius poterit nobis scribat, quidquid habuerit, ut possimus postmodum melius deliberare, quid erit superinde agendum, et nostrum praestoletur mandatum. Si vero jam forte fecisset promissionem specificatam regi pecuniae, scribat velociter responsionem, quam habuerit ab ipso rege et in quo statu remansit negotium et non procedat ulterius, absque mandato nostro.

Capta: Quod postquam negotium istorum castrorum Clissii et Scardonae, pro quo negotio erat necessaria praesencia aliorum duorum nostrorum provisorum Sclavoniae finem recepit, Vadit pars: quod alii duo provisores nostri licentientur, quod possint reverti Venetias, cum eorum mora in dictis partibus, non sit ulterius opportuna. Et in reversione sua vadant Jadram et Nonam, et informent se tam de facto Cave Nonae, quam etiam de omnibus aliis quae essent necessaria pro salute et conservatione ipsarum

terrarum nostrarum, sicut in eorum comissionibus pleniter dedimus in mandatis.

Misti del Senato XXVII. ch. 49.

CXI. 1355. 12. Decembris.

Навестіе провидутора Славоніе послато Дужду Млетачкоме, тичуће се рата између цара Србскогъ и краля Угарскогъ, око тврдиня Клиссе и Скрадина.

Excellentisime domine noster. Novit vestra excellentia quod die nono huius praesentis mensis recepimus quandam litteram a comite Paulo, continentes quod illi de Scardona, non contentantur stare sub dominio domini imperatoris Raxiae, sicut per litteras in praesentes interclusas videre poteritis. Scivimus etiam quod in Tinino fit maxima congregatio gentium, sed ad quid nescimus. Ex quibus novis visum fuit nobis, quod unus nostrum iret Sibenicum et cum comite Sibenici notificare haec omnia, castellano Scardonae eo modo et via, ut ei melius videbitur, et vadit illuc Maphaeus Contarenus. Ego vero Dominicus Michael remaneo in Spaleto. Et responsum fecimus comiti Paulo praedicto tenori suarum litterarum cum illis verbis prout nobis visum fuit, dando ei prolongationem verborum, et sic facimus donec a vestra dominatione habebimus responsivam. Rocha autem castri Clisscii prout vobis alias scripsimus, tenetur per

dominum Palmanum, nomine domini imperatoris Raxiae, suburgium autem cum porta superiore et cum saxo quod vocatur Oprack, tenet dominus banus nomine regis Hungariáe. Aliqui ex istis partibus allocuti fuerunt nobiscum, asserentes quod si vellemus aliquam pecuniae quantitatem concedere domino Nicolao bano praedicto, quod ipse dimitteret dicto domino Palmano totum quod tenet de Clisscio, ut ipse Palmanus primitus tenebat et ipse banus reverteretur ad suas partes, quas tenet pro domino rege. Quibus verbis responsum fecimus, quod ipsi deberent persentire ab ipso domino bano de sua intentione et quod exprimant quantam pecuniae quantitatem vellet et notificent nobis, quos intendimus ducere in prolongatione verborum, donec a vobis super hoc habebimus responsivam. Nihilominus idem dominus banus fortificat se in dicto saxo Clisscii, quantum potest, tam de hedificio muri, quam lignaminis. Omnia autem haec nova tam dicto domino imperatori Raxiae, quam etiam domino Jacobo Delphino per plures manus nota fecimus, nova vero alia non habemus. Si qua vero postmodum alia occurerent conscribenda statim dominationi vestrae procurabimus denotare. Suplico tamen ego Dominicus Michael quod si vestrae dominationi placet, quod remaneam in partibus istis,

quod dignemini ad me unum notarium transmittere, quia non possumus hic habere aliquem, qui michi scribat, cum est necesse.

Dominicus Michael
Mapheus Contarenus } de vestro mandato provisores ad partes Sclavoniae.

Data Spaleti die XII Decembris.

A tergo: Illustri et excellentissimo domino domino Iohanni Gradonigo, dei gratia Venetiae Dalmatiae atque Crohaciae inclyto duci dominoque quartae partis et dimidiae totius imperii Romaniae, eorum domino reverendo.

Spalletum per
provisores Sclavoniae pro novis.

Litterae originales cancellariae secretae.

CXII. 1355. ind. IX. 16 Decembris.

Заключено наложити главномъ вођи войске Млетачке Бернарду Юстиніанію, да притече у помоћь тврдинама Клисси и Скрадину, и ако е икако могуће да гледи добыти ій подъ Млетачку заштиту.

Capta: Cum propter nova quae nunc habita sunt, requiratur subita provisio, propterea vadit pars: Quod hac nocte mittatur una persona sufficiens ad capitaneum nostrum generalem Sr Bernardum Justiniani, per quam ei significentur nova praedicta quae habentur. Et mandetur eidem capitaneo, quod

cum galeis sibi comissis, non intelligendo galeas quae fuerunt ad mercatum, quam citius poterit vadat ad terras nostras Sclavoniae; videlicet Spaletum, Tragurium et etiam Sibinicun, si ei videretur esse necesse illuc ire, et habita collatione cum rectoribus nostris illarum terrarum, et percepta ab eis omni informatione quam poterit super novis praedictis et super provisionibus quae viderentur fiendae, provideat per omnem modum et viam, quibus melius fieri poterit cum suis consiliariis, de dando subsidium et favorem, sicut dicto capitaneo et consiliariis seu maiori eorum parti videbitur, castris Clissii et Scardonae, ut se sustinere possint; si hoc facere posse videbunt cum salvamento et securitate gentis nostrae sibi comissae. Et si dicta loca seu castra habere possent vel per modum tractatus vel per alium modum, cum securitate tamen gentis nostrae praedictae, ea suscipiant in protectione et custodia nostra. Si vero non viderent posse succurere castris praedictis, stent apud terras nostras praedictas pro confortatione fidelium nostrorum illarum partium, providendo de omni subsidio et auxilio, quod esset oportunum terris nostris praedictis. Et licentiando armatas nostras a mercato ut possint venire directe Venetias, et scribant nobis velociter quidquid fecerint et habuerint, non recedendo de dic-

tis partibus absque mandato nostro. Et provideatur nihilominus interim de hiis quae viderentur providenda pro honore nostro et conservatione terrarum et locorum nostrorum partium praedictarum.

Et portet dictus iturus litteras nostras continentes nova habita et hoc mandatum nostrum, et eas dimittat in qualibet terra et loco nostro ad quam vel ad quem ibit, ut in casu quo non posset reperire capitaneum nostrum predictum, idem capitaneus per rectores nostros habere possit ipsa nova et dictum mandatum nostrum.

Misti del Senato XXVII. ch. 50.

CXIII. 1355. 17. Decembris

Налаже се Капетану мора и нѣговимъ саветницима, да гледе добити твердинѣ Клиссу и Скрадинъ и за новце; а ако они, у чіимъ су рукама, неби другчіе никако хтели, онда да ій узму и тако подъ Млетачку заштиту, да оне остану цара Србскогъ; само да небы пале у Унгарске руке.

Capta: Quod Capitaneo nostro maris et consiliariis suis scribatur, quod in casu quo castra Clissii et Scardonae non possent habere per modos quibus haberi scripsimus, et viderent ea posse habere promittendo aliquam pecuniae quantitatem, possint promittere et expendere pro habendo ambo ipsa castra cum fortiliciis suis, usque ad

libras C. mille parvorum, et in casu quo ambo haberi non possent, possint promittere pro quolibet ipsorum usque ad libras. L. mille parvorum. Verum si forte illi qui tenent ipsa castra, recusarent illa dare nobis absolute, et vellent ea nobis dare, ut ea conservaremus et teneremus nomine domini imperatoris Raxiae, sumus contenti, quod ipsa recipere possint et recipiant modo praedicto, quia quocunque vitetur quod non vadant in manus Hungarorum, satis haberemus nostram intentionem.

Capta: Quod in casu quo capitaneus noster nondum applicuisset ad dictas partes Sclavoniae, comittatur provisoribus nostris et rectoribus nostris Spaleti, Tragurii et Sibenici, quod cum omni sollicitudine et diligentia oportuna, per maiorem partem ipsorum, exequantur hoc mandatum nostrum praedictum. In casu vero quo praedicti provisores nostri iam de dictis partibus recessissent, rectores nostri praedicti per maiorem partem ipsorum exequantur dictum mandatum nostrum.

Capta: Ut non sustineatur gravitas expediens propter moram galearum nostrarum in partibus Sclavoniae, vadit pars: pro faciendo ipsas galeas nostras ad propria remearum, quod armentur cum illa sollicitudine, qua fieri potest, duo ligna subtilia cum, illo soldo

quod dominio apparebit, pro mittendo ipsas ad partes Sclavoniae praedictas.

Misti del Senato: XXVII. ch. 50.

CXIV. 1355. 19. Decembris.

Заключено са посланикомъ краля Србскогъ оправити еднога бележника къ Млетачкомъ посланику Якову Делфину, съ-налогомъ да овай свакояко гледи добити Клиссу и Скрадинъ одъ Србскогъ цара, за новце; ако ли међутимъ Србскій краль изгуби ове тврдинѣ, онда посланикъ да се врати у Млетке.

Capta: Quod pro hiis quae exposuit ambassator domini regis Raxiae, mittatur unus notarius noster plene informatus de ambaxata dicti domini regis, simul cum dicto ambaxatore ad capitaneum nostrum generalem maris et consiliarios eius, vel ad rectores nostros Sibenici, Tragurii et Spaleti et provisores nostros, si capitaneus noster nondum applicuisset ad partes illas; per quem quidem notarium nostrum detur plena informatio ipsi capitaneo nostro et eius consiliariis. Videlicet rectoribus nostris et provisoribus in casu quo idem capitaneus noster nondum illuc applicuisset, ut dictum est, de ambaxata praedicta domini regis. Et comittatur eidem capitaneo nostro, vel rectoribus et provisoribus praedictis, quod cum omni sollicitudine et diligentia opportuna procurent et studeant de habendo et obtinendo

castra Clissii et Scardonae, vel alterum eorum, si ambo haberi non possent; offerendo tenere et custodire ac conservare ea nomine dicti domini imperatoris praedicti, possendo promittere ob hoc isti ambaxatori, si erit sausa faciendi obtinere hoc, et illis personis quae eis vel maiori parti ipsarum viderentur, usque ad libras. III. mille parvorum. Et viso fine istius negotii tam si obtinuerint dicta castra, quam non, deinde dictus noster notarius simul cum ambaxatore praedicto vadat ad Sr Jacobum Delphino, ambaxatorem nostrum, cui informato primo de ambaxata praedicta, comittat pro nostra parte, quod cum omni sollicitudine vadat ad praesenciam domini regis praedicti, et procuret quod ipse rex contentetur quod castra praedicta libere in manus nostras deveniant, possendo finaliter promittere pro habendo ambo ipsa castra cum burghis suis usque ad libras. C. mille parvorum, et si ambo haberi non possent, possit promittere finaliter pro Clissia cum burgho usque ad libras. LX. mille, et pro Scardona cum burgho usque libras, XL. mille, cum condicione quod dicta pecunia dari vel solvi non debeat, nisi primo dicta castra cum burghis assignata fuerint in manibus nostris. In casu vero quo castra praedicta essent subtracta de manibus regis Raxiae, comittatur Sr Jacobo Delphino, quod redeat Venetias. Et

pro honore nostro, sicut etiam pro dando omnem bonam causam isti ambaxatori, committatur praedicto notario nostro, quod continue faciat expensas isti ambaxatori et comitive suae, quousque applicuerint ad praedictum Sr Jacobum Delphinum.

Misti del Senato XXVII. ch. 50.

CXV. 1355. 28. Decembris.

Заключено, послати помоћь у оружю и новцу у тврдиню Скрадинъ, и наложити капетану землѣ Славоніе, да гледи новцемъ склонити войску Угарску и Славонску, да одступи изъ вароши Клиссе кою е заузела, а исто тако да се потруди склонити госп. Палмана, кои држи тврдиню Клиссу за цара Србскогъ, да ову уступи Млетцима.

Capta: Quod mittantur infrascriptae res quas comes noster Sibenici et provisor noster Sr. Mapheus Contareno instanter petunt, pro mittendo eas Scardonam; videlicet:

Tabulas de Tayola: . . . m.
Trabessellas . . . . . . cc.
Claves Mezane . . . . . c.
Item Clavorum Barillas . . III.
videlicet duos de sexcentis, et unum de sexena.
Item: Ballistae a turno . . II. cum veretonibus
Item: Ballistae ab uno pede. X.
Item: Capsae Veretenorum . IV.
Item: Pavessos . . . . . XX.

Capta: Item provideatur de mittendo pecuniam pro solvendo banderiae, quae est in S c a r d o n a, pro mensibus tribus.

Et in quantum fieri potest sollicitetur recessus capitanei nostri paysenatici S c l a v o n i a e, ut ipse recedat omni occasione remota ad terminum ordinatum et cum conditionibus, cum quibus captum est, et provideatur de accipiendo quam solicicius fieri potest, gentes ordinatas accipi. Informeturque capitaneus noster praedictus de hiis quae nobis miserunt dicendo rectores et provisores nostri partium Sclavoniae, videlicet tam super facto tractandi de faciendo removeri et recedere e x e r c i t u m H u n g a r o r u m e t S c l a v o r u m, qui est in burgo Clissii, cum promissione pecuniae, quam etiam de tractando cum illis Ciprianicis et aliis Sclavis contrate, qui hostendunt se dispositi et affectuosi veniendi ad gratiam nostram et cet. Et propterea ipsi capitaneo committatur, quod applicato ipso ad partes Sclavoniae, provideat tractare per illum meliorem et cautiorem modum, qui suae prudentiae apparebit, tam cum bano, quam etiam cum comite Iohanne et aliis personis, quae sibi viderentur, ut faciant removeri et recedere exercitum praedictum de C l i s s i a, ita et taliter, quod dictus locus Clissii remaneat bene securus ab eis, et possit finaliter pro hoc obtinendo

cum effectu promittere illis personis, quae sibi videbuntur, ut dictum est, usque ad libras X. mille parvorum. Verum antequam faciat promissionem praedictam per illum dextrum modum qui sibi melior apparebit, procuret toto posse seu procurari faciat cum illo P a l m a n o, qui est p r o r e g e R a x i a e in castro Clissii, quod in casu quo idem capitaneus noster obtinere valeat id quod superius dictum est, scilicet de faciendo recedere dictum exercitum cum promissione pecuniae pro liberatione castri, ipse dominus Palmanus offerat et promittat dare et consignare libere in manibus ipsius capitanei nostri, nomine nostro, castrum praedictum Clissii cum conditione, quod restituente nobis domino rege Raxiae pecuniam praedictam, restituemus sibi castrum praedictum. — Super facto vero illorum Ciprianicorum et aliorum Sclavorum, qui dicuntur quod libenter adhaererent nobis et c. Comittatur dicto capitaneo, quod per illum meliorem modum, qui sibi videbitur, det operam de conferendo cum eis et ipsos audiat et trahat ab eis quidquid poterit de dispositione eorum et de his que peterent, ac de cautelis quas nobis praestare vellent, et scribat nobis quidcunque habuerit et sibi videbuntur in his, dando eis omnem bonam spem et confidentiam de nobis. — Procuret insuper Capitaneus noster praedictus, quod castrum Scardonae libere

remaneat in custodia et protectione nostra, et quod gentes regis Rasciae, quae sunt simul cum nostris in castro praedicto, recedere contententur.

Capta: dominus dux vult partem praedictam cum ista additione: Quod non possit prorogari terminus recessus dicti capitanei sub pena librarum IIII. cent. pro quolibet consiliario et capite, vel alio qui poneret seu consentiret partem in contrarium.

Misti del Senato XXVII. ch. 52.

CXVI. 1356. indict. IX. 10. Januarii, incastro Scardonae.

Уговоръ о предаи тврдивѣ Скрадина, кою Юра Исете, кастеланъ цара Србскогъ Стефана, предае у Млетачке руке.

Instrumentum traditionis castri suprascripti Scardone.

Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, indicione nona, die decimo Ianuarij, in castro Scardone, apud portam ipsius castri, presentibus nobilibus viris dominis presbytero Petro Venerio ecclesie sancti Raphaelis de Venetiis, Nicolao Justiniano contrate sancti Pantaleonis, ser Matheo Faxuol de Clugia, ser Jacobello Barozi de Venetiis. magistro Hendrico de la motta curay-

co, quondam domini Gabrielis et aliis pluribus testibus. Cum dominus Juras Ysete filius quondam Helie de Raxia, castellanus in castro Scardone pro serenisimo domino domino Stephano imperatore Raxiae, habuerit in mandatis a dicto domino imperatore ejus domino, cum sibi committeret custodiam dicti castri Scardone, quod si casus occurreret quod ipsus dominus Jurases non posset tenere, regere, et salvare ac defendere dictum castrum Scardone nomine dicti domini imperatoris, quod ipse deberet dictum castrum ponere et dare in manibus dominationis et comunis Venetiarum, de qua dominatione plenissimam fidem habebat idem dominus imperator, tenendum custodiendum et salvandum per ipsam dominationem, nomine dicti domini imperatoris, et casus presentialiter instet talis, quod dictum castrum ipse castellanus dominus Juraxes tenere defendere et salvare non potest nomine dicti domini imperatoris, propter potentiam domini regis Hungarie, et gentis ejus, que est in castro Clissie, querentis et volentis occupare dictum castrum Scardone nomine domini regis Hungarie, et ideo dominus Juraxes castellanus predictus considerans et videns ac cognoscens clare, quod non posset se et dictum castrum ab ipsa gente dicti domini regis Hungarie defendere et salvare nomine dicti domini imperatoris, et

volens omne periculum evitare, et mandatum dicti domini imperatoris fideliter observare, recepit in dictum castrum nobilem et sapientem virum dominum Bernardum Justinianum, procuratorem sancti Marci de Venetiis, et generalem capitaneum maris pro dominatione ducali, ac nobilem et sapientem virum dominum Laurentium Celsi, dicte dominationis in partibus Sclavoniae generalem capitaneum, nec non nobiles et sapientes viros dominos Fantinum Mauroceno Jet ohanem Dandulo, dicti domini capitanei maris consiliarios pro dicta dominatione, ac etiam nobilem et sapientem virum dominum Marcum Justinianum comitem Sebenici, et nobiles et sapien tes viros dominos Dominicum Michaelem, et Mapheum Contareno provisores in partibus Sclavonie pro dicta dominatione ducali, et ipsum castrum eisdem dominis capitaneis, consilio, comiti, et provisoribus predictis recipientibus vice et nomine dominationis et comunis Venetiarum, tradidit et consignavit, tenendum, custodiendum et salvandum pro dicta dominatione, nomine dicti domini imperatoris ac ipsi domino imperatori, seu ejus filio per dictam dominationem restituendum, quandocumque ipsi domino imperatori seu ejus filio de ipso castro possit facere omnimodam voluntatem suam, quod domini capitanei, consiliarii, comites, et provisores prefati dictum castrum receperunt nomine su-

prascripto, ac etiam promiserunt eidem domino Juraxes castellano praedicto recipienti vice et nomine dicti domini imperatoris et ejus filii, dictam restitutionem dicti castri facere eidem domino imperatori seu ejus filio quandocumque sibi placuerit, ut promissum est. Et ad corroborationem dicte restitutionis, et pro ipsa restitutione firmiter facienda, ut promissum est, ipsi domini capitanei, consiliarii, comes et provisores predicti nomine dominationis et comunis Venetiarum corporaliter juraverunt ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, eidem domino Juraxes predicto castellano, nomine dicti domini imperatoris, seu ejus filii, dictum sacramentum petenti et recipienti dictam promissionem et restitiitionem dicti castri Scardone libere facere, ut superius dictum est, dicto domino imperatori vel ejus filio.

Ego Lanzarotus de Contrariis etc.

Commemor. V. ch. 48.

CXVII. 1356. indict. IX. 10. Januarii in Scardona.

Писмо коимъ Млетчиħи обеħаю кастелану Скрадинскомъ Юри Исети, да ħеду се за нѣга постарати, ако бы Србскій царъ или нѣговъ синъ негодовали збогъ предае Скрадина.

Instrumentum promissionis facte castellano castri Scardone pro traditione ipsius castri.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quinqua-

gesimo sexto, indicione nona, die decimo mensis Januarij, in Scardonia in ecclesia sancte Marie de dicto loco Scardone, presentibus venerabili viro domino Georgio archidiacono dicte ecclesie, et nobili viro domino Nicolao Justiniano de contrata sancti Pantaleonis de Venetiis, Mattheo Faxuol de Clugia, presbytero Petro Venerio ecclesie sancti Raphaelis de Venetiis, Bartholomeus Thomaxii de Sacillo, ser Mapheo Ardizano de Venetiis habitatore Sibenici et aliis.

Nobilis et sapiens vir dominus Bernardus Justinianus procurator sancti Marci et maris capitaneus generalis pro dominatione Venetiarum, nec non nobilis et sapiens vir dominus Laurentius Celsi Sclavonie capitaneus generalis pro dominatione predicta, ac etiam nobiles et sapientes viri domini Fantinus Mauroceno, et Johannes Dandulo consiliarii domini capitanei maris pro dicta dominatione, ac nobilis vir dominus Marcus Justinianus Sibenici comes, nec non nobiles et sapientes viri domini Dominicus Michael, et Mapheus Contareno in partibus Sclavonie provisores pro dicta dominatione. Considerantes liberam reassignationem quam eis nomine dicte ducalis dominationis recipientibus fecit dominus Jurases filius quondam Helie de Raxia, castellanus in castro Scardone pro domino impera-

tore Raxie de dicto castro Scardone nomine dicti domini imperatoris, promiserunt eidem domino castellano, recipienti pro se et ejus filiis et familia ac vice et nomine Nicolai et Blandini ejus fratrum, et filiorum ipsorum, quod si casus ocurreret quocumque, quod idem dominus imperator, si vivus esset, seu ejus filius, si reperiretur mortuus dictus dominus imperator, gravaretur et indignaretur contra dictum dominum Iuraxes pro dicta reassignatione dicti castri, sic facere et curare, quod dicta dominatio Venetiarum eumdem dominum castellanum cum filiis et familia ejus, ac dictos ejus fratres cum filiis et familiis eorum, recipiet in brachiis suis, ac eis et cuilibet eorum sic et taliter providebit, quod ex ipsa provisione vivere poterunt cum filiis et familiis eorumdem, et merito seu rationabiliter contentari debebunt, et ad maiorem firmitatem omnium predictorum, predicti domini capitanei consiliarii, comes et provisores, et quilibet ipsorum, sacramento ad sancta Dei evangelia tactis sacrosanctis scripturis prestito per eosdem, firmaverunt dictam eorum promissionem, et dicto domino castellano stipulanti et recipienti ut super obbligaverunt omni modo et jure, quibus melius potuerunt, omnia bona dominationis ducalis ac etiam ipsorum et cujuslibet eorum, pro omnibus et singulis predictis firmiter attendendis, et observandis.

Ego Lanzarotus de Contrariis de Ferraria, publicus imperiali auctoritate notarius, nec non notarius et cancellarius dicti domini capitanei Sclavonie, predictis omnibus et singulis interfui, et rogatus scripsi, et publicavi.

Commemor. V. ch. 48.

CXVIII. 1358. 6. Octobris, Tynini.

Іованъ банъ Далматинскій и Хорватскій захтева одъ Млетачке владе, да не брани галіяма и людима нѣговимъ нѣи моремъ противъ краля или цара Србскогъ или Рашкогъ, кои е у рату са кралѣмъ Угарскимъ нѣговимъ господаромъ.

Exemplum literarum Iohannis totius Dalmatie, et Crohatie bani, dominique terre Halme honorabilis.

Cum dominus noster rex Hungarie ad presens habeat guerram cum rege sive imperatore Raxie seu Servie, et aliqua ligna nostra intendamus mittere contra emullos domini nostri regis per mare. Quare amicitiam vestram presentibus requirimus diligenter, quatenus placeat vestris galeis scribere, ut nostris hominibus per mare euntibus ne velint nocere, nec eosdem aliquo colore impedire. Nam ipsi homines nostri nulli nocebunt, nisi emullis dicti domini nostri regis prenotatis.

Data Tinini sexto die Octobris.

(1358. annus in indice expressus.)

CXIX. 1361. 5. Decembris.

Заключено посредовати за помиренѣ између Дубровчана и Которана, кои су се заратили, и тога ради послати къ нима єдногъ посланика.

Capta: Quia magno honori esset nobis si nobis mediantibus posset tratari concordium et pax inter Ragusinos et Catarinos de guerra existente inter eos, et sicut sentiri potest hoc esset gratissimum utrique partium; Vadit pars, quod mittatur unus nobilis eligendus in isto consilio, ad dictas partes, qui pro parte nostra faciens ambaxatam utrique parti procuret et faciat, quidquid boni poterit, ut possint venire ad reconciliationem et pacem; et facto per eum quidquid fieri poterit cum honore nostro in facto praedicto, Venetias revertatur. Et possit expendere dictus ambaxator ultra nabula navigiorum, quae solvantur per comune, ducatos III. in die, et respondeat die qua eligetur vel altera.

Misti del Senato. XXX. ch 41.

CXX. 1361. 6. Decembris.

Заключено, да онай посланикъ, кои ће ићи да посредуе за миръ између Дубровчана и Которана, иде и кнезу Воиславу и другой околной господи, истогъ посла ради, ако за добро нађе.

Capta: Cum pars heri capta de mittendo unum ambassatorem ad Raguseos et Catarinos non contineat, quod si expediet,

possit ire alio pro tractando concordio inter eos, et dicatur quod est quidam comes Voysclavus et aliqui alii, ad quos esset necessarium ire pro bono fine dicti facti; Vadit pars, quod comittatur dicto ambaxatori, quod tam ad dictum comitem, quam ad alias personas ibi circum stantes possit ire, sicut pro bono reconciliationis et pacis dictorum comitum et honorem nostri viderit convenire.

Ellectus ambaxator: Sr. Paulus Quirino Sr. Thomae. Sr. Andreas Grino et Sr. Iohanes de Priolis.

Misti del Senato XXX. ch 41.

CXXI. 1362. indic. XV. 3. Julii, Venetiis.

Луждъ Млетачкій дарує право грађанства кнезу Воиславу, великоме сановнику цара Србскогъ; а исто тако и браћи Срацимиру, Ђорђу и Балши властелима приморске Славоніє.

Privilegium comitis Voyslai.

Laurentius Celsi Dei gratia dux Venetiarum et c. Universis et singulis tam presentibus quam futuris et tam amicis quam fidelibus presens privilegium inspecturis salutem, et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consuevit personas honorabiles sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ipsorumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas

dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt: attendentes igitur multiplicis fidei puritatem et devotionis plenitudinem, quam magnificus et potens vir Voyslaus comes et magnus procer serenisimi domini imperatoris Sclavonie, ad nostre magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit. Qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus ejusdem tangentibus, devotum et promptum laudabiliter et incessanter se prebuit, atque prebet, suplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, eum cum suis filiis et heredibus, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, perpetuo in nostrum civem et Venetum recepimus atque recipimus et Venetum et civem nostrum fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari; ipsumque sincere benevolentie brachiis amplectantes, et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, immunitatibus et honoribus quibuscumque, quibus alii cives Veneti gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus et potens vir Voyslaus comes cum dictis suis filiis et heredibus in Venetiis et extra, perpetuo gaude-

at et utatur. Idem quoque nobis per nobilem virum Paulum Quirino, honorabilem civem nostrum procuratorem eius, solemniter ad sancta Dei evangelia prestitit fidelitatis debitum juramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus, bullaque nostra pendente aurea comuniri.

Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indictione quinta decima, die tertio mensis Julii.

Eo die factum fuit simile privilegium in personas egregiorum virorum Strazimiri Georgii et Balse fratrum, magnificorum baronum maritime Sclavonie, et bullatum bulla pendente argentea, prestito juramento fidelitatis pro ipsis, et ipsorum nomine per nobilem virum Andream Bonzi civem Venetiarum procuratorem ipsorum.

Commemor. VI. ch. 139.

CXXII. 1363. 27. Aprilis.

Писмо коимъ се Никола Юстиніяни именуе капетаномъ трію галія, кое ћеду њи по ћерку Дуке Драчкогъ, кою узима за жену Канисъ де ла Шкала.

Nos Laurentius Celsi dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Nicolao Iustiniano dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato vadas et sis capitaneus istarum trium galearum quas mu-

tuavimus et de gratia concessimus armari hic, per dominos de la Scala, pro eundo in Apuleam ad levandum filiam condam domini Duche Durachii, quam dominus Canis Signorius de la Scala in uxorem accepit, regendo et gubernando eas et gentes earum ad honorem nostrum et habendo et haberi faciendo bonam curam et diligentiam tam ad conservationem gentis nostrae, quam ipsarum galearum et corredorum, sicut pro bono nostri comunis et nostro videris convenire et cet.

Originale in pergamene

CXXIII. 1364. indict. III. 7. Septembris, Venetiis.

Дуждъ Млетачкій даруе право грађанства бану Босанскомъ Тртку, нѣговомъ брату Вуку, и ньіовой матери Єлени.

Privilegium civilitatis de gratia domini bani Bossine, ejusque fratris, et matris eorum.

Laurentius Celsi Dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris, et tam amicis quam fidelibus presens privilegium inspecturis salutem, et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consuevit personas illustres et magnificas sibi devotas et

fideles honoribus prevenire, ipsorumque fidem, et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et petitiones earum liberalius exaudire, quanto delectui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis fidei puritatem et devotionis plenitudinem quam illustres et magnifici domini Tuertco dei gratia totius Bosine banus, comes Wolf ejus frater, et Helena comitissa eorum genitrix, ad nostre magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendunt, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas Venetas tangentibus, devotos et promptos se incessanter prebuerunt laudabiliter atque prebent, eorum suplicationibus gratiosius anuentes, ipsos et ipsorum quemlibet cum suis heredibus nostrorum omnium consiliorum, et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, perpetuo in nostros cives et Venetos recepimus atque recipimus, et Venetos et cives nostros fecimus et facimus, et pro Venetis, et civibus nostris in Venetiis et extra, ubi libet, deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, eosdem sincere benevolentie brachiis amplectantes et firmiter statuentes, quod singulis beneficiis, libertatibus, et immunitatibus ac honoribus quibuscumque, quibus alii nostri cives Veneti gaudent, et perfrui dig-

noscuntur, prefati domini Wolf et Helena cum dictis eorum heredibus, in Venetiis et extra perpetuo gaudeant, et utantur. Nobis quoque per nobilem virum Marcum Bonsii civem nostrum eorum fidelem familiarem, solemniter ad sancta Dei evangelia prestiterunt fidelitatis debitum iuramentum. In quorum omnium fidem, et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri mandavimus, nostraque bulla pendente aurea communiri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, die septimo mensis Septembris, tertie indictionis.

Commemor. VII. ch. 37.

CXXIV. 1366. dominica palmarum, datum in Bosina.

Писмо Босанскогъ бана Твртка и нѣгове матере Єлене Дужду Млетачкомъ Марку Корнару, у комъ га уверавају о своmъ пріятельству, и моле да се претрпи збогъ увреда навешени Млетчиђима одъ Босански властела, и збогъ неки фалшини новаца, да ће му дати удовлетворенѣ докъ се болѣ утврде у власти, у коју су повраћени помоћу краля Угарскогъ Лудвига, почемъ су ій властели Босански были протерали.

Litera bani Bosne misse ducali domino, cui suprascriptio talis est:

Insigni et glorioso domino domino Marco Cornario Dei gratia duci Venetiarum, ac laudabilibus viris consiliariis, et universis

civibus de eadem, dominis et amicis ipsorum plurimum honorandis.

Reverendissima salutatione, laudabilique recomandatione premissis, noverit vestra honorabilis magnificentia nos vestre magnitudinis literas credentiales in corda canaparii sigillo plumbato roboratas, per honorabilem virum magistrum Anastaxium vestre magnificentie nobis reverenter directas, omni quo debet honore plenariaque cordis jocunditate uti tenemur recepisse; sub quarum literarum credentia ipsius magistri Anastaxii dicta et per ipsum vestras honorabiles relationes seu legationes perfecte percepimus, ad quarum tenorem vestre laudabili amicitie seriatim taliter duximus respondendum. Quod nos omni loco et tempore oportunis ad omnia vestra jura justitias et equitates sicuti promisimus ita tenemur, et toto cordis affectu, labori non parcendo, thesaurum exponendo, imo si necesse fuerit usque ad mortem corpori non parcendo, vestra jura, justitias ut promittitur adimplere conamur, et volumus plene et integre; porro de vestra injuria propter falsariam monetam, et iniquam actionem per homines nostrorum nobilium vobis illata multum agravamur et Deo celi teste dicimus, sicut nos proprie in personis contristamur. Cum enim ipsi nobiles nostri regni sint primo Deo et nobis aliqualiter infideles, et nosque miserabiliter de

nostro regno una cum nostra genitrice pepulerant, et totaliter ejecerant, nosque per misericordiam omnipotentis dei et gratia incliti principis domini Lodovici dei gratia regis Hungarie, justitia nostra et fidelitate requirente, simus iterum in nostrum regnum aliqualiter recepti, licet non in toto, non valentes ita subito ipsos nobiles, pro nostra et etiam pro vestra injuria, punire et incarcerare. Igitur vestram reverendissimam magnificentiam presens postulamus valde, dignatur et diligenter quousque simus stabiliti, et in nostro regno bene confirmati, nostram voluntatem bonam perfecte reputare vellitis. Nos itaque deo permittente de omni vestra injuria parvo tempore expectato omnimodam justitiam faciemus; plene et integre sperantes a vestra magnificentia in centuplo similia seu maiora nobis afluisse.

Scripta in Bosina, dominica ramis palmarum, anno domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto.

Tuertco dei gratia, et domini nostri Ludovici regis banus Bosne, ac domina Helena genetrix ipsius carissima, vestri intimi amici.

Commemor. VII. ch. 58.

CXXV. 1368. Indict. VII. 8. Junii.

Заключено одговорити Ђурђу Балши, да му Млетчићи небране, да може на мору имати наоружане галіе на шкоду свои непріятеля, но да нечини штете Млетачкимъ и другимъ трговцима.

Capta: Quod respondeatur isti ambassatori Jurae de Balsce, quod attenta bona dispositione et fidelitate sua, nos non prohibemus ei, quod possit armare in mari ad damnum solum suorum inimicorum, dummodo non damnificet nec offendat aliquem nostrum Venetum vel fidelem nec aliquem mercatorem vel alium navigantem per mare in aliqua parte. Et ex nunc scribemus et sic scribatur, capitaneo nostro Culphy quod, in casu quo non damnificet aliquem navigantem per mare exceptis suis inimicis, ut dictum est non molestet nec intromittat navigia vel gentem suam. Et si consilium et. c.

Misti del Senato XXXIII. 22.

CXXVI. 1369. 8. Februarii.

Заключено, да се са Ђурђемъ Балшићемъ утврди уговоръ о слободама трговаца Млетачки, тргујући у нѣговой земльи.

Capta: Cum ambassator Jure de Balsae multa dicat et promittat pro parte dicti domini sui, videlicet: quod esset valde contentus, quod nostri Veneti conversarentur in partibus suis, et quod mittemus consulem nostrum

ad dictas partes, et conversatio nostrorum ibidem valde possit esse utilis et fructuosa pro bono et dextro nostrorum mercatorum, vadit pars, quod postquam dictus ambaxator est contentus redire ad dictum dominum suum, nulla habita responsione super facto guerre, quam petebat, et ferre secum et praesentare domino suo praedicto, copiam libertatum et franchisiarum, quas habere volumus in dictis partibus. Dominus, consilarii, capita et sapientes ordinum, habeant libertatem per majorem partem, dare dicto ambaxatori illa capitula, quae sibi utilia videbuntur, super facto dictarum franchisiarum et libertatum. Et habita responsione superinde venientes postea huc, et fiet sicut videbitur. Verum dicatur dicto ambaxatori, quod primo et ante omnia nostrae dispositionis et intentionis est, quod satisfiat per dictum dominum Juram nostris Venetis, quae habere debent ab ipso de debitis et damnis suis, ut justum est.

Misti del Senato XXXIII. ch. 45.

CXXVII. 1369. Indict. VIII. 18. Septembris.

На молбу посланика цара Србскогъ, да недопусте Млетчићи освоити царевъ градъ Которъ, кои е бунтовникъ царевъ Ђурађъ Балшићъ обсео, заключено е послати посланика, да посредуе између Ђурђа и Которана, да се смире и да престану ратовати.

Capta: Cum dominus imperator Ras-

c i a e ad nos miserit ambaxatorem suum, rogando nos ut sua civitas C a t a r i, obsessa per mare et per terram, a J u r a d e B a l s e rebelle suo, sit nobis comendata, ne veniat ad manus dicti Jure; per quem ambaxatorem ipsi Catarini etiam hoc a nobis suplicant et superinde etiam nobis scripsit dominus Papa, et bonum sit super hiis, pro bono et securitate nostrorum mercatorum etiam providere, ne dicta civitas Catari vadat ad manus dicti Jure, quod verteretur in maximum prejudicium nostrorum in dictis partibus conversantium. Quia totum trafigum mercatus, quod fit in Cataro, fieret in R a g u s i o ut est notum. Et inter alia magnus honor esset nobis, si nobis mediantibus, possit tractari concordium et pax inter dictum J u r a m et C a t a r i n o s, vadit pars: sequendo in hoc vestigia nostrorum progenitorum, quod mittatur unus ambaxiator noster ad dictum Juram et Catarinos, qui pro parte nostra super hoc faciat ambaxatam utrique parti cum illis verbis, que sibi videbuntur, et informet se de discordiis existentibus hinc inde, procurando cum omni studio et solicitudine, quantum plus poterit cum honore nostro, pacem et concordium inter dictas partes, et quod primo et ante omnia abstineantur ab offendendo se invicem, pendente tractatu concordii et pacis praedictae. Eundo tociens ad utramque partem, quotiens opus fuerit pro bona conclusione negotiorum

praedictorum; et obtentis pace et concordio praedictis inter dictas partęs, tunc noster ambaxator praedictus in bona gratia Venetias revertatur. Si autem per ambas ipsas partes remanebit de volendo ipsum concordium et pacem, vel et utraque ipsarum peteret et vellet inconvenientia, tunc ipse ambaxator facto per eo superinde quidquid boni poterit, similiter redeat Venetias.

In casu vero quo remaneret solum pro Jura praedicto, tunc dicat ei dictus noster ambaxator, cum illis verbis quae sibi videbuntur, quod postquam non vult condescendere ad pacem cum Catarinis, nostra intentio omnino est, quod galeas, ligna et navigia sua, quae tenet armata in mari ad damnum et offensam ipsorum Catarinorum, removeat et disarmet omni causa remota, nec ipsa vel alia navigia, galeae seu ligna, de cetero armata in mari teneat ad damnum vel offensam aliquorum. Et quod jam comissimus nostro capitaneo Culfi, quod in casu quod dicta pax remaneat solum pro dicto Jura, et quod ipse non removeat et disarmet dictas suas galeas, ligna et navigia, ut est dictum, ipsas galeas ligna et navigia cum personis super ipsis existentibus, intromittat, offendat et damnificet, tamquam publicos et manifestos cursarios, et si per dicta verba dictus Jura conten tabitur et condescendet ad pacem benequidem; alioquin dictus noster ambaxator,

quam citius poterit redeat Venetias, scribendo capitaneo Culfi et dando ei informationem, qualiter pax remanserit solum per dictum Juram, ut idem capitaneus facere et adimplere possit mandatum nostrum.

Cui capitaneo Culfi mandetur auctoritate istius consilii rogatorum, quod quam citius poterit habita dicta informatione ab ambaxatore nostro, cum galeis cum quibus se reperiet, vadat ad partes dicti J u r a e, et in casu quo idem Jura non removerit et disarmaverit galeas ligna et navigia sua predicta et sibi constaverit, quod damnificaverunt aliquos nostros Venetos vel fideles, ipsas galeas ligna et navigia cum personis super ipsis existentibus intromittat, offendat et damnificet, tamquam publicos et manifestos cursarios. Si vero non constaverit dicto capitaneo, quod damnificaverunt aliquos nostros Venetos vel fideles, tunc ipsas galeas ligna et navigia comburat, et homines abire permittat, dicendo eis, quod si amplius venerint in forciam suam, de ipsis faciet, prout de publicis cursariis. Et similiter observet et faciat dictus capitaneus, si decetero ipse Jura armaret in mari aliquas galeas ligna et navigia ad damnum vel ofensam dictorum Catarinorum, vel aliquorum aliorum. Verum apponat dictus capitaneus bene mentem, de faciendo hoc cum bona provisione et cum securitate armatae nostrae sibi comissae, et praedicta eti-

am addantur in comissiones aliorum capitaneorum Culfi futurorum, quae similiter debeant observare.

Ambaxatori autem domini regis Rasciae et Catarinorum respondeatur cum illis pulcris verbis, quae dominio videbuntur, quod intendimus mittere ambaxatorem nostrum pro pace et concordio tractando inter partes praedictas.

Misti del Senato XXXIII. ch. 32.

CXXVIII. 1369. 18. Septembris.

Наставленя за посланика кои има посредовати за миръ између Ђурђа Балшиħа и Которана.

Capta: Quod ambassator noster iturus Catarum habeat libertatem in casu quo pax remaneat solum pro Jura de Balsce, dandi terminum XV dierum vel in infra eidem Jurae, ad removendum et disarmandum sua navigia.

Item in casu quo pax remaneat solum pro Catarinis, vel quod nollent condescendere ad pacta alias habita cum dicto Jura et dictus Jura vellet et esset contentus habere et observare ipsa pacta, quod dictus ambaxator facto superinde quidquid boni poterit, Venetias revertatur, et pro hoc non intelligatur quod pax remaneat pro ipso Jura.

Item possit dictus ambaxator accipere unum interpretem ultra familiam et expensas sibi limitatas.

Misti d. Sen. XXXIII. ch. 33.

CXXIX. 1370. Indict. VIII. 7. Maii.

Заключено одговорити посланику Ђурђа Балшића, захтевајућемъ да овай може по слободи иначе даровaной му, држати оружане галіе на мору, да му дозволявају пловити са својимъ галіяма по мору, али тако да никогъ недира.

Quod isti ambaxatori Jure de Balscae, petenti ut gratia alias sibi concessa de possendo armare in mari, ad damnum solum suorum inimicorum et cet. confirmetur ei, nec habeatur pro revocata, respondetur: quod sicut ipse scit nos fiumus principalis causa, ut pax fieret inter ipsum Juram et Catarrinos et speramus concedente domino, quod per Catarinos observabitur ipsa pax; quapropter non videtur nobis, quod foret honor noster confirmare sibi dictam gratiam, ante quam per Catarenos contrafiat paci praedictae. Sed tamen considerata bona dispositione sua erga nos, sumus contenti et concedimus ei, quod possit cum navigiis suis navigare per mare honeste, dummodo non damnificet nec offendat cum dictis suis navibus aliquem nostrum Venetum vel fidelem, nec aliquem alium mercatorem vel partem, in aliqua parte ullo modo, qui si contrarium faceret, non possemus transire super inde, quin provideremus prout nostro honori conveniret.

Misti del Senato XXXIII. ch. 47.

CXXX. 1370. 7. Maii.

Заключено посланику Ђурђа Балшића одговорити, да овомъ одпре дата слобода, држати оружане галіе на мору, ніе узета натрагъ, докле онъ буде испуњавао услoвія, подъ коима му е дарована, но да Млетчићи никако неће то, да онъ подъ изговоромъ ове слободе наруши миръ съ Которанима.

Capta: Quia Jura de Balscae, civis noster misit quendam suum ambaxatorem ad nos, offerendo dominationi multa que speramus fore utilia valde pro statu nostro, et requirat ut certificemus ipsum si gratia alias sibi concessa per nos, de navigando in mari, non offendendo aliquem mercatorem vel Venetum, sed tantum suos inimicos, est revocata vel non. Vadit pars: Considerata bona dispositione sua, et quod dicta impetratio, tali genere, cedit ad augmentum honoris nostri, habitoque respectu quod non invenitur, quod dicta gratia sit revocata, quod respondeatur sibi, quod nos non habemus, quod dicta gratia sit revocata ipso observante clausulas contentas in concessione, alias sibi facta. Verum non est nostrae intentionis, quod sibi colore dictae gratiae dictus Jura frangat pacem Catarrinis. Et scribantur litterae ipsi Jure et Catarrinis, hortando eos ad observationem pacis.

Misti del Senato XXXIII. ch. 47

CXXXI. 1372. 23. Martii.

Како Ђурађъ Балшићъ ніе платіо Млетчићима штете, кое накнадити обвезао се уговоромъ, то се налаже капетану Кулфа, да гледа до некогъ рока добити одъ нѣга ову накнаду, а после тога да ю силомъ узме одъ добара Ђурђа и нѣговы поданика.

Capta in rogatis. Cum alias Jura de Balse, dominus Avalonae, Budae et aliorum locorum ibi circumstantium, miserat ambaxatorem suum Venetias pro confirmando certa pacta, in quibus inter alia continetur: quod primo et ante omnia deberet satisfieri per eum, ac fieri plena solutio civibus et fidelibus nostris de omnibus debitis in quibus teneretur eis, ac plenaria emenda et satisfactio omnium damnorum ipsis nostris civibus et fidelibus illatorum, per ipsum Juram et gentes suas in partibus et locis sibi subditis. Quam quidem solutionem emendam et satisfactionem idem ambaxator nomine ipsius Jurae facere promisit, et propterea ipsi nostri cives, aliqui personaliter, aliqui per procuratores suos, pluries ipsum requisiverunt, ut adimpleret id quod per suum ambaxadorem praedictum promiserat, quod minime facere curavit. Imo quod pejus est, de novo intullit certa damna aliquibus civibus et mercatoribus nostris. Super quibus omnibus omnino est providendum pro honore nostro et indemnitate civium et fidelium nostrorum. Vadit pars: Quod scriba-

tur et comittatur capitaneo nostro Culphy, quod efficaciter procuret habere ab ipso Jura solutionem, emendam et satisfactionem plenariam de omnibus debitis et damnis praedictis, quorum copia sibi mittatur pro sua informatione. Quod si poterit obtinere benequidem. Alioquin assignet illum terminum qui sibi videbitur, civibus et fidelibus nostris in locis et partibus ipsius Jurae conversantibus, infra quem debeant cum personis rebus et bonis suis de dictis locis et partibus recedere, quo termino elapso si non fuerit adimpletum ut est dictum, idem capitaneus intromittere debeat, cum securitate tamen galearum et gentis sibi comissae, bona omnia et havere ipsius Jurae et civium et subditorum suorum, ubicunque poterunt inveniri, usque integram solutionem, emendam et satisfactionem damnorum et debitorum praedictorum.

Misti del Senato XXXIV. ch. 2.

CXXXII. 1373. 15. Martii.

Како Ђурађъ Балшић неће никако да накнади штете Млетачке, шта више іоштъ и нове штете чини Млетчићима, то се налаже капетану Кулфа, да захтева одъ Ђурђа подпуну накнаду овы штета, иначе да се наплати одъ силомъ заузеты добара Ђурђа и нѣговы людій.

Capta: Quia Jura de Balsae, dominus Avalonae, Budae et aliorum loco-

rum ibidem circumstantium, pluries requisitus a nobis, non curat facere solutionem debitorum in quibus tenetur civibus et fidelibus nostris, ac emendam et satisfactionem damnorum ipsis nostris civibus et fidelibus illatorum per ipsum Juram et gentes suas in partibus et locis sibi subditis, imo continuo procedit de malo in peius, inferendo damna et injurias nostris fidelibus antedictis, super quibus omnino providendum est pro honore nostro et indemnitate civium et fidelium nostrorum; vadit pars: quod çomitatur capitaneo Culfy, quod procuret habere emendam, solutionem et satisfactionem plenariam ab ipso Jura, de omnibus debitis et damnis praedictis, què ascendunt ad summam ducatorum circa novem millia, quorum copia detur dicto capitaneo pro sua informatione. Alioquin intromittere debeat, cum securitate tamen galearum et gentis nostrarum, bona omnia et havere ipsius Jurae, civium et subditorum suorum ubicunque poterunt inveniri, usque integram solutionem emendam et satisfactionem damnorum et debitorum praedictorum.

Misti del Senato XXXIV· ch 43.

CXXIII. 1373. Indict. XI. 12 Maii.

Како е Карло Топія кнезъ Албаніе, задржао неке Млетачке лађе, подъ изговоромъ да нису платиле царину, за коію потврђую господари ньіови, да нису ю были дужни платити, то се налаже капетану Кулфа, да извиди ову створь, и ако е тако као што Млетачки люди казую, онда да гледи свима средствима, добыти исте лађе.

Capta: Cum per Karulum Topiae, principem Albaniae, retenta sit una cocha et unus panphilus nobilium virorum Andreae et Gratoni Dandulo fratrum civium nostrorum, sub praetextu quod non solverit doanam suam de lignamine, posito in dictis navigiis, laboratis in illis partibus, quam doanam dicti nobiles asserunt non debere solvere, eo quod habuerint pactum cum ipso Karulo, de non solvendo aliquid pro dicto lignamine, verum solum unam petiam panni; propter retentionem quorum navigiorum ipsi nobiles maximum damnum sustinuerunt et bonum sit nostris civibus subvenire; vadit pars: quod scribatur capitaneo Culfi, quod in casu quo per litteras quas dirigimus dicto Karulo superinde, quarum copia ipsi capitaneo transmittatur, dicti nostri nobiles, non possent suam intentionem obtinere, tunc ipse capitaneus facta diligenti inquisitione et habita plenaria informatione de hoc facto, si invenerit ita esse prout asserunt dicti nostri nobiles, procuret efficaciter, relaxationem et recupe-

rationem dictorum navigiorum cum omnibus illis modis et experimentis, quae sibi videbuntur, pro bono fatti praedicti.

Misti del Senato XXXIV. ch. 50.

CXXXIV. 1375. Indict. XIIII. 29. Januarii.

Дозволява се Карлу Топiи, да може са две наоружане галiе пловити морем, да испуни своe завете; но уедно валя захтевати од нѣга, да се намири са неким Млетчиђима за штете овим причинѣне.

Capta: Quod pro multis respectibus concedatur isti domino Karulo Thopiae, possendi ire cum una sua galea armata duppla et cum uno alio suo ligno armato, ad percomplendum vota sua, non eundo ad damnum alicujus nec pro faciendo mercationes, sicut petit, concordando se primo cum nobilibus viris Andrea et Gratono Dandulo fratribus et Philipo Sanuto, civibus nostris, vel cum eorum nuncio, quem cum comissione sua ad plenum mittunt ad dictum dominum Karulum, de hiis quae ab eo petunt, vel quod juste deberent habere ita quod sint contenti, alioquin dicta concessio sit nullius valoris et scribatur superinde ipsi Karulo cum illis verbis quae dominio videbuntur.

Sr. Donatus Mauro consiliarius et Sr. Vitalis Lando capitaneus loco consiliarii volunt;

Quod fiat istą concessio isto nobili in totum, sicut consulunt sapientes ordinum, tacendo illud verbum ultimum, scilicet: alioquin quod ista concessio sit nullius valoris, rogando quod teneat modum de concordando se cum nostris nobilibus praedictis sicut scribit.

Misti del Senato XXXV. ch. 80.

CXXXV. 1375. Indict. XIV. 13. Martii.

Како Ђурађъ Балшић и нѣговъ братъ никако неђеду да накнаде штете причинѣне Млетачкимъ трговцима, то є заключено наложити генералъ-капетану мора, да захтева одъ истогъ Ђурђа подпуну накнаду штета, кою ако недобіе нека се силомъ наплати одъ добара нѣговы и нѣговы поданика.

Capta: Cum aliqui nobiles et cives nostri habere debeant a Jura de Balsce et fratre suo, dominis Avalonae, certas pecuniae quantitates, occasione damnorum ipsis illatorum in partibus et locis ipsi Jurae et fratri suo subditis et etiam occasione aliquorum debitorum contractorum cum praedictis. Et pluries requisiti de solutione, emenda et satisfactione fienda de dictis damnis et debitis, hucusque ipsam satisfactionem facere non curaverunt, imo dicunt ipsos nostros nobilos et cives per verba in grave damnum et praejudicium suum. Et bonum sit tum pro honore nostro, tum pro subventione nos-

trorum superinde providere. Vadit pars: Quod comittatur capitaneo generali., sicut alteri capitaneo factum fuit, quod quando sibi tempus videbitur, vadat vel mittat ad dictum Juram et fratrem suum, et ab ipsis requirat vel requiri faciat, emendam et satisfactionem plenariam dictorum damnorum et debitorum, quod si obtinere poterit bene quidem, alioquin intromittat bona et havere ipsius Jurae et fratris sui ac subditorum suorum ubicunque poterunt reperiri, usque ad integram solutionem et satisfactionem damnorum et debitorum praedictorum, habendo tamen semper respectum ad securitatem armatae nostrae sibi comissae, et rescribendo nobis quidquid fecerit in praemissis. Et detur ipsi capitaneo copia dictorum damnorum et debitorum in scriptis pro sua informatione.

Misti del Senato XXXV. ch. 82.

CXXXVI. 1375. 13. Martii.

Како су у Авлони убіени и поарани неки Млетчићи, а ньіова добра заузета на захтеванѣ господара тога места Балше, а и иначе чине се тамо Млетачкимъ людма свакояка зла, то се налаже генералъ-капетану мора, да захтева за све то одъ истогъ господара места удовлетворенѣ, кое ако овай неда, докъ се онъ поврати одъ Романіе, онда да силомъ набави за све то удовлетворенѣ.

Capta: Cum in partibus Avalonae per illos dicti loci, nequiter et malo modo interfecti fuerint viri nobiles Girardus Dandulo et Pancratius Contareno cives nostri, et eorum bona intromissa ad petitionem Balscae domini illius loci, ad summam ducatorum V. mille, intus pannos, setam, folexellos, botas C. vini, salem, pisces salitos, pannos, arma et arnesias suas de domo, tam de sua ratione propria, quam de ratione aliorum. Et ultra hoc fiant nostratibus multae novitates et extorsiones in dictis partibus; videlicet in faciendo ipsos solvere dohanam et arboracium contra franchisias et consvetudines suas antiquas; et super praedictis sit penitus providendum pro honore nostro et securitate nostrorum mercatorum in diversis mundi partibus conversantium; Vadit pars: quod committatur capitaneo generali maris, quod in via sua ire vel mittere debeat ad dictas partes Avalonae, et se nomine nostro vehementer gravare de excessu comisso in personis

nobilium nostrorum, et procurare cum domino dicti loci vel ejusdem locumtenente, quod fiat justitia de culpabilibus et restitutio rerum intromissarum et ablatarum, ut est justum. Et quod nostri conserventur in consvetudinibus antiquis et franchisiis et libertatibus suis solitis, et eis restituatur quod indebite acceptum est, contra dictas consvetudines antiquas, assignando ad faciendum praedicta illum terminum, qui dicto capitaneo videbitur. Et in reversione sua de partibus Romaniae, si invenerit praedicta adimpleta fore effectualiter ut est dictum, bene quidem. Alioquin elapso termino superius dicto, cum securitate armatae nostrae, intromittere debeat illos de Avalona et dominum dicti loci realiter et personaliter, ubicunque poterit reperiri, et omnia bona quae habuerint, tam per viam concordii quam per intromissionem, penes se conservare debeat, rescribendo nobis quidquid fecerit in praedictis.

Misti del Senato XXXV. ch. 82.

CXXXVII. 1375. Indict. XIII. 9. Julii.

Заключено писати Ђурђу Балшићу, како су разумели одъ своѓъ конзула и свои трговаца изъ Улциня, да е онъ по закteваню Дубровчана, наметнуо Млетчићима нека нова дававя, противна ньіовимъ уговоренимъ слободама, и молити га да онъ то нечини, не да ове нове наредбе натрагъ узме, а Млетачкимъ трговцима да остави уговорене ньіове слободе.

Capta: Quod scribatur domino Jurae

de Balsce in hac forma. Videlicet: Nuper cum maxima displicentia recepimus a consule et mercatoribus nostris, in Dulcigni partibus commorantibus, litteras continentes, quod magnificentia vestra ad Ragusinorum instantiam, ipsis nostris consuli et mercatoribus literas suas scripsit, per quas videtur fore intencionis vestrae, velle taliter ipsos gravare novitatibus insvetis, contra franchisias libertates et bonas consvetudines solitas, quod de Dulcigno recedere compellantur. De quibus quidem novitatibus et gravaminibus vehementissime turbamur et gravamur, considerantes liberales promissiones per vos et nuncios ac ambaxatores vestros nobis ac capitaneis et ambaxatoribus nostris factas, nec unquam credere potuissemus, quod a magnificentia vestra talia processissent, imo eramus certi, quod si per alios talia contra nostrates facta forent, vos ipsa turbare et nostros juvare et defendere contra quoscunque debuissetis, et sperabamus, vos ipsos continue prosequi et agenda sua favoribus et beneficiis amplioribus, attento specialiter, quod civis noster estis, et vos et negotia vestra semper favorabiliter et benigne tractavimus et tractamus, et etiam quantum commoda et utilis est conversatio nostrorum in terris et locis vestris, magis quam alicuius alius generationis. Quare magnitudinem vestram attente requirimus et rogamus, quatenus novita-

tes praedictas, si factae sunt, revocare et reformare placeat et velitis, et ab ipsis vel similibus, de cetero vos abstinere, permittentes cives et mercatores nostros morari et mercari in terris et locis vobis subditis, salvos et securos, ac tractantes et conservantes, ac tractari et conservari facientes, ipsos cum eorum bonis et mercationibus, favorabiliter et benigne, secundum bonas consvetudines, franchisias et libertates solitas, prout de magnificentia vestra plene speramus. Super quibus quidem omnibus, nobis per vestras litteras intentionem vestram placeat reserare quam cicius esse potest, quas consuli nostro praedicto assignare velitis.

Misti del Senato XXXV. ch. 35.

CXXXVIII. 1382. 29. Aprilis.

Како е Яковъ де Риппа кастеланъ Которскій явіо, да има знатну помоћь одъ Рашкогъ краля у войницима, раани и другимъ потребама, тако да се съ томъ помоћу могао одржати, заключено е писати истомъ кралю, и изявити му како е та указана помоћь пріятна и колико се цени.

Cum nobilis vir Sr. Jacobus de Rippa, exposuerit dominio, quod existens de nostro mandato castellanus Catari recipit magnam et notabilem subventionem a domino rege Rassiae, tam de gentibus, quam victualibus et aliis rebus, taliter quod median-

te subventione sua sustinuit locum ad honorem dominii; vadit pars: quod possint scribi litterae praefato domino regi, hostendendo habere ad bonum et ad complacentiam subventionem praedictam, in illa forma quae videbitur dominio.

Misti del Senato XXXVII. ch. 73.

CXXXIX. 1382. 25. Julii.

Заключено одговорити посланнку краля Рашкогъ, кои иште да му за новце даду две наоружане галiе, изговарающи се, да то немогу учинити што сами требаю те лађе, збогъ свои послова на острову Тенеду.

Capta: Quod respondeatur istis ambaxatoribus domini regis Raxiae, qui cum maxima instantia nomine dicti domini regis, requisiverunt a nobis duos brigentinos fulcitos suis rebus et arnesiis pro sua pecunia et cet. Lutanando nos a facto, pro multis bonis respectibus cum illis verbis, quae videbuntur collegio vel majori parti, monstrando quod ipsi brigentini sunt nobis neccessarii pro factis nostris Tenedi.

Misti del Senato XXXVII. ch. 99.

CXL. 1383. Indict. VI. 26. Martii.

Заключено на молбу краля Рашкогъ, продати овомъ за готове новце едну лаку опремлѣну галiю, и поклонити му еданъ топъ, кои е први путъ имао Марко Паскалиго у рату противъ Генуе.

Capta: Cum serenissimus et excellentissimus dominus rex Rasciae, qui est

civis noster, cum maxima instancia fecerit nos rogare et a nobis requiri per viam emptionis, per nobilem virum Sr. Nicolaum Baseio, civem nostrum, unam galeam subtilem, cum coredis et arnesiis suis, solvendo nobis statim praecium et aestimationem galeae praedictae; vadit pars: pro contemplatione et amore suae regiae majestatis, et quia est civis noster, quod complaceatur sibi de dicto corpore galee cum suis corredis et arnesiis, sicut requirit; solvendo statim precium, ut dictum est secundum ordines nostros. Et ex nunc sit captum, quod detur ei unus falconus, quem habuit Sr. Marcus Pasqualigo, supracomitus noster, super riperia Januae prima vice, cum Sr. Karolo Zeno, et patroni nostri arsenatus dicunt et laudant, hoc esse bonum nostri comunis.

Misti del Senato XXXVIII. ch. 15.

CXLI. 1383. Indict. VI. 30. Julii.

Дуждъ Млетачкій Антоніе Венеріо даруе право грађанства Стефану Тврткy кралю Рашкомъ и Босанскомъ.

Privilegium illustris et excelsi domini Stephani Tuertcho regis et cet. de civilitate sua, atque suorum filiorum et heredum.

Anthonius Venerio Dei gratia dux Venetiarum et cet. Universis et singulis pre-

sens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis benignitas in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari. Tanto personas illustres et excelsas prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, ipsarumque petitiones liberalius exaudire, quanto se nostro ducatui, devotiores fide ac charitate laudabilium operum ostenderunt. Verum cum serenissimus dominus Stephanus Tuerthco, dei gratia rex Rassie, Bossine, maritimarumque partium et cet. honoris et nominis nostri zelator assiduus, quem semper cum ejus progenitoribus inclite memorie, se verum expressit Venetum et perfectum, se penes ducatum nostrum sentiens, suis meritis gratiosum plurimum et acceptum, nostram fecerit magnificentiam amicabiliter rogari, ut nobis placeret, ipsum ejusque filios et heredes, aliorum nobilium Venetorum nostrorum et fidelium numero gratiosius aggregare, ut beneficiis citadinatus dotati, nobilium et civium Venetiarum privilegio congauderent. Nos attendentes dilectionem ingentem ac gratum affectum et sinceritatem, quam semper prefatus dominus Stephanus rex, ad nos et ducatum nostrum et singulares personas ejusdem, ferventer et laudabiliter ostendit, acceptorum operum per effectum, benemeritas preces ipsius, duximus digne retribuentes munere, gratifi-

cabiliter acceptandas; notum igitur fieri volumus universis et singulis, tam presentibus quam futuris, quod omni juris, consiliorum et ordinamentorum nostrorum integra solemnitate servata, prefatum dominum Stephanum regem, cum suis filiis et heredibus, in Venetos et cives nostros recepimus atque recipimus, et Venetos et cives nostros fecimus et facimus, et pro Venetis et civibus nostris, in Venetiis et extra ubilibet haberi volumus et tractari, ipsos sincere dilectionis brachiis amplexantes, ac firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, gratiis, honoribus ac immunitatibus, quibus alii nobiles cives Venetiarum gaudent, prefati dominus Stephanus rex et sui filii et heredes, in Venetiis et extra ubique gaudeant plenissime et utantur. In quorum omnium fidem testimonium et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri mandavimus, et bulla nostra pendente aurea communiri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo octvagesimo tercio, die penultimo Julii, sexte indictionis.

Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, mensis Junii die primo, indictione quartadecima, simile privilegium factum fuit domino Stephano de Bissa, dei gratia regi Rassie, Bossine maritimaeque et cet. punctaliter ut factum fuit do-

mino Stephano Tuertcho, mutato solumodo nomine partis et tempore.

Millesimo quadringentesimo quarto, mensis Augusti die septimo, indictione duodecima, factum fuit simile privilegium serenissimo domino Tuertko, quondam Tuertkonis regis, dei gratia regi Rassie, Bossne, maritimeque et cet. mutato nomine ducis et tempore.

Liber Privilegiorum I-mus, charta 56.

CXLII. 1383. Indict. VII. 5. Octobris.

Дозволява се кралю Рашкомъ, да може о своміъ трошку дати градити две галіе у Млетцима.

Capta: Quod complaceatur serenissimo domino regi Raxiae, honorabili civi nostro, hoc valde amicabiliter requirenti, quod possit facere fabricari duas galeas in Venetiis ad suas expensas.

Misti del Senato XXXVIII. ch. 80.

CXLIII. 1384. 22. Decembris.

Заключено писати кралю Рашкомъ и молити га, да плати Николи Басею своміъ капетану а Млетачкомъ грађану, новце кое му има давати.

Capta: Quod scribatur domino regi Rassiae in hac forma. Videlicet: Sicut regia maiestas vestra novit, ipsa tenetur

nobili viro sr. Nicolao Baseo capitaneo suo civi nostro, in magna pecuniae summa, causis eidem maiestati notis. Et quia alias excellentia vestra scripsit et subsequenter per ambaxatorem suum nobis fecit exponi, quod redderet ipsum sr. Nicolaum bene contentum, sperabamus quod hoc modo factum esset, consideratis justis causis et longo tempore, quo satisfactionem suam patienter praestolatus est. Et quia ipse sr. Nicolaus ob negotia serenitatis vestrae est diversis personis in multis pecuniis obligatus, et ipsi pluries solutionem suam coram nobis instantissime petierunt, praedictus sr. Nicolaus non audet jam diu comparere, qui non habens unde solvere, timet carceribus mancipari, quod nos agravat et perturbat, praesertim pro honore regio, quem tantum diligimus, et pro damno et incommodo civis nostri et aliorum civium nostrorum, debentium recipere mercedem suam. Quare cum propingvi sui saepe comparuerint coram nobis requirentes, quod provideatur ut dictus sr Nicolaus possit suam satisfactionem habere, ut comparere possit Venetiis et satisfacere quibus causa majestatis vestrae tenetur, celsitudinem vestram regiam instantissime deprecamur, quatenus pro honore maiestatis vestrae, et ut praedictus civis noster exeat de laboribus istis, et ut illi qui habere debent possint habere solutionem suam, dignetur te-

nere modum, absque aliis induciis, quod ipse habeat in omnibus merito contentari, quod si fiet plurimum nobis placebit et erit magnus honor majestatis vestrae. Et in casu quo non fieret civibus nostris in iuribus suis secundum justitiam, defficere non possemus.

Misti del Senato XXXIX. ch. 27.

CXLIV. 1385. 3. Junii.

Заключено опетъ писати кралю Рашкомъ и опоменути га, да плати што е дужанъ Николи Басею, иначе да ће се морати предузети сходне мере, да се истый наплати.

Capta: Quod scribatur domino regi Rassiae in hac forma. Regiae majestati quam plures litteras destinavimus et ultimo unam datam vigesimo secundo Decembris proxime elapsi, amicabiliter rogantes ac instantissime requirentes, quatenus pro debito justitiae et honoris regii, placeat tenere modum absque aliis dilationibus, quod vir nobilis Nicolaus Baseio, civis noster et majestatis vestrae capitaneus, realiter reciperet integram satisfactionem suam, de nonnullis pecuniae summis, in quibus majestas vestra tenetur eidem pro factis regiis sibi comissis, pro quibus quidem pecuniis ipse est quam pluribus personis obligatus, qui solutiones suas coram nobis cum continuis instantiis petierunt et petunt adeo, quod idem Nicolaus timore carceris comparere non po-

test, pro qua quidem satisfactione propingvi Nicolai saepe comparent coram nobis supplicantes, ut provideatur de remedio oportuno, ut exeat de tot laboribus, et ut illi qui habere debent, possint consequi solutiones eorum. Substinuit quoque idem civis noster graves expensas in mittendo litteras occasione praedicta. Sperabamus autem attenta justitia civis nostri, quod absque tot laboribus et dilationibus majestas vestra et pro honore suo satisfecisset eidem. Tandem ab eadem majestate litteras datas die 2. Aprilis nuper elapsi recepimus, responsales ad nostras, continentes quod in brevi majestas vestra mitteret suos ambassiatores, qui satisfacerent in omnibus civi nostro, qui ambaxatores non apparuerunt nec apparent, de quo non modicum admirari compellimur. Et licet absque ulteriori requisitione teneamur civi nostro secundum justiciam providere, tamen non valentes aliter pertransire declaramus, quod si in brevi dicta satisfactio realiter facta non fuerit, oportebit seu invite, ut sine ulteriori notificatione provideamus indemnitati civis nostri de remediis opportunis.

Misti del Senato XXXIX. ch. 87.

CXLV. 1385. 20. Julii.

Заключено послати едногъ посланика кралю Рашкомъ са трговцима Млетачкимъ, кои намераваю ићи у Которъ, кое место дао е краль Угарскій у руке краля Рашкогъ, кои посланикъ да гледа обновити слободе Млетачки трговаца у Котору.

Capta: Cum ad praesens sint ituri aliqui nostri mercatores ad partes Catari, cum aliquibus suis mercimoniis, et secundum veteres consvetudines, nostri semper fuerint franchi et liberi in partibus praedictis, et nunc de novo sentiatur, quod per serenissimam dominam reginam Hungariae praedictus locus Catari, datus fuerit in manibus domini regis Rassiae, pro omni bono respectu mercatorum et mercationum nostrarum euntium ad illas partes; vadit pars: quod dominus, consiliarii et capita de XL, capita consilii ac sapientes ordinum habeant libertatem eligendi unum de nostris nobilibus euntibus ad illas partes, quod habeat libertatem tractandi pacta et franchisias nostras, consecutas cum domino rege Rassiae sine expensis nostri comunis, prout per dictum collegium fuerit ordinatum.

Misti del Senato XXXIX. ch. 112.

tur salutem in eo, in quo in terris regnantium solia sunt erecta, hinc vestre universitatis fraternitati elucescat per presentes, quod perceptis et intellectis ambaxiatis et legationibus serenissimi ac illustrissimi domini domini Antonii Venerio, eadem dei gratia ducis Venetiarum etc, ac ejusdem ducalis dominii per nobilem et sapientem virum eorum civem et ambaxiatorem dilectum, dominum Jacobum de Rippa, nobis gratiose et sapienter expositis, videlicet quod mercatores ejusdem ducalis dominii cum suis mercimoniis semper de consuetudine antiqua fuerint in civitate Cathari liberi, et exemti ab omni dacio et gabella, nosque volentes cum eisdem unitatem fraternitatem et antiquam amicitiam sincere et sine fallo observare et in omnibus licitis sui ducali dominio gratissime complacere, matura deliberatione ac puro corde ad ipsius dominii ducalis sincerissimam monitionem concessimus presens instrumentum. Quod cum per gratiam largiflue dei dispositionis, et preclarissime sororis nostre domine regine Ungarie, civitas predecessorum nostrorum Catharensis, feliciter ad manus nosre majestatis perpetualiter pervenit. Sit ad laudem et gloriam summi creatoris omnium, qui suis cuncta bona invisibilia preparavit amicis. — Vero et benevolis nostris

ad gaudium et exultationem, ut et ipsi sint participes dono divine dispositionis, nobis celitus concesso. Idcirco ut prefertur, ad ejusdem ducalis dominii sincerissimam monitionem, universos singulosque mercatores ejusdem ducalis dominationis, presentibns assecuramus, quatenus iidem mercatores cum ipsorum mercimoniis cujuscumque conditionis existant, possint semper libere ac secure, et absque omni pavore, ad prefatam nostram civitatem Cathari, et absque omni dacio et gabella, venire intrare stare et morari, tam per terram quam etiam per mare, cum ipsorum mercimoniis Intelligendo etiam de omni inguedine, cum autem eisdem placuerit ad propria remeari, salvis ipsorum rebus ac personis, liberam et securam, plenam et expeditam habeant facultatem. Item quod si aliquis civis nostre civitatis Cathari vel quiscumque fidelis noster teneretur alicui Veneto debitum cujuscumque conditionis contracto, quod regimine dicte nostre civitatis vel alii subditi nostri, quibus ratio pertinebit, teneantur eidem omnimodam satisfactionem adhibere, videlicet quod predicti debitores realiter et personaliter constringantur carceribus, mobilia ipsorum, et immobilia vendantur ad solvendum debitum, et de carcere non dimittantur usque quo non sit integra satisfactio. — Et e converso, si aliquis Venetus vel subditus ducalis dominii, dare tenerentur alicui Cathare-

nensi vel fideli nostro debitum quocumque modo contractum, quod debeat ipsum citare ad presentiam consuli Venetorum, moranti in predicta nostra civitate, et quod predictus consul Venetorum teneatur omnimodam et plenam satisfactionem super predictos debitores adhibere, videlicet quod prefati debitores realiter et personaliter carceribus constringantur, mobilia ipsorum et immobilia vendantur ad solvendum debitum, et de carcere non dimittantur usque non fit integra satisfactio debitori. Si vero prefatus consul in predicta nostra civitate tunc temporis non reperiretur, ex tunc eligetur unum Venetum, alium vero Catharense, vel quiscumque noster fidelis; et hii duo inter ipsos judicent de dicto et de facto. Si autem illi duo ipsos concordare non poterunt infra octo dies, tunc adhibeant sibi alios duos, quod illi quatuor inter ipsos judicent, et usque ad viij dies vel terminum per ipsos deputatum, per majorem partem de predictis quatuor plenissima satisfactio adhibeatur. In cujus rei testimonium has presentes nostras litteras fieri jussimus sigilli nostri appensione roboratas. Data in aula nostra regali Scoteste, XXIII die mensis Augusti, sub anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

Commemor. VIII. ch. 105.

CXLIX. 1385. Indict. IX. 25. Septembris.

Закључено одговорити посланицима краља Босне, како су положили новце за две галіе, кое е Никола Басео дао градити за рачунъ нѣгогъ краля, садъ да могу съ оне две галіе располагати како іимъ е воля, а за остале дугове што има нѣгый краль давати Николи Басею, онай да гледи свое право на други начинъ, ерь се немогу съ чимъ задржати оне две галіе.

Capta: Quod pro dando expeditionem istis ambaxatoribus domini regis Bosinae pro honore nostri dominii, de differentiis, quas habent cum Sr. Nicolao Baseio, ordinetur: quod postquam dicti ambaxatores depositaverunt apud patronos arsenatus omnes denarios, pro expensis factis per Sr. Nicolaum Baseio occasione duarum galearum domini regis praedicti, quae sunt in nostro arsenatu, quod dicatur dictis ambassatoribus, quod de dictis duabus galeis et corredis suis, dominus rex potest ordinare et facere ut sibi placet, quia sunt ad omne beneplacitum et mandatum suum. De aliis vero differentiis, quas Sr. Nicolaus Baseio habet cum dicto domino rege, ipse Sr. Nicolaus utatur jure suo ut sibi placet, quia non intendimus, quod ipsae duae galeae, nec coreda earum, propterea stent impediti ullo modo, pro honere nostri dominii.

Misti del Senato XXXIX. ch. 152.

CL. 1385. Indict. IX. 5. Octobris.

Закључено послати два посланика, кои да посредую за миръ између краля Рашкогъ и господара Балше.

Capta: Quia secundum morem progenitorum nostrorum semper fuit, et est, procurare pacem et concordiam inter habentes differentias et discordias inter se, et specialiter inter illos dominos, qui semper fuerunt et sunt bene dispositi erga nostros honores, et commoda ac utilitates mercatorum nostrorum; et sicut habuimus per litteras speciales, maxime differentiae et discordiae fuerant et sunt inter dominum regem Rassiae ex una parte, et dominum Balsam ex altera, propter quas differentias subditi et cives nostri, conversantes in terris et partibus maritimis praedictorum dominorum, portant dampna maxima; et utile sit et pro honore nostri dominii faciat, interponere nos et tractare pacem et concordium inter dominos praedictos, cum hoc sit de mente et bene placito domini regis Raxiae, qui nobis scripsit cum maxima instantia super hoc, vadit pars: pro faciendo dictos dominos nobis propitios et benevolos; quod elligantur duo ambassatores per duas manus electionum, misto consilio, rogatorum et additorum, et unam per scruptinium inter dictum consilium capitum et sapientum consilii et sapientum ordinum. Qui habere debeant de salario vel provisione pro tota ista ambaxata ducatos quin-

quaginta pro quolibet, et debeant habere et tenere famulos quinque inter ipsos duos, et unum notarium cum uno famulo; et possint expendere in die in omnibus expensis oris et agatiorum, et omnibus aliis expensis quomodocunque occurentibus, ducatos duos pro quolibet. Et non possint refutare, sub pena librarum C. pro quolibet. Et teneantur respondere die qua fuerint ellecti vel alia ad tertias; non possendo accipere aliquem a bancho ducalis dominii, pro non impediendo facta terae; et debeant ambaxatores praedicti ire ad dictos dominos cum illa comissione, quae videbitur isti consilio, pro bono agendorum praedictorum.

Ellecti ambassatores: sr. Georgius Lauredano et sr. Andreas de Bernardo.

Misti del Senato XL. ch. 7.

CLI. 1386. 8. Aprilis.

Заключено одговорити калуђеру посланику удовице господара Балше Балшића, да може ова госпоя кадгодъ оће доћи у Млетке и отићи, и да ће быти лепо прійимљена.

Capta: Quod pro expeditione istius caloieri, qui venit ex parte uxoris condam domini Balsae de Balsa cum ambaxiata, et specialiter ad illam partem per quam illa domina petit, quod placeat nostro dominio concedere, quod ipsa cum filiabus suis et havere, possit venire et stare pro habitatione Venetiis, in casu quo sibi videatur;

Respondemus: quod dispositi praedictae dominae in cunctis possibilibus complacere, sumus contenti et placet nobis, quod ipsa domina possit venire et stare et redire, cum filiabus et familia sua, et cum bonis et havere suis, ad suum benplacitum et ad suam voluntatem, quod ipsam et res suas tractabimus amicabiliter et benigne, et habebit continuo honorem suum. De aliis vero expositis per dictum calojerum, contentis in cedula sua, dicatur quod informabimus capitaneum nostrum Culfi, in proximo recessurum de Venetiis, qui ibit et loquetur cum praedicta domina, et sciet intentionem suam, et postea providebitur, sicut videbitur cedere ad honorem et bonum suum et nostrum.

Misti del Senato XL. ch. 25.

CLII. 1386. Indict. IX. 12. Augusti.

Одговоръ Млетачке владе на предложени посланика кнеза Албаніе Карла Топіе.

Capta: Quod respondeatur isti ambaxatori domini Karoli Thopiae, principis Albaniae et domini Durachii:

Et primo: ad oblationes quas idem ambassator, pro parte dicti domini Caroli nobis facit, quae sunt primo: de volendo obligare se, ad solvendum nostro dominio quolibet anno ducatorum VI. centum, pro qualibet nostra guerra generali durante ipsa guerra; secundo: quodsi dominatio nostra volet habere

tractam frumenti in suo dominio, ipse sibi concedet illam, et non permittet quod aliqua alia pars habeat dictam tractam. Tertio: quod nullus mercator possit stare nec traficare in suo dominio praeter Venetos. Respondeatur ei: quod de dictis oblationibus valde regraciamus magnificenciae suae, quia cognoscimus illas procedere a magna dilectione et perfecto amore. Et propterea illas acceptamus alacriter, sperantes firmissime, quod ipsum dominum Carolum inveniemus semper prompte dispositum ad quaelibet nostra beneplacita et honores.

Ad petitionem vero quam dictus dominus Carolus, seu dictus ejus ambaxator pro eo nobis facit, de possendo extrahere de Venetiis arma, gentes armigeras et ballistarios pro sua pecunia et cet. Respondeatur quod sumus contenti complacere sibi, verum intendimus quod ballistarios vel cujuscunque conditionis homines, quos extraxerit, si erunt Veneti vel habitatores Veneti, ipse teneat eos in fortaliciis suis, et quod non mittat ipsos extra ad campum aliquomodo; de aliis vero ballistariis vel gente armigera, qui non essent Veneti vel habitatores Venetiarum, possit ordinare et disponere ut sibi placuerit.

De galea vero quam petit dicatur, quod sumus contenti complacere sibi de una galea

cum suis furnimentis, pro sua pecunia, secundum requisitionem suam.

Ultimo dicatur dicto ambaxatori, quod in signum sincere et perfectae amicitiae, volumus quod dictus dominus Carolus promittat et se obliget nostro dominio, de habendo omnes nostros amicos pro amicis et inimicos pro inimicis. Nos vero offerimus et promittimus dicto domino, quod quandocunque ipse haberet guerram vel novitatem cum aliquo domino vel persona fideli vel infideli, in mari et in terra, mittemus suis expensis, illi domino vel personae, si placuerit ipsi domino Carulo, nostras litteras vel ambaxiatam, ad procurandum de pacificando et concordando ipsum cum illo vel illis, cum quibus dictam guerram vel novitatem haberet, favendo sibi ubique, tamquam civi nostro.

Misti del Senato XL. ch. 41.

CŁIII. 1386. Indict. IX. die Veneris 17. Augusti.

Пуномоћіе дато посланику Млетачкомъ Николи Фускари, да може уговарати са пуномоћникомъ и посланикомъ Карла Топіе, кнеза Албаніе и господара Драчкогъ.

Sindicatus pro factis domini Caroli Thopiae.

In Christi nomine. Amen. Nativitatis ejusdem millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die Veneris decimo sep-

timo mensis Augusti. Serenissimus et excellentissimus dominus, dominus Antonius Venerio dei gratia dux Venetiarum etc.

Una cum suis consiliis, minori, rogatorum, XL et zonte, habentibus ad infrascripta et alia plenissimam libertatem, ad sonum campane, et voce preconia specialiter congregatis, et ipsa consilia una cum ipso domino duce unanimiter et concorditer nemine discrepante, per se et successores suos, ac nomine et vice comunis Venetiarum, et omnibus juribus modis et formis, quibus melius potuerint, fecerunt constituerunt et ordinaverunt, suum et dicti comunis Venetiarum sindicum, actorem, procuratorem, negotiorum gestorem et nuntium specialem, et quidquid amplius dici posset, nobilem et sapientem virum dominum Nicolaum Fuscari, honorabilem civem Venetiarum, absentem velut presentem, in omnibus eorum et dicti comunis Venetiarum causis, litibus questionibus et querelis civilibus et criminalibus, praesentibus et futuris, et specialiter ad tractandum paciscendum conveniendum et firmandum, ac tractatus pacta et conventiones faciendum, cum ambaxatore et procuratore excelsi et magnifici domini, domini Caroli Thopiae Albanie principis et Durachii domini et c. sub quibuscumque articulis, promissionibus, modis et conditionibus, que dicto sindico videbuntur, cartas et

instrumenta rogandum, faciendum, et recipiendum, cum stipulationibus, obligationibus, juramenti prestationibus, penis, renuntiationibus, cautelis et clausulis opportunis, et generaliter ad omnia alia et singula gerendum et faciendum, que in praedictis et singulis et in dependentibus et connexis et prorsus extraneis necessaria fuerint, et oportuna, et que merita causarum et negotiorum exigunt et requirunt, et que ipsimet constituentes facere possent, si adessent; dantes et concedentes dicto eorum sindico et procuratori in predictis et circa predicta, et in dependentibus et connexis, et prorsus extraneis, plenum liberum et generale mandatum, ac etiam spetiale, ubi exigitur cum plena, libera, et generali administratione et potestate, et promittentes firma, rata et grata habere, tenere, attendere, observare, et adimplere quecumque dictus eorum sindicus in praedictis, et circa predicta et in dependentibus et connexis, et prorsus extraneis duxerit facienda, et non contrafacere vel venire sub obligatione omnium bonorum comunis Venetiarum. Actum Venetiis in ducali palatio, presentibus nobili et sapiente viro domino Raphaylo de Caresinis, honorabili, cancelliario Venetiarum, et providis et circumspectis viris ser Desiderato Lueco, ser Petro de XL. ser Guillielmo de Clerutis, et ser Petro de la Costa, omnibus ducatus Venetiarum notariis, testibus ad pre-

missa vocatis specialiter et rogatis, et aliis. In premissorum autem fidem, et evidentiam pleniorem prefatus suditus dominus dux presens instrumentum sindicatus fieri mandavit, et bulla sua plumbea pendente muniri.

Ego Leonardus de Anzolettis etc.

Commemor. VIII. ch. 115.

CLIV. 1386. Indict. IX. 18. Augusti.

Уговоръ заключенъ између Млетчића и Карла Топіе кнеза Албаніе.

Pro domino Karolo Topia.

In Christi nomine, Amen. Anno nativitatis ejusdem millessimo tercentesimo octuagesimo sexto, indicione nona, die sabbati decimo octavo mense Augusti. Nobilis et sapiens vir dominus Nicolaus Fusoari honorabilis civis Venetiarum, syndicus, et procurator serenissimi et excellentissimi domini, domini Anthonii Venerio, dei gratia illustris ducis Venetiarum, et cet. ac comunis Venetiarum ad infrascripta, et alia exercenda specialiter constitutus, ut constat publico instrumento sindicatus scripto per me Leonardum de Anzolettis, publicum imperiali auctoritate notarium et ducatus Venetiarum scribam, suprascriptis anno et indicione, die vero Veneris decimo septimo presentis mensis Augusti; sindicario et procuratorio nomine prefati domini duci et comunis Venetiarum omnibus modis, jure, forma, et causa qui-

bus melius potuit, ex una parte, et reverendus pater dominus Johanes dei gratia Verganensis episcopus, ambaxiator, procurator, et negociorum gestor excellentissimi principis et domini, domini Karoli Topiae Albanie principis, et Durachii domini et cet. ad infrascripta et alia exercenda specialiter constitutus, ut constat instrumento publico scripto manu Liberalis de Bachinis de Ferraria, publici imperiali auctoritate notarii, suprascriptis anno, et indicione, die vero primo mensis Julii, a me notario infrascripto viso et lecto, procuratorio nomine prefati domini Karoli, et omnibus modis, jure, forma et causa quibus melius potuit, ex parte altera ad infrascripta pacta, conventiones, promissiones, et obligationes concorditer devenerunt, videlicet. Primo: idem ambaxator et procurator dicti domini Karoli dicto nomine sponte obtulit, promisit et obligavit eumdem dominum Karolum, quod ipse dominus Karolus solvet prefato domino duci et comuni Venetiarum, quolibet anno ducatos sexcentos auri, pro qualibet guerra generali ipsius domini ducis et comunis Venetiarum durante ipsa guera. Secundo: obtulit, et promisit dicto nomine, quod si ducale dominium et comune Venetiarum volet habere tractam frumenti in dominio ejusdem domini Karoli, ipse dominus Karolus conce-

det ducali dominio ipsam tractam, et non permittet, quod aliqua alia persona habeat ipsam tractam. T e r t i o: obtulit et promisit dicto nomine, quod nullus mercator possit stare, nec traficare in dominio dicti domini Karoli preter Venetos. Quas quidem oblationes idem dominus dux, et sindicus predictus acceptaverunt, regratiantes valde de ipsis magnificentie domini Karoli prelibati, cognoscentes illas procedere a magna dilectione et amore perfecto, ac firmiter tenentes, quod ipsum dominum Karolum in venirent semper prompte dispositum ad quelibet beneplacita, et honores ducalis dominii Venetiarum. Preterea predictus ambaxiator et procurator jam dicti domini Karoli dicto nomine petiit, quod idem dominus Karolus, vel nuntii sui possint extrahere de Venetiis arma, gentes armigeras, et balistrarios pro pecuniis prenominati domini Karoli, de quo prelibatus dominus, dominus dux Venetiarum, et sindicus suprascriptus dicto nomine contenti fuerint complacere sibi cum tali conditione, videlicet quod balistrarii, vel cujuscunque conditionis homines extraherint, si erunt Veneti, vel habitatores Venetiarum, ipse dominus Karolus teneat eos in fortiliciis suis, et non mittat ipsos extra ad campum aliquo modo; de aliis vero balistrariis, et gente armigera, que non essent Veneti, nec habitatores Venetiarum possit ordinare, et disponere ut sibi placuerit.

Item petiit dictus ambaxiator, et procurator nomine dicti domini Karoli, quod possit extrahere de Venetiis unam galeam cum suis furnimentis, per pecuniam ejusdem domini Karoli, de quo prefatus dominus, dominus dux et sindicus suprascripti dicto nomine, contenti fuerunt complacere domino Karolo antedicto. Ultimo ambaxiator et sindicus dicto nomine sponte obtulit, et per pactum expressum convenit, et promisit in signum sincere et perfecte amicitie, quod dictus dominus Karolus habebit omnes et singulos amicos ducalis dominii Venetiarum pro amicis, et inimicos pro inimicis. Ipse autem sindicus domini ducis, et comunis Venetiarum dicto nomine obtulit, et promisit dicto ambaxatori et procuratori ejusdem domini Karoli, quod quandocumque ipse dominus Karolus haberet gueram, vel novitatem cum aliquo domino vel persona fideli vel infideli, in mari, et in terra: illustris dominus, dominus dux et comune Venetiarum mittent expensis dicti domini Karoli illi domino vel persone, si placuerit domino Karolo suprascripto, literas ducales vel ambaxatam ad procurandum de pacificando, et concordando ipsum cum illo vel illis, cum quibus dictam gueram vel novitatem haberet, favendo sibi ubique, tamquam civi Venetiarum. Et predicta omnia et singula, suprascripti sindici et procuratores utriusque partis sindicariis, et

procuratoriis nominibus, quibus ut supra promiserunt sibi invicem, una pars alteri, et altera alteri, per stipulationem solemnem, huic inde interveniente, attendere, observare, et efficaciter adimplere bona fide, sine fraude, et in nullo contrafacere, vel venire aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto, sub pena dupli damni et interesse, et refectionis damnorum, et expensis, totiens comittenda et exigenda, quotiens fuerit contrafactum, qua soluta vel non, presens contractus, et omnia et singula in ipso contenta, inviolabiliter observentur, pro quibus omnibus, et singulis observandis predictus dominus Nicolaus Fuscari, sindicario nomine suprascripto obligavit omnia bona comunis Venetiarum. Et dictus dominus Johanes episcopus, procuratorio nomine antedicto, obligavit omnia bona predicti Karoli. Preterea suprascriptus dominus Johanes episcopus ambaxator, et procurator, ac procuratorio nomine prefati domini Karoli, sponte et ex certa scientia promisit suprascripto domino Nicolao Fuscari, sindico, et sindicario nomine prelibati domini, domini ducis et comunis Venetiarum, stipulanti et recipienti, quod idem dominus Karolus Topia presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta, approbabit emologabit, confirmabit, et ratificabit usque duos menses proximos venturos, per publicum instrumentum, in quo sit insertus totus tenor

presentis instrumenti sub penis et obbligationibus suprascriptis. Acta fuerunt suprascripta omnia in civitate Venetiarum, in ducali palatio, in cancellaria comunis Venetiarum, presentibus nobilibus et sapientibus viris, domino Raphaino de Caresinis honorabili cancellario Venetiarum, ac ser Franceschino Minio filio nobilis viri ser Maphei Minio, cive Venetiarum, nec non providis et circumspectis viris, ser Petro de XL. ser Guillielmo de Clarutis, et ser Petro de la Costa, omnibus notariis ducatus Venetiarum, ac honesto viro domino Theodoro de Albania, filio quondam Sergii de Amissa, ambobus familiariis suprascripti domini episcopi, omnibus testibus ad suprascripta vocatis specialiter et rogatis, et aliis.

Ego Leonardus de Anzoletis de Venetiis, imperiali auctoritate et ducatus Venetiarum notarius, suprascriptis omnibus et singulis presens fui, et ipsa de voluntate et mandato suprascriptarum partium scripsi, et publicavi rogatus, signumque meum notariatus in fidem et testimonium premissorum apposui consuetum.

Commemor. VIII. ch. 116.

CLV. 1387. 22. Martii.

Дозволява се да посланикъ краля Рашкогъ може отићи на Млетачкимъ галіяма до острова Браца.

Capta: Quod unus ambaxator serenissimi domini regis Raxiae possit levari su-

per galeis Culfi et duci ac deponi ad Braziam cum ejus famulis et arnesiis levibus.

Capta: Similiter possit levari et conduci ad partes Sclavoniae Sr. Johannes de Ymola, nuncius serenissimarum dominarum reginarum Hungariae.

Misti del Senato XL. ch. 64.

CLVI. 1387. 30. Martii.

Дозволява се да посланикъ кнеза одъ Вероне, кои иде у Рашку землю, може преħи на Млетачкимъ галіама у Славонію.

Capta: Quod quidam nuncius magnifici domini comitis Virtutum, nomine Guidotus Plato, qui mittitur ad partes Rassiae, possit levari super galeis Culfi cum famulis et arnesiis levibus, et conduci ad partes Sclavoniae, in illo loco qui videbitur, non sinistrando armatam.

Misti del Senato XL. ch. 56.

CLVII. 1388. Indict. XII. 30. Januarii.

Заключено послати посланика кралю и краљици Унгаріе, и саобштити имъ оно што се дознае изъ Босне.

Capta: Sapientes Consilii. Quod pro reddendo informatum regem et dominam reginam Hungariae, de his que sentimus de partibus Bossinae, et etiam de illis duobus Cardinalibus, qui ituri sunt ad coronandum filium quondam domini regis

Karoli, collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum ambarum manuum, habeat libertatem mittendi unam sufficientem personam ad partes Hungariae, ad significandum sibi praedicta, pro bono agendorum nostrorum, per illum modum, qui dicto collegio utilis apparebit.

Secr. cons. rog. lib. III. E. (in copia ch. 145.)

CLVIII. 1388. Indict. XII. 3. Februarii

Наставленѣ за посланика идуѣегъ кралю Угарскомъ.

In collegio domini, consiliariorum, capitum et sapientum ambarum manuum, vigore suprascriptae libertatis, capta:

Laurenti vade ad praesentiam domini regis et excellentissimae dominae reginae Hungariae, cum nostris litteris credulitatis, quas tibi fecimus exhiberi, quibus et utrique eorum facta cordiali salutatione et generali oblatione cum illis verbis, quae tuae sapientiae videbuntur, expones, qualiter intendentes perseverare in sincera dispositione nostra et cordiali caritate, quam habemus ad majestates suas et statum suum, dedimus et continuo operam damus, de sentiendo de his, quae tractantur et fiunt, et praecipue tangentibus conservationem regni et coronae suae, ut possimus eos reddere de omnibus informatos, ad finem quod possint providere secundum quod viderint opus

esse. Et propterea notificamus eisdem, quod noviter informati fuimus, quod dominus Inocentius Papa in publico consistorio pronunciavit et publicavit in regem Apuliae, filium quondam domini regis Karoli, et deliberavit mittere duos de Cardinalibus suis, qui sunt de proximo recessuri ad coronandum eundem de regno praedicto.

Item sentimus quod dominus rex Bossinae de novo aquisivit et habuit castrum Clissae, et similiter castrum Vranae, et multum vigilat, ad aquisitionem et occupationem terrarum et locorum Dalmatiae, in tantum, quod apparet dictas civitates et loca esse in maximo dubio et timore, dubitantes non posse resistere potentiae dicti regis et oportere subjugare sibi.

Et ut audimus ipse rex dicit facere supradicta pro filio praedicti domini regis Karoli, et quod quidquid aquirit...—; et licet certi sumus quod dictus rex et domina regina praedicta haec per alias vias etiam habere potuerint, tamen moti sincera caritate nostra, quam indefesse habere intendimus ad conservationem status sui, timentes dubia et pericula, quae judicio nostro videre videmur, si filius quondam domini regis Karoli intraret Dalmatiam, deliberavimus ipsa parte serenitatibus suis facere manifesta, ut possint ante tempus occurere, et sic sufficienter de utilibus et necessariis remediis pro-

videre, quod non occurrant aliqua, quae sint statui suo importabilia vel molesta.

Et expositis praedictis ac habita responsione ab ipsis domino rege et regina, redeas Venetias, suposito amicabili comeatu, quam citius poteris, de omnibus informatus

Si vero ipse dominus rex vel domina regina, donec ibi eris, dicerent tibi vel facerent aliquam mentionem de factis Dalmatiae, vel de aliquibus aliis, quae possent spectare et tangere statum nostrum, debeas respondere, quod super talibus nullum mandatum habes a nobis, nec ullam responsionem dare posses, sed si placet majestatibus suis aliqua tibi comittere vel dicere, ipsi possunt dicere quaecumque eis placent, quando tu venies ad praesentiam nostram et referes quaecumquae eis placuerint, et nos postea providebimus secundum quod nobis videbitur opus esse, pro honore suae excellentiae et nostro.

Verum quia leviter propter verba alias tibi dicta per dominam reginam, ipsa posset petere a te, si tu dixisti nobis ipsa verba, et quid nos respondimus, debeas respondere: quod tunc, quando majestas sua tibi dixit verba praedicta, si bene recolis, voluisti delarari, si majestati suae placebat, quod illa nobis referres, et ipsa non respondit, propter quod considerante te, quod ipsa majestas sua dixerat tibi in magno secreto, tu noluisti

facere mentionem; sed bene potes testificari serenitati suae et mundo, quod dominatio nostra est talis naturae, quod si promitteremus sibi, vel alteri cuicumque propter aliquam causam, nos infallibiliter omnibus propositis attenderemus, quecumque promitteremus.

Secr. consil. rog. lib. III. E. (in copia ch. 145.)

CLIX. 1388. Indict. XII. 26. Februarii.

Дозволява се да посланици Драчки и госпое Авлонске могу отићи куђи на Млетачким галіяма.

Capta: Quod ambaxatores Durachii qui hic sunt, personae notabiles cum sua familia, et quidam nuncius dominae Avalonae, intimae amatricis nostri dominii, possint levari super ista nostra galea armata, cum levibus arnesiis suis, et conduci Durachium et Avalonam, vel ad illa loca quae essent magis accomoda galee praedictae. Verum comitatur supracomiti ipsius, quod faciat expensas oris ambaxatae praedictae Durachii et suae familiae, quae solvantur per nostrum comune ut est justum.

Misti del Senato XL. ch. 154.

CLX. 1388. 26. Februarii.

Госпоя Авлоне, на молбу нѣногъ посланика, прійма се подъ заштиту Млетачку, и дозволява іой се да може купити у Млетцима едну оружану галію, да се брани одъ нападаня Турака.

Capta: Cum egregia domina Avalonae per suum ambassatorem humiliter expo-

ni fecerit nostro dominio, quod attentis insultibus Turchorum et aliorum, qui eam et res suas molestare non cessant, considerata affectione maxima, quam habuit et habet ad honorem nostri dominii, quodque intendit se tenere et tueri sub nomine et protectione nostri dominii, placeret nobis quod possit emere in Venetiis unum brigantinum pro armando, ut possit substinere et conservare se et loca sua, ad nostrum honorem. Insuper quod placeat nobis facere sibi litteras nostras patentes pro ipsa domina et subditis suis, qualiter ipsa est sub protectione et obedientia nostra, ne molestetur a quocumque. Etiam ipse ambaxator se offert quod faciet, quod ipsa domina in recognitionem Sasni a nostro dominio, erit contenta de dando omni anno tres ex suis hominibus a remo, capitaneo nostro Culfi, qui stabunt super galeis nostris Culfi, donec erit in actu redeundi Venetias, et stabunt ad expensas ipsius dominae de soldo. Vadit pars: Considerata sinceritate et laudabili dispositione ipsius dominae, quod fiat sibi sicut petit. Videlicet, quod possit emere unum brigantinum in Venetiis et conduci facere eum ad partes Avalonae, pro conservatione et bono ipsius dominae, ut dictum est. Et fiant sibi litterae patentes in forma opportuna, ut ipsa domina tractetur tamquam domina existens sub protectione nostri dominii, ut superius dicitur. Quae litterae

non debeant assignari dominae praedictae nec nunciis suis, nisi prius faceret promissionem dictorum trium hominum pro Culfo. Et comittatur provisori nostro Sr. Pecatio Malipetro et Sr. Leonardo Trevisano, vicecapitaneis Culfi, quibus assignentur literae patentes, quod dictam promissionem debeant acceptare et recipere a domina suprafata. Insuper comittetur capitaneis nostris Culfi, qui erunt per tempora, quod quando erit rediturus Venetias aliquis eorum, debeant deponere illos tres homines in terram in illo abiliori loco, quem peterint, ut redeant domum sive ad partes eorum, quomodo comodius fieri poterit.

Misti del Senato. XL. ch. 158.

CLXI. 1388. Indict. XII. 17. Aprilis.

Кралю Рашковъ дозволява се, да може изнети изъ Млетака вина Малвасіе.

Capta: Quod serenissimo domino regi Rassiae, hoc amicabiliter requirenti concedatur, quod possit facere extrahi de Venetiis et conduci ad partes suas, vinum Monovasiae ad valorem ducatorum ducentorum.

Misti del Senato XL. ch. 112.

CLXII. 1388. 3. Maii.

Дозволява се да посланикъ краля Рашкогъ може прећи на галіи Млетачкой у Славонію.

Capta: Quod unus ambaxator serenissimi domini regis Rassiae, possit levari

super praesentibus galeis Culfi, cum famulis, jocalibus et levibus arnesiis et deponi in Sclavonia.

Misti del Senato XL. ch 113.

CLXIII. 1388. Indict. XII. 29. Aprilis.

Заключено одговорити посланику краля Рашкогъ, зактевајућемъ да Млетчићи пошлю кралю посланике, нека овай пошлѣ свое посланике у Млетке, ако жели што саобштити Млетчићима.

Capta: Cum serenisimus dominus rex Raxiae scripserit nostro dominio rogando cum instantia, quod nobis placeat ad praesentiam suam mittere unum de nostris, ad audiendum ea, quae sua regia majestas dicere vellet. Vadit pars: pro multis bonis respectibus, quod pro modo non mittatur aliquis de nostris ad ipsum dominum regem Raxiae, quia non est neccessarium; quia nos misimus alias ut notum est, et mittendo de novo et redeundo, et iterum remittendo ad ipsum dominum regem, perderetur multum de tempore. Sed si regiae majestati suae placet aliquid dicere nostro dominio, ipse potest mittere ad nos, quia audiemus alacriter et libenter omnia, quae sibi placebit dicere. Et sic respondeatur isti suo ambaxatori, qui est hic.

Secreta Cons. Rogatorum Lib. III. E. ch. 15.

CLXIV. 1389. Indict. XII. 6. Julii.

Одговоръ владе Млетачке на предложеня посланика краля Босанскогъ.

Capta: Quod respondeatur ambaxatori serenissimi domini regis Bosnae, et pri-

mo: ad primam partem, de possendo extrahere de Venetiis seu de aliis partibus per civitatem nostram, libere certa arma sibi necessaria, pro factis suis; quod libenter complaceremus majestati suae in cunctis possibilibus, sed civitas nostra est ita conditionata, datiaque ordines nostri ligati, quod nullo modo hoc facere valemus; et propterea ipse solvendo datia nostri comunis, potest hoc facere ad beneplacitum suum. Uno rogamus suam excellentiam ,quod non gravetur si ipsos nostros ordines infringere non valemus.

Ad aliam partem, de possendo extrahere galeas suas, quas habet in nostro arsenatu, et conducere ad loca sua, respondemus quod de hoc sumus valde contenti; sed ad partem de faciendo eas sociari per galeas nostras Culphy, propter cursores qui sunt intra Culphum, sic dicimus, quod galee nostrae ad praesens non sunt in istis partibus; sed in partibus valde remotis, pro arduis factis nostris, itaque hoc facere non possumus, et propterea rogamus, quod placeat habere nos merito excusatos.

Ad id autem quod ipse ambaxiator dixit de interpositione quam ipse dominus rex offert se facturum inter dominam r e g i n a m M a r g a r i t a m et nos, ac verbis sibi dictis per ambaxatorem ipsius dominae r e g i n a e; respondemus, quod nos et nostrum comune semper optavimus et optamus vivere pacifice

et quiete cum omnibus, et propterea quandocumque nobis aliquid dicetur, de factis ipsius dominae reginae, nos audiemus id, quod nobis dici faciet.

Misti del Senato XLI. ch. 19.

CLXV. 1389. 20. Julii.

Заключено одговорити Ђорђу Срацимиру, господару Улциня, молећемъ да му дозволе држати на мору две оружане галіе, да то за садъ немогу учинити.

Capta: Cum per ambaxiatores domini Georgii Strazimir, domini Dulcigni, sit requisitum ducali dominio ex parte domini praedicti, quod possit tenere armatos in mari et in flumariis suis duos brigantinos, pro securitate suarum partium et flumariarum pro facto salis, Vadit pars: quod respondeatur sibi ad istam partem, quod sicut notum est, nos essemus semper dispositi alacriter complacere dicto domino in cunctis possibilibus, tamquam intimo amico nostri dominii. Sed sicut est manifestum, aliqui brigantini partium Apulee, discurrunt per mare, inferrendo damna multis personis, contra quos nos intendimus penitus procedere et providere superinde. Et ne aliqui alii amici nostri, sub praetextu talis concessionis, si eam faceremus, faciant nobis similes requisitiones, quod cederet in maximum detrimentum multorum, rogamus praedictum dominum, quod placeat habere nos a dicta re-

quisitione merito excusatos, cum hiis et aliis verbis, quae videbuntur.

Misti del Senato XLI. ch. 22.

CLXVI. 1389. 23. Julii.

Заключено послати особитогъ посланика у Цариградъ и къ Турскомъ Султану, кои збогъ смрти Мурата да гледа са наследникомъ овога утврдити уговоре о трговини, постоеће између Млетчића и Турски Султана.

Capta: Quia nos praesentialiter habemus multa agere in imperio Constantinopolitano: tam super facto treuguarum nostrarum, quam super reformatione multarum extorsionum, quae fiunt nostris in imperio praedicto; est etiam habendus respectus ad nova, quae habentur de morte Morati et filii, et de novo dominio alterius filii, et dominatio procuret de habendo nostrum nobilem sufficientum et expertum in dictis partibus, cui bene omnia praedicta comitti possent, et sine expensis nostri comunis. Vadit pars: quod pro utilitate agendorum praedictorum, bono etiam dicti nostri comunis, quod in casu quo dominatio possit adimplere dictam intentionem, de habendo dictam personam, quod fiat ei comissio in hac forma: Videlicet.

Nos Anthonius Venerio, dei gratia dux Venetiarum et cet. comittimus tibi nobili viro Andree Bembo, dilecto civi et fideli nostro et cet.

— — — (слѣдуе о Цариграду и трговини Млетачкой, — — па ниже:)

Capta: Ceterum quia est valde necessarium, providere ad facta Turchiae propter mutationes secutas in illis partibus, comittatur vicebajulo qui erit in Constantinopoli, quod convocare debeat consilium de XII, in quo propositis et examinatis omnibus, quae haberi poterunt de dictis factis, debeant videre et examinare, si erit utile pro factis nostri comunis et mercatorum nostrorum, quod vadat ad praesentiam illius, qui erit in imperio loco Morati, et si deliberabunt quod ire debeat, tunc in bona gratia vadat et se praesentet cum nostris litteris credulitatis, quae ad cautelam fiant in personam amborum filiorum Morati separatae, ut praesentet illam, illius qui dominabitur. Quibus litteris praesentatis, et facta salutatione decenti et oblatione generali, cum illis verbis quae sibi utilia videbuntur, dicere debeat, quod subtus partitam galearum praesentium de Venetiis ad audientiam dominationis nostrae venerat, sed non clare, bellum et novitas, quod fuerat inter magnificum dominum Moratum, qua patrem suum, et comitem Lazarum, de quo diversa dicebantur, quibus fides bene praeberi non poterat. Sed tamen dominatio nostra audiverat de morte ipsius domini Morati, de qua maximam displicentiam habu-

erat, quia semper eum habuimus in singularissimum amicum, et diliximus eum et statum suum. Similiter audivimus de felici creatione sua ad imperium et dominium ipsius patris sui, de quo nos fueramus valde laetati, quia sicut sincere diliximus patrem, ita diligimus, et diligere dispositi sumus filium et suum dominium, et habere ipsum in singularem amicum. Utendo his et aliis verbis pertinentibus et bonis, quae suae sapientiae videbuntur. Et ante suum recessum debeat procurare, de obtinendo omnia illa bona, quae poterit pro franchisiis et libertatibus navigiorum et subditorum nostrorum, ut secure et sine impedimento possint ire ad partes et loca sua, charichare et mercari sicut poterant tempore patris sui et melius, si melius poteris obtinere. Et his factis, accepto honorabili comeatu redeat in Constantinopolim, de omnibus informatus et nobis scribat, quidquid fecerit et habuerit pro nostra informatione. Et in hoc casu eundo ad ipsum filium Morati, possit ipse vicebajulus, ultra salarium vicebajulatus, expendere ducatum unum in die, a die quo recesserit de Constantinopoli donec rediverit.

Et si per ipsum filium Morati fieret mentio de facto Petri Geno, qui ivit cum galea una et insignia nostra ad galeas Morati, debeat dicere et respondere, quod ipse non est sub nostro dominio, ymo est sub alia ju-

risdictione, et si ivit cum nostra insignia, ivit contra nostram intentionem, quia de hoc nihil unquam scivimus, faciendo excusationem cum istis et aliis verbis, sicut sibi videbuntur.

Misti del Senato XLI. ch. 23.

CLXVII. 1389. 29. Julii.

Заключено да посланикъ кои ће ићи къ сину Муратовомъ, може потрошити 300 перпера на дарове, безъ чега бы путъ нѣговъ быо одъ слабе користи.

Quod vicebajulus Constantinopolis, qui per partem pridie captam ire debet ad filium Morati, si deliberabitur per consilium de duodecim, pro bono et utilitate agendorum sibi comissorum, possit expendere usque ad summam yperperorum trecentorum, pro donis faciendis in illis rebus quae videbuntur, quia aliter via sua esset parvae utilitatis sicut omnibus notum est.

(Ambaxator ad filium Morati electus fuit Franciscus Quirino.)

Misti del Senato XLI. ch. 25.

CLXVIII. 1389. Indict. XII. 5. Augusti.

Заключено, дозволити госп. Ђорђу Срацимиру Балшићу, да може наоружати две галіе, да се брани на своимъ рекама и обалама одъ некогъ свогъ слуге, кои се одметнуо и побуніо противъ нѣга.

Capta: Cum ambaxiatores domini Georgii Strazimir de Balsa exposuerint

inter alia ducali dominio ex parte praedicti domini, quod dignaretur concedere, quod ipse dominus posset armari facere duos brigantinos, pro custodia flumariarum et pertinentiarum suarum, et pro resistendo cuidam servitori suo, qui factus est sibi rebellis. Vadit pars: quod pars pridie capta de dando sibi responsionem revocetur et ordinetur et sic respondeatur ambaxiatae praedictae. Quod sumus contenti complacere dicto domino, quod possit armari facere duos brigantinos pro custodia dictarum suarum flumariarum et pertinentiarum et pro resistendo, ut superius dictum est. Intelligendo quod ipse non possit se extendere in mari, nec intromittere in mari aliquid ullo modo. Salvis et reservatis pactis et consvetudinibus, quas ipse dominus Georgius haberet cum civitate Durachii.

Misti del Senato XLI. ch, 26.

CLXIX. 1390. Indict. XIII. 21. Maii.

Султанъ Баязитъ забранюе дирати Млетчиђе зато што су се тужили на Млетчиђе неки Турци Томерци и Кази звани, да су ій они у Криту поарали, єрь су то учинили други люди, са галіе Енецидске.

Del gram signor, et grande armiraio Baisit signor, al mio Zalabi Curbeij. Lo i de voluntade de la mia signoria, che algun Venician non habia alguna briga ne question per casom de queli de Turchi, i qua-

li se vene a lementar avanti a la mia signoria, che e el so nome Thomerci et Chazi, i quali vene a lementarse, como in Crede in lo castello del Sitia jera stado tolto el so haver; la mia signoria si l a examinado, i o trovado, chi diseva buxia, ma jo sapudo che lo legno da Enocidi li prese e tolse el so haver. E de questo non habia algun impazo i Viniziani, e altramente non li sia fato. fo scripto di XXI Mazo Indicione xiij del 6898.

Commemor. VIII. ch. 150.

CLXX. 1390. Indict. XIII. Mense Maii.

Султанъ Баязитъ потврђуе Млетчићима трговачке уговоре, кое су имали са пређашньимъ господарима Азіатскимъ.

Copia literarum missarum dominio per magnificum dominum Bayssit Bey.

Del gram signor et grando armiraio Bayssit signor. Al magnifico fradelo de la mia signoria doxe de Veniexia Anthonio Venier sanitade et saludi asse. Debie saver de qua si e vegnudo el nobel homo Francesco Querini ambaxiator vestro a la mia signoria, ha me dicto vostra scriptura, et vostre parole. E domanda me li pati, li qual vui havevi cum lo signor de la Palatia et signor d' Altoluogo de quel tempo, lo nome so jera Chedir Zelebi, cum suo nevodi. Tuti quali pacti, che vuj havi cum queli, contento

che vui debie haver cum la mia signoria, et che el vegna i Venician de Venięxia, de Crede, Negroponte, Modon et Corom, chadaum che per Venitiani se spaza, se diebia venir in li luogi de la mia signoria, cum lo so haver et mercar, sensa algun dubio et sensa alguna contradicion. E par fermeza de zo, io fato questa scriptura de la mia signoria et per fermeza l' a e scripta del mese di Mazo, Indicione XIII. del millesimo del 6898.

Commemor. VIII. ch. 150.

CLXXI. 1390. Indict. XIII. 21. Maii, in Caraseri.

Султанъ Баязитъ потврђуе Млетчићима трговачке уговоре, кое е заключio съ Турцима ньiовъ посланикъ Антонie Венiеръ.

Del gram signor el grando armiraio Baysit signor, al magnifico et amado fradelo de la mia signoria, doxe de Veniexia Anthonnio Venier sanitade et salude asse. Debia saver la vostra nobilitade, che de qua e vegnudo el nobel homo messer Francesco Querini ambaxiador vostro a la mia signoria, ha me portado scriptura vostra et parole de vostra voluntade, tute le suo parole ho aldide et anchor a tute parole resposta, ch' io li ho dado al dito, ello fara assaver a la vostra nobelitade. El comanda la mia signoria, che d' anchuo in avanti, che in tuto quello mondo, ch' jo signorizo, in Gre-

cia, et in la Turchia, et in lo mar et in terra, che tuti i Veniciani, et chi Veniciani se spaza, cum tuto so haver, ch i possa mercar in li luogi de la mia signoria senza dubio et condracion alguna. E per zo di questo contenta la mia signoria, che li diti pacti e convencion, ch o fati cum lo vostro ambaxiator el nobel homo misser Francesco Querini sie fermi et rati in l' anema mia, et per le teste de mie fioli. Scripta li XXI de Mazo, in Caraseri Indicione XIII del 6898.

Commemor. VIII. ch. 150.

CLXXII. 1390. 8. Julii.

Одговоръ кралю Босанскомъ, да су писма нѣгова пріймали, и да ће по нѣговой жельи Млетачка галія очекивати нѣгове посланике у Шибенику, да ій превезе у Млетке.

Capta: Scribatur domino regi Bossinae in hac forma: Majestatis vestrae litteras datas Seteske XVII. Junii proxime praeteriti, sospitatem atque felices successus serenitatis vestrae fraterno more distinctius nuntiantes, leto corde suscepimus. Quae profecto nobis consolationem maximam attulerunt et gaudium, cum per ipsas litteras etiam per earum latorem noverimus, serenitatem regiam fore incolumem et jocundam, ex quorum notificatione gratiarum actiones exolvimus majestati vestrae, cui placuit de premissis efficere nos fraterne participes. Ceterum

cum in ipsarum litterarum serie cavebatur, quod cum serenitas regia proposuerit ad nos ambaxiatam suam transmittere, placeret nobis quoddam ex nostris navigiis ad partes Sibenici, sive Tragurii vel Spaleti destinare, ut securius praedicta ambaxiata possit ad nostram praesentiam se conferre, praesentibus respondemus, quod dispositi benplacitis regiis sincero affectu dilectionis annuere, mandamus quod unum ex lignis nostris armatis ad partes Sibenici usque VIII. diem Augusti proxime propere se reducat, super quo poterit ambaxiata vestrae majestatis ascendere, Venetias profectura, quam ob intimum ejusdem vestrae serenitatis amorem, illari mente videbimus. Placeat ergo majestati vestrae taliter mandare, quod dicta ambaxiata ad illud tempus se reperiat Sibinici. Nos quidem offerimus lete paratos ad quaeque conformia regiae celsitudinis vestrae, quam conservet altissimus feliciter et longeve.

Et ex nunc captum sit, quod lignum nostrum riperiae Istriae mittatur usque Sibinicum, ad levandum ambaxiatam praedictam et eam Venetias conducere.

Misti del Senato XLI. ch. 92.

CLXXIIII. 1390. Indict. XIII. 30. Augusti.

Одговоръ Млетачке владе на предложеня посланика краля Босанскогъ.

Capta: Quod respondeatur istis ambaxiatoribus domini regis Bossinae de

ambaxiata per eos exposita; et primo: ad primam partem, per quam ipse dominus rex, comunicat nobiscum prosperitates suas tamquam cum carissimis amicis suis et cet. Quod nos regraciamur multum majestati suae de amicabili et fraterna participatione, quam facit nobiscum de exaltatione coronae suae et status sui, de quo nos recipimus laetitiam et consolationem inmensam, propter singularem amorem, quem semper habuimus et habemus ad excelsam domum suam, et quanto prosperitas et exaltationes suae forent majores, tanto nos essemus magis contenti; supplicantes altissimo, ut majestatem suam conservare et augere dignetur, secundum desiderium mentis suae.

Ad aliam partem, per quam ipse significat nobis, quod intentio et dispositio sua est, velle acquirere civitatem Jadrensem, sicut aquisivit alias civitates Dalmatiae, et propterea nos rogat quod debeamus sibi dare auxilium et favorem, ad possendum implere istam suam intentionem et cet. Respondeatur eis, quod sicut majestas sua plene novit, nos sumus in bona pace et benivolentia cum domino rege et corona Hungariae, et in bono amore cum Jadratinis, quam infringere non vellemus, nec possemus nisi cum magno onere nostrae comunitatis et nostri dominii, quod non dubitamus ipse dominus rex nullo modo vellet; et propterea ro-

gamus excellentiam suam, quod si in hoc non condescendimus votis suis, habere nos placeat merito excusatos.

Ad tertiam partem, per quam se offert velle se interponere ad tractandum concordium et pacem et bonum amorem inter dominum regem Ladislaum, filium condam domini regis Karoli, et dominam Margaritam ejus matrem ex una parte, et nos ex altera et cet. Respondeatur ipsis ambaxiatoribus, quod teste deo nos semper sincera mente dileximus serenissimum quondam dominum regem Karolum, nec unquam voluimus potentes habere multas praerogativas et avantagia, aliquid facere vel procurare cum adversariis suis contra statum suum, nec similiter contra statum dictorum suorum filii et uxoris, quae dispositio nostra, excepto quod intervenerit postea aliqua materia scandali et erroris, semper fuit bona et sincera versus eos, eritque in futurum, quare quantum erit in nobis, quandocumque sibi placebit nos dispositos inveniet et paratos ad volendum cum eis vivere pacifice et quiete, ac in bona benivolentia, uti viximus cum domino rege Karolo supradicto.

Ad quartam partem, per quam ipsi ambaxiatores nobis significant, quod dominus rex praedictus est contracturus parentelam cum domino duce Austriae, et licet sciat, quod inter ipsum et nos sit sincerus

amor, tamen se offert procurare et facere, quod dictus amor et caritas de bono in melius augebitur. Respondeatur ipsis ambaxiatoribus: quod nos volumus esse manifestum excelentiae regiae, quod nostra comunitas semper conjuncta fuit singulari benivolentia et amore cum excelsa domo Austriae, et ad praesens notanter est cum domino duce Alberto. Sed si deo placebit, quod istud matrimonium compleatur, nos recipiemus tantam consolationem, quantam recipere valeremus, quia unitis ad invicem duabus amicitiis nostris ita perfectis, certi reddimur, quod ntriusque partis amor augebitur versus nos, si augeri poterit, et nos etiam majorem causam habebimus, conservandi amorem et benivolentiam utriusque. Refferentes infinitas grates excellentiae regiae, quia ita vigilat ad honores et comoda nostra, ad eaque procuranda ita offert liberaliter se paratam.

Ad ultimam vero partem, quam ipsi ambaxiatores exposuerunt, per quam videntur innuere et requirere ligam generalem; videlicet quod amici unius partis, sint amici alterius et inimici inimici, et cet. Respondeatur ipsis ambaxatoribus: quod sicut domino regi et toti mundo notissimum est, civitas nostra est taliter situata et fundata, quod ex solo exercitio mercaturae alitur et nutritur. Unde praedecessores nostri vigilantes ad conservationem dictae nostrae civitatis, procuraverunt

habere certa pacta et conventiones cum omnibus, ad quae pacta partes obligatae sunt, ita quod nullo modo ad istam ligam attendere valeremus, quia posset nimium praejudicium nostro statui generare; et propterea rogamus ipsum dominum regem, quatenus nos habere velit excusatos. Reddat tamen se certissimum, quod terras et subditos suos nos sem per habebimus ut nostros proprios, benigne et favorabiliter recommissos; rogantes ut versa vice terrae et subditi nostri recomissi sint majestati suae.

Secreti Rogatorum. Liber III. E. ch. 59.

CLXXIV. 1392. Indict. I. 7. Octobris.

Како се чуе да е Ђорђе Срацимиръ Балшићъ заробљѣнъ одъ Султана Баязита, кои ʼзактева одъ нѣга, да му преда свою землю и градове, заключено е наложити капетану Кулфа, да иде къ нѣговой супрузи, и да ю храбри и одвраћа одъ тога предаваня землѣ свое, и ако она буде искала помоћь, да іой обећа.

Capta: Cum propter nova quae habentur multis modis et viis, de retentione domini Dulcigni et cujusdam consanguinei sui, facta per Baysith Turchum, et de conventionibus factis inter dictum Turchum et dictos dominos; videlicet: de dando et ponendo Dulcignum et Scutari ac alia loca sua, sub potentia et dominio dicti Baysith, pro libertatione et relaxatione eorum. Omnino sit providendum super

hoc. Vadit pars: considerato quantum redundaret in praejudicium et damnum statui nostro et nostris navigiis, euntibus et redeuntibus per Culphum, si dicta loca pervenirent ad manus et sub potentia Turchorum. Quod mandetur capitaneo nostro Culphi, quod quam cicius poterit debeat ire Dulcignum et omnino det sibi operam, de essendo in colloquio cum dicta domina, et ostendendo dicere a se, et se movere sine aliqua conscientia nostra, dicat quod juxta requisitionem magnificentiae suae, licet usque tunc fuerit pro multis aliis negotiis nostri dominii valde impeditus, non potuit cicius ire ad praesentiam suam. Sed providit ad eam mittere virum nobilem Sr. Nicolaum Belegno, tunc vicecapitaneum, cum quo ipsa poterat omnia conferre, tamquam cum ipsomet, quem ipse sensit decessisse, antequam aplicuerit Venetias; itaque dictum colloqium non potuit habere aliquem effectum, nec de ipso nostrum dominium potuit informatum fuisse. Propterea quod et quia sensit, virum suum dominum Georgium Strazimir et quemdam ejus consangvineum retentos fuisse a Baysith bey, et ipsos cum eodem convenisse et pactum fecisse, pro eorum libertatione, de dando et ponendo loca sua sub potentia et dominio ipsius Turchi; accessit ad eam ad hortandum et svadendum, quod sit constans et fortis ad manutenendum et conservandum ter-

ras et loca sua, ne perveniant ad manus Turchorum, quia si pervenerint, esset totalis destructio status sui et suorum filiorum; et etiam ivit ad praesentiam suam pro audiendo, quid sibi velit dicere, prout eum requiri fecit. Audiendo prius omnia quae ipsi dicere volet, et in casu quo dictus capitaneus requireretur a dicta domina, de subventione ballistariorum, et per verba dictae dominae et conditionem illarum partium, videret quod dicta loca subjacerent illi periculo quod dicitur, debeat dictus capitaneus ostendendo dicere pur a se, offere et dare dictae dominae si voluerit, viginti usque triginta ballistarios nostros, ad expensas dictae dominae, pro custodia illius vel illorum suorum locorum, pro quo vel quibus dicto capitaneo videbitur ipsos ballistarios fore magis necessarios. Si vero dicta domina non requireret capitaneum de dicta subventione, tunc capitaneus non faciat dictam oblationem. Sed in omni casu informet se plenariae, de intentione et voluntate dictae dominae, et cum praedictis verbis et aliis oblationibus generalibus, quae dicto capitaneo videbuntur, procuret ut supradictum est, taliter hortari dictam dominam, quod sit constans ad substinendum se et loca sua, ac habeat et capiat bonam et confidentem spem in nostro dominio.

Misti del' Senato XLII ch. 82.

CLXXV. 1392. Indict. XV. 8. Martii.

Налаже се капетану Кулфа, да одъ господара Драчкогъ, подъ условіяма изложенимъ, гледа добити градъ Драчъ у Млетачке руке, како да непадне у руке Турцима

Capta: Cum civitas Durachii, ad cujus conservationem tanto tempore vigilavimus cum tot laboribus et, expensis, subiaceat manifesto periculo perveniendi nunc magis quam numquam, ad manus infidelium Turchorum, nisi salubriter bene et prestó provideatur; quod si ocurreret, quod Deus avertat, quantum cederet in damnum et dedecus totius christianitatis, et damnum et incaricum praesertim nostri Communis, sub cujus vexillo civitas illa hucusque dici potest, fore protecta et protegi, imo ut verius loquatur, ascriberetur nobis in maximum peccatum, permittendo tot animas christianas effici infideles, nam scimus quod huic inconvenienti possumus obviare.

Vadit pars: pro evitando hoc et pro bono nostro, quod mandetur capitaneo nostro Culphi, qui cum erit in partibus illis, debeat primo se plenarie informare, a consule civibus et amicis nostris de inde, de conditionibus dicti domini et dicti loci, qua informatione habita, debeat ire ad praesentiam dicti domini cum nostris litteris credulitatis, cui facta salutatione et visitatione decenti, pro parte nostra, cum verbis

tantum amicabilibus et benevolis, quantum poterit, debeat exponere.

Quod Deus novit, et suae magnificentiae patenter et ab experto constare debet, quod propter sinceram caritatem et dilectionem, quam continuo gessimus et gerimus, ac perpetuo gerere intendimus suae magnitudini, statui suo et civitati suae Durachii, ad honorem suum, ne dicta civitas perveniat ad manus infidelium Turchorum. Cognovimusque expresse bonam et oportunam voluntatem suae magnitudinis erga nostrum dominium, et fuisse et esse vigilem et attentam ad conservationem suam et dictae civitatis suae, que quidem nostra et suae magnitudinis intentiones et optime voluntates apparuerint hinc inde operis per effectum; nam nos et sua magnificentia fuimus contenti, quod turris illa custodiretur per nostros et staret fulcita nostris expensis, quae vere usque nunc fuit conservatio dictae civitatis et obstaculum intentioni Turchorum, sed considerantes conditionem suam et illarum partium, et quod Turchi non cessant procurare de habendo dominium dictae civitatis per omnem viam et modum, et impotentia suae magnificentiae et stimulo ac damno, quod continuo patiuntur subditi sui, tenemus pro constanti, quod dicta civitas omnino perveniet ad manus Turchorum, nisi apponatur unum solum salubre remedi-

um, cum omnia alia nihil prodessent in hoc facto; quod solum salubre remedium est; et sic rogamus magnitudinem suam precibus amplioribus quibus possumus, quae pro bono christianitatis et conservatione sui et dictae civitatis placeat et velit assentire.

Quod castrum Duratii fulciatur et custodiatur nostris expensis, sicut fit illa turris, ad honorem suum et status sui, et se reducat ad habitandum in civitate cum familia sua, habendo regimen et gubernationem ac introitus, et faciat justitiam, et sit dominus ut est ad praesens, concludendo quod faciendo magnificentiam suam hoc, nunc cognoscetur per effectum bona intentio sua, quam semper asseruit et ostendit se habere, erga christianitatem et specialiter ad nostrum dominium. Et cum de his verbis et rationibus et aliis quae dicto capitaneo apparebunt circa hoc, inducere dictum dominum ad praedicta, pro obtinendo dictam intentionem nostram; quam si obtinere poterit, subito et sine mora debeat fulcire dictum castrum balisstariis et omnibus aliis necessariis, ut melius poterit et sibi videbitur, et committere illis, quos deputabit ad dictam custodiam, quod custodiant dictum castrum taliter, quod nulla alia persona habeat potentiam in ipso, nisi nostrum dominium, faciendo tamen in nocte et in die et quolibet ser-

mone eorum clamari custodias sub nomine et ad honorem praefati domini.

Verum si dicto capitaneo videretur, quod dictus dominus esset difficilis, aut durus in condescendendo nostrae intentioni praedictae, vel etiam faceret aliquam excusationem circa hoc, tunc pro obtinenda dicta nostra intentione habeat libertatem dominus capitaneus noster, promittendi de provisione annuali inter dominum dicti loci et illos cives de inde, ac alios qui ei videbuntur, usque ad summam ducatorum quingentorum et minus, si cum paucioribus facere poterit, ultra tamen alias provisiones, quas nostrum comune dat ad praesens illis de inde, que remaneant firmae.

Quando vero facta omni experientia possibili, dictus capitaneus non poterit obtinere dictam nostram intentionem ullo dictorum modorum, et videretur dicto capitaneo et supracomitis, qui cum dicto capitaneo se reperirent ibidem pro tempore, vel majori parti eorum, et dictus locus esset pro veniendo ad manus Turchorum, tunc debeat dominus capitaneus supradictus per omnem modum et viam, quae videretur dicto capitaneo et supracomitis, qui ibidem secum se reperirent per tempora, aut majori parti eorum, procurare et facere, quod dictum castrum sit in potestate nostra, et perveniat ad manus et sub custodia nostra, fulciendo et faci-

nostrum cum suis filiis et heredibus, perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis immunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Georgius, ejusque filii et heredes in Venetiis et extra, perpetuo gaudeant et utantur, idemque dominus Georgius per suum procuratorem legitimum, nobis fidelitatis prestitit debitum juramentum; in cujus rei fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, die decimo mensis Marcii; indictione quindecima.

Liber privilegiorum I. ch. 100.

CLXXVII. 1392. Indict. I. 30. Novembris.

Привилегія за грађанство Млетачко Радића Црное, господара Зенте, Будве и др.

Privilegium magnifici domini Radiç de Çernue, domini Zente, Budve et c. partium Sclavoniae; de gratia intus et extra, cum suis filiis et heredibus.

Anthonius Venerio dei gratia dux Venetiarum et c. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consvevit personas honorabiles et magnificas, sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis fidei puritatem et devotionis plenitudinem, quam magnificus et potens vir, dominus Radiz de Çernue, dominus Zente et Budve et cet. intimus amicus noster, ad nostrae magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis, nos, ducatum nostrum et singulares personas ducatus ejusdem tangentibus, promptum et devotum laudabili-

ter et incessanter se prebuit atque prebet; supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, prefatum magnificum dominum Radiç, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Radiç ejusque filii et heredes, in Venetiis et extra, perpetue gaudeant et utantur, idemque dominus Radiç, per suum procuratorem legitimum, nobis fidelitatis prestitit debitum juramentum, in cujus rei fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, mensis Novembris die ultimo, indictione prima.

Liber Privilegiorum I. ch 104.

CLXXVIII. 1393. Indict. I. 29 Aprilis.

Одговоръ кнезу Іовану бану Далмаціе, на нѣгово предложенѣ, да ће посредовати у заключенію савеза између Млетака и краля Унгаріе, и на захтеванѣ, да му Млетчићи даду три галіе противъ Задрана.

Capta: Quod respondeatur ad istam ambaxiatam nobis expositam per ambasiatores magnifici domini comitis Johannis; et primo: ad primam partem de liga tractanda cum domino rege Hungariae contra Turchos, ad quam offert se interponere inter ipsum dominum regem et nos, in casu quo nobis placeat attendere ad illam, non dubitans, quod dominus rex erit contentus mittere suam ambasiatam ad tractandum illa, et cet. Quod nos clare et manifeste cognoscimus, quod motio verborum istius tractatus ligae, quam facit magnificus dominus comes praedictus, procedit a sincero amore et tenera caritate, quam semper portavit et portat nobis et nostro dominio, et similiter a solito fervore, quem habuit et habet ad conservationem honoris et status regni et coronae Hungariae, de adversitatibus et persecutionibus cujus regni, teste deo nos gravit et gravat immense. Sed sicut magnificentia sua, cui patent ut nobis omnia quae fecimus et operati sumus pro augmento et conservatione illius regni, plene novit, inter ipsum dominum regem et coronam Hungariae, et nos nostrumque commune, viget ita bonus amor et

sincera dilectio, quod et propter istam causam et plures alias rationabiles et honestas, non videtur nobis necessarium intrare ad tractatum ligae. Sed si ipsi domino regi pro conservatione regni sui forent aliqua necessaria, quae per nos fieri possent, nos quocieacunque fuerimus requisiti, parati inveniemur ad complacendum suae majestati, faciendo versus nos de rebus justis rationabilibus et honestis. Regratiantes immense ipsi domino comiti de bona dispositione, quam omni die evidentius habere cognoscimus magnitudinem suam ad honores et beneplacita nostra, ad cujus quoque grata sumus vice versa prompta mente dispositi.

Ad alteram partem de tribus galeis, quas ipse dominus comes requirit a nobis pro damnificando Jadratinos, ut sint obedientes domini regi et coronae Hungariae, ac sibi tamquam bano Dalmatiae et cet. Respondeatur, quod nos sumus satis certi, quod dominus comes non dubitat, quod nos libenter complaceremus magnificentiae suae, de cunctis nobis possibilibus cum nostro honore. Sed in veritate istud foret cum nimio onere nostri dominii, et contra id quod quaerimus et quaesivimus tota die; scilicet vivere in pace et benivolentia cum omnibus et praecipue cum circavicinis nostris, nam non est dubium, quod si daremus dictae suae magnificentiae galeas praedictas, Jadratini possent juste et rationabili-

ter gravari de nobis; et propterea rogamus, quod istis consideratis et aliis, quae dici necessaria non sunt, habere nos placeat merito excusatos.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 81.

CLXXIX. 1393. 27. Junii.

Одговоръ на предложенѣ посланика бана Іована, о савозу Млетчиħа са кралѣмъ Венцеславомъ.

Capta: Quod fiat responsio ad ambasia. tam nobis expositam per hunc fratrem minorem, pro parte Johannis Bani, nostri amici carissimi, per quam ipse nos requirit de liga cum rege Vencislao et aliquibus baronibus regni Hungariae, offerendo facere venire litteras opportunas, et dicendo, quod attendentibus nobis ad dictam ligam, erunt dispositi de faciendo de rebus nobis gratis et cet- Quod rei veritas est, quod nos sumus amici domini regis Sigismundi et similiter domini Venceslay, et per dei gratiam sumus in pace et bona benivolentia cum omnibus, itaque non faceret pro nobis nec pro statu nostro, attendere ad ea, de quibus nos requirit, quia ex ipsis comuniter pervenitur ad guerras; salvo et reservato, si notabilis causa nos moveret.

Alii volunt: Quod respondeatur ad istam ambasiatam: quod plene audivimus et inteleximus omnia, quae nobis dixit et quae ostendere voluit iste frater minor pro parte domini Johannis Bani, quem in rei ve-

ritate habemus et tenemus in amicum nostrum praecipuum; sed sicut sapientia sua plena videre et sentire potest, totus mundus ad praesens est in magno motu et diversis anfractibus, quibus consideratis non videtur nobis aliquid respondere super hoc.

Alii volunt: Quod respondeatur ad ambasiatam quam nobis portavit iste frater minor, pro parte Johani bani in istis paucis verbis, quod nos bene et diligentur intelleximus ea, quae nobis dicendo mittit ipse Johannes banus, amicus noster carissimus, et propterea ipse potest redire ad eum, et sibi dicere parte nostra: quod cum domino rege et regina Hungariae, ac illo regno nos sumus convincti singulari benivolentia et amore; similiter habemus et tenemus reginam Margaritam et ejus natum dominum Vencislaum in caros et singulares amicos nostros, sed quia nos videmus ea, quae nobis dicit fore multum nuda, non apparet nobis de faciendo sibi aliam responsionem.

Alii volunt: Quod respondeatur isti fratri minori, quod intelleximus diligenter ea quae nobis exposuit, quibus intellectis rogamus Johanem banum, carissimum amicum nostrum, quod non displiceat sibi, si propter aliquas justas et rationabiles causas, pro praesenti non facimus sibi aliquam responsionem.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 81.

CLXXX. 1393. Indict. I. 13. Julii.

Привилегія на грађанство Млетачко воïводе Босанског Хрвое, и брата му бана Вука.

Privilegium magnifici domini Cheruoye voyvode Bossinensis, cum suis heredibus, gratie de intus et extra.

Anthonius Venerio dei gratia dux Venetiarum. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam praesentibus quam futuris praesens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consvevit personas egregias et honorabiles, sibi amicabiles et devotas honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsorum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatiu nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis benevolentiae puritatem et devotionis plenitudinem, quam egregius ac magnificus vir, dominus Cheruoye voyvoda, filius condam voyvode Bossinensis, ad nostrae magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus promptum et devotum laudabiliter et incessanter se prebuit atque prebet, supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, praefatum magnificum do-

minum Chervoyam voyvodam, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, immunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus dominus Cheruoye voyvoda cum suis heredibus in Venetiis et extra perpetuo gaudeat et utatur; nobis quoque prefatus dominus Cheruoye voyvoda per suum procuratorem legitimum soleniter ad sancta dei evangelia prestitit fidelitatis debitum juramentum. In cujus rei fidem et evidentiam pleniorem, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo tertio; mensis Julii die tertio decimo, indictione prima.

Simile privilegium factum fuit de verbo ad verbum, egregio et magnifico viro, domino Volcho bano, filio con-

dam voyvode Bossinensis, fratri suprascripti domini Cheruoye.

Liber Privilegiorum I-mus charta 107.

CLXXXI. 1393. Indict. II. 3. Februarii.

Одговоръ епископу Скадарскомъ, посланику господара Улцинскогъ, на предложенѣ да жели предати Скадаръ Млетчићима.

Capta: Cum jam multis diebus comparuerit ad praesentiam dominii reverendus pater dominus episcopus Scutarensis, tamquam ambaxiator domini Dulcigni, offerens dare nobis nomine dicti domini locum Scutari et aliqua alia sua loca infra terram, volentibus nobis providere de eo secundum quod erit rationabile atque justum; ac requirens superinde nostram responsionem, vadit pars: considerato quod dicta loca non sint ad marinam, ymo valde remota, et forent potuis damnosa nobis quam utilia, considerato etiam, quod dictus locus Scutari praesentialiter est in manibus Turchorum, ita quod male sine scandalo intromitti posset, et quampluribus aliis rationibus, quod cum istis et aliis utilibus et bonis verbis et rationibus, quae dominio videbuntur, fiat responsio ipsi domino episcopo, lutanando se a facto, pro utilitate agendorum nostrorum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 91.

CLXXXII. 1393. 18. Aprilis.

Заключено да кнезъ Никета може градити о своиъ трошку тврдиню на брегу кодъ Лемеліа.

Capta: Quod comes Nicheta possit construi facere ad caput de Lemelie, omnibus suis expensis, unum castrum, quod custodire debeat ad honorem dominationis nostrae et cet.

Misti del Senato. XLII. ch. 108.

CLXXXIII. 1393. 20. Aprilis.

Уговоръ са господаромъ Зенте Радићомъ Црноевићъ, о предав тврдинѣ Лешке кодъ Драча.

Capta: Quum tempore quo provisores nostri steterunt in Durachio, facta et firmata sint certa pacta cum quodam barone de partibus Zentae, qui vocatur Radize Cernoje, qui tenebat et tenet castrum de Leexio, et sicut patet per praedicta pacta, firmata et ratificata per provisores nostros et ipsum dominum seu ambassatores suos, praedictum castrum cum toto suo territorio et villis, debet pervenire in manibus nostrae dominationis, cum pleno dominio quam castri tam territorii, et ex certa oppositione ipsi domino missa longissima adscribendum, prout isti consilio divulgabitur, conclusio in facto praedicto non exstiterit, et quum castrum sit positum super forum salis, qui mittitur Sclavoniam, et est oculus dexter Durachii, sine ipso nihil dici po-

test valere Durachium, et secum Durachium omnes passus mercatorum habebit, quae mittuntur Sclavoniam et exinde conducuntur, et per ipsum locum totus sal Durachii et aliunde dispensatur et cet.

Misti del Senato. XLII. ch. 109.

CLXXXIV. 1393. 6. Maii.

Заключено дати Курсаћу, мужу Воиславе сестре Ђорђа Топіа, половину доходка, кои є уживао покойный Ђорђе, и сврхъ тога 100 дуката на даръ.

Capta: Cum per provisores nostros existentes in Durachio provisum fuerit de quodam Cursacho, marito domine Voisclavae, sororis condam domini Georgii, quod de omnibus utilitatibus, quae perveniebant ipsi condam domino Georgio ex possesionibus suis, ipse haberet medietatem pro usu et substentatione sua et familiae suae, considerato, quod in maxima paupertate deductus est et multum est obediens omnibus mandatis nostri dominii. Vadit pars: postquam de aliis nobilibus provisum est, quod dictus Cursacho gaudere debeat medietate omnium redituum et proventuum spectantium et pertinentium condam ipsi domino Georgio, et hoc ad beneplacitum dominationis nostrae; et ultra, quod pro dono sibi dentur ducati centum auri, cum quibus poterit suis maximis necessitatibus obstare.

Misti del Senato. XLII. ch. 109.

CLXXXV. 1393. Indict. I. 26. Junii.

Одговоръ посланику госпов Авлонске на нека предложеня.

Capta: Quod respondeatur ad ambasiatam nobis factam pro parte dominae Avalonae, et primo:

Ad primam partem: in qua ipse facit mentionem, quod domina sua praedicta est disposita, observare et dare nobis seu ponere super nostris galeis Culphi, illos homines quos dare nobis promisit omni anno pro Turri del Prego et pro Sasno, exibitis sibi per nos et cet. Quod dispositio suae dominae supradicta est justa et rationabilis, quia debitum est servare promissa, et maxime recipientibus personis, et habentibus causam propter quam, sicut ipsa habet, quia bene novit, quanto placibiliter et liberaliter complacuimus sibi de dicta turri, et non dubitamus, quod ut promittit et tenetur, inviolabiliter observabit, tam pro satisfaciendo debito suo, quam ut habeamus causam, sicut intentio nostra est, conservandi secum benevolentiam et amorem.

Ad alteram partem continentem, quod ipsa domina est disposita dare nobis castrum suum Avalonae, in casu quo velimus facere versus eam de rebus rationabilibus et honestis et cet. respondeatur eidem, quod teste deo nos sumus satis avidi, quod quicunque et specialiter amici nostri, qua-

lem eam tenemus, steat in dominiis et regiminibus suis, et potius possideant et gubernent loca sua, quam nos; et propterea nos regratiamur satis magnificentiae suae de bona sua intentione et dispositione; rogando eam instanter, quod placeat regere et gubernare castra sua, sicut hucusque fecit, et si propter hoc forent sibi necessarii de ballistariis nostris, nos sumus contenti et sic sibi offerimus, quod pro sua pecunia possit soldari et accipere de terris nostris, usque ad numerum de vigintiquinque, cum quibus attendat ad custodiam et conservationem locorum suorum predictorum, et si hoc acceptabit, scribatur nostris rectoribus, quod sic debeant observare.

Ad tertiam partem de facto Constantini, continentem quod ipse est dispositus munire quinque vel sex de locis suis bene et sufficienter de omnibus pro quatvor annis, et recedere ac se reducere ad habitandum in Nigroponte vel in Corfoy cum uxore, familia et rebus suis, et quod propterea nobis placeat hoc sibi concedere et cet.

Respondeatur: quod in his quae honeste et habiliter possemus, complaceremus libenter dicto domino Constantino, sed nos non videmus bene modum, quod in illis locis istud facere possemus, nihilominus si placeret sibi se reducere ad civitatem nostram Venetiarum, hoc satis placeret no-

bis, et honoraremus personam suam in cunctis nobis possibilibus, tamquam amicum nostrum carissimum, et secundum quod deceret magnitudinem suam.

Secret. Consil. Rogat. Lib. III.
seu E. ch. 81.

CLXXXVI. 1393. Indict. II. 11. Septembris.

Заповесть вицекапетану Кулфа, да недира у посланика Турскогъ Султана Баязита, кои иде моремъ у Апульску кралю Венцеславу.

Capta: Quod scribatur sr. Francisco Bembo vicecapitaneo Culphi in hac forma. Inteleximus litteras vestras quas misistis nobis, datas supra Spalatum 28. mensis Augusti, in quibus inter alia fit mentio, qualiter ille Nicolaus de Tragurio vobis dixit, quod habet in mandatis a domino suo, de faciendo poni cum uno brigentino, unum Turchum in Apuleam, qui est ambasiator domini Basaiti et vadit ad dominum regem Vencislaum, pro complemento nuptiarum, tractatarum inter ipsum dominum regem et filiam dicti Basaiti; et quod vos estis dispositus ire ad apostandum eum in aquis Manfredoniae, quia habetis quod debeat illuc capitare, et si casus dabit, quod veniat in manus vestras, reddere sibi meritum, pro suis bonis operibus. Unde consideratis omnibus quae consideranda sunt, super ipsa intentione vestra, et maxime quod dic-

tus Turchus ambaxator non vadit in cursum, nec pro aliqua alia, quantum ad nos, causa inhonesta, fidelitati vestrae cum nostris consiliis scribimus et mandamus, quod in casu quo veniret in manus vestras, eundo vel redeundo, vos non debeatis ei nec suis in personis vel rebus, nec dicto brigentino aliquam injuriam vel violentiam facere, sed debeatis ipsum honorare cum illis verbis et per illum modum, qui vestrae sapientiae videbitur, ita quod habeat causam laudandi nos, dominium nostrum et vos, gerendo vos taliter in executione istius nostri mandati, quod possitis apud nos de bona observantia comendari.

Misti del Senato XLII. ch. 129.

CLXXXVII. 1393. 26. Septembris.

Одговоръ Вуку Бранковићу на нѣгово захтеванѣ, да му се врате драгоценне ствари, кое су быле миразъ нѣгове сестре, удате за Ђорђа Топiю.

Capta. Quod respondeatur magnifico domino Volcho de Branchò, intimo amico nostri dominii, quod intellectis litteris suis nos instantissime deprecantibus, quatenus nobis placeat sibi facere consignari res, existentes in manibus castelani nostri Durachii, quae fuerunt datae condam domino Georgio Thobie, pro dote sororis suae; quod scripsimus superinde et dedimus in mandatis praefato nostro bajulo et capitaneo Durachii, quod faci-

endo magnificentia sua erga nostrum dominium et subditos et fideles nostros de rebus rationabilibus et honestis, quod ipse noster bajulus faciet, quod ipsa sua magnificentia habebit se merito contentari. Capitaneo vero nostro praedicto mandetur, quod cum illis sapientibus, bonis et dextris modis, qui suae sapientiae videbuntur, debeat procurare cum domino Volche, quod ipse sit contentus, quod itinera currant et stent apperta et quod cives, mercatores et fideles nostri tractentur in locis et terris suis dulciter et benigne, et quod eis confirmentur solitae libertates et franchisiae, et meliores si poterit obtinere, faciendo quod de praedictis appareat scriptura in bona forma; quibus sic pactis et in eis conclusis, debeat idem noster bajulus Durachii consignare facere unam coronam auream et paria quatvor cercellorum perlarum, existentes apud castellanum nostrum Durachii praedictum, quae fuerunt praefatae dominae, cui praedictae res spectant de jure.

Misti del Senato XLII. ch. 131.

CLXXXVIII. 1394. 2. Februarii, Sutiscae.

Писмо краля Босанскогъ Стефана Дабише, Дужду Млетачкомъ Антонію Венеріо, коимъ му препоручуе некогъ свештеника Михаила, своrъ човека.

Copia literarum missarum ducali dominio per dominum regem Bosine.

Excellentissime frater carissime. Quia jam dudum, sicut recolimus alias excelentiae vestrae scripsisse, commisimus egregio viro domino G e o r g i o p r o t o v e s t i a r i o n o s t r o, dilecto sibi noto, quod d e g a l e i s n o s t r i s istic Venetiis apud vos existentibus, sicut scitis, vice nostra ordinare disponereque deberet et posset, prout videretur et placeret eidem, ex tunc nos ratum et gratum habere, quidquid super inde faceret, promittendo. Et nunc ipse comissionem nostram hujusmodi sibi factam, licet alias eam prius fecerit, sicut refert nobili viro Marino de Caboga honorabili civi et factori Ragusino, istic idem Venetiis, ut nostis tunc et nunc etiam existenti; venerabilem virum dominum Michaelem Dominici presbyterum Ragusinum capellanum suum, exebitorem scilicet harum, istuc idem ad vos mittit specialiter exequutum. Igitur ipsum ipsi excellentie vestre recomendamus attente requirentes eamdem, eum in sibi commissis per ipsum fraternitati vestre oretenus exponendis, nostri consideratione recommendatum habere, et dirigere, et sibi demum favorabiliter assistere dignemini in eisdem, sic quod vestro mediante favore, finem exinde celerem et optatum, sicut de dicta fraternitate vestra confidimus, consequi valeamus, factura nobis in eo complacentiam specialem, adscribendam inter specialia beneplacita nostra. Et tandem vice versa, vobis et vestris in omnibus vobis gratis, libenter et libere re-

pendendam, prout idem dominus Michael de omnibus excelentiam informabit eamdem, cui que circa hec referet ei, viva voce nostrique vice, credulam fidem placeat adhibere. Data in nostra aula Suthiste, die secunda men sis Februarii, anno MCCCLXXXXIIII.

Stephanus Dabischa dei gratia Rasie Bosne Maritimeque etc. rex.

A tergo: Excelentissimo fratri nostro carissimo, domino Anthonio Venerio, Dei gratia duci Venetiarum.

Comemoriale VIII. ch. 189.

CLXXXIX. 1394. Indict. II. 9. Aprilis.

Привилегія на грађанство Млетачко Вуку Бранковићу, господару Рашкомъ и Славонскомъ.

Privilegium magnifici domini Volchi de Brancho, cum suis filiis heredibus, gratie de extra.

Anthonius Venerio Dei gratia dux Venetiarum. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consvevit personas magnificas et illustres, sibi amicabiles et devotas honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro devotiores, fide

et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis benevolentiae puritatem et devotionis plenitudinem, quam magnificus ac potens dominus Volchus de Brancho, dominus Rassie, Slavonie et cet. carissimus et intimus amicus nostri dominii, ad nostrae magnitudinis excelentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus ejusdem tangentibus, promptum et devotum laudabiliter et incessanter se prebuit atque prebet. Supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, eum nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus, perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, immunitatibus, et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus dominus Volchus de Brancho cum suis filiis et heredibus in Venetiis et extra perpetuo gaudeat et utatur; prefatus quoque dominus Volchus per

nuntium suum legitimum, soleniter ad sancta dei euangelia, prestitit fidelitatis debitum juramentum. In cuius rei fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra plumbea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, mensis Aprilis die nono, inditione secunda.

Liber privilegiorum I. charta 111.

CXC. 1394. Indict. II. 16. Julii.

Заключено, по молби посланика Драчки, потврдити обштини Драчкой уговорену са господаромъ Ђорђемъ Топіомъ привилегію, у коіой се Млетчићи обвезую, да ћеду одржати уставе и законе града Драча.

Capta: Insuper quia dicti ambasiatores suplicant nostro dominio, quod dignemur dictae comunitati Durachii facere litteras nostras patentes, in quibus contineatur illud capitulum, quod insertum est in privilegio alias dato domino suo, condam domino Georgio Topiae, continens quod dominatio nostra debeat servare statuta et ordines dictae civitatis Durachii, Vadit pars, cum ita sit ut dicti fideles nostri suplicant, quod fiant eis dictae nostrae litterae, in quibus sit insertum capitulum sprascriptum, ut ex hoc videant benignitatem nostri dominii et ut magis fideles reddantur nostro dominio antedicto.

Misti del Senato XLIII. ch. 16.

CXCI. 1394. Indict. II. 16. Julii.

Заключено дозволити госпођи Воиславн, сестри покойногъ господара Драчкогъ Ђорђа Топіе, да се може удати за Прегона Дукагина.

Capta: Quia pridie quando captum fuit in hoc consilio, quod domina Voyasclava, soror condam domini Georgii Topiae domini Durachii, deberet habere provisionem quam dabamus marito suo et sibi, cum conditione quod in casu quo vellet se maritare, accipere deberet personam, quae foret dominio nostro grata, et nunc ipsa scribat, quod optat se copulare Pregono Duchayno, qui est unus ex illis nobilibus, qui pridie fuerunt ad nostram praesentiam, in casu quo de beneplacito nostro sit. Vadit pars, quod rescribatur baiulo et capitaneo nostro Durachii, quod dicere debeat parte nostra dominae antedictae et similiter ipsi Pregono, qui etiam nobis scripsit, quod sumus contenti, postquam ita sibi placet, quod simul in bona gratia complere debeant matrimonium antedictum.

Misti del Senato XLIII ch. 16.

CXCII. 1394. Indict. II. 24. Julii.

Заключено, одвраћати Императора Константинопольскогъ, да неоставля свою државу и престолный градъ, и да небежи у Млетке, као што намерава, и тѣшити га, да ће добити одъ христіянскы' владаоца скору помоћь противъ Турака.

Capta. Quia ut habitum est per litteras

vicebaiuli et consiliariorum nostrorum Constantinopolis, dominus Imperator post recessum viri nobilis Ser Bertuccii Quirino, videtur multum affectare de habendo responsionem nostram ad illa duo, quae per eundem nobis misit dicenda, scilicet de facto possendi levari super nostris galeis vel aliis navigiis nostris, et conduci Venetias cum securitate, et de facto insulae Staliminis, ita quod rationabiliter differi non potest, quando detur sibi responsio per istas nostras galeas.

Vadit pars: quod scribatur ipsi nostro vicebaiulo et consiliaris, quod nos plene intelleximus ea, quae ipse Ser Bertutius nobis retulit super dictis duabus partibus pro parte ipsius domini imperatoris; et propterea volumus et mandamus eis, cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quod captato tempore habili et condecenti, ipse noster vicebajulus compareat ad presentiam ipsius domini imperatoris, et sibi soli si poterit responsum praebeat parte nostra, quod nos non parvam displicentiam sensimus de hiis, quae nobis sua maiestas notificare voluit per Ser Bertucium antedictum, scilicet de termino et conditionibus in quibus se reperit imperium suum, tam propter singularem et intrinsecam caritatem, quam portamus maiestati suae praedictae, quam propter reverentiam colentium nomen Dei; et licet ad praesens non reperiat se in illo bono termino in quo op-

taremus, tamen omnibus consideratis, et praecipue quomodo partes Basaiti molestantur ad praesens ab imperatore Tartarorum, non videtur nobis, quod serenitas sua habeat taliter dubitare, quod pro aliqua conditione mundi debeat cogitare de volendo se absentare a sede sua, nam manifeste cognoscimus, quod talis sua absentatio ab imperio et sede sua esset finalis destructio imperii sui, et illius famosissimae civitatis; quia de presenti aut imperator Turchorum dominaretur eidem et tunc ruuinari muros faceret, et alias provisiones per quas civitas esset ex toto deserta, aut alium ibi poneret, per modum quod non esset sperandum, quod amplius imperium suum rediret in manibus suis nec in Christianorum; et propterea suademus imperiali excellentiae suae cum maxima caritate et fide, quod penitus extrahat hoc de mente sua, et quod se disponat ad conservandum se et statum suum et ad remanendum in sede sua, sperando in divina clementia, quod illuminabit taliter mentes et corda Catholicorum regum et principum, quod unanimiter et potenter se disponent ad providendum conservationi suae et sui imperii ac nominis Christiani; et cum hiis et aliis similibus verbis debeat ipse noster vicebaiulus suadere domino imperatori praedicto, quod non se separet ab imperio suo, sed quod remaneat et se conservet, ut fecit

hucusque, et si remanebit cum his verbis contentus, ita quod non faciat illam mentionem, de volendo levari super nostris galeis, vel aliis nostris navigiis, benequidem, si vero ipsi bajulo replicaret factum et peteret responsivam, tunc sibi dicere debeat, quod maiestas sua reddat se certam, quod imperium et statum suum puro et sincero corde diligimus, et propterea videntes dubia et praedicta, quae verisimiliter eventura forent de levamento et motu suo, nullomodo sibi hoc persuadere auderemus; nihilominus quando maiestas sua deliberaret se levare et cum nostris galeis vel aliis nostris navigiis venire ad civitatem nostram Venetiarum, reddat se certissimam, quod ipsam suam maiestatem et comitivam suam videremus et reciperemus cum illa reverentia, caritate et benevolentia, quae deceret suam excellentiam et honorem nostrum, et haberemus ipsum et bona sua quaelibet ac suae comitivae salva et secura ab omni molestia et novitate, quemadmodum haberetur in domo sua propria et quemadmodum habere debemus carissimos et honorabiles amicos nostri communis.

Et ultra hoc providere debeat ipsi domino imperatori, quod scribat d o m i n o P a p e, d o m i n o i m p e r a t o r i et aliis r e g i b u s et p r i n c i p i b u s m u n d i, terminum et conditiones in quibus se reperiunt partes de inde et suum imperium, cum isto domino

Turchorum, ut magis curam habeant faciendi de provisionibus utilibus pro conservatione Catholicae fidei et sua, et depressione infidelium praedictorum, quas litteras offerimus nos missuros dominis et principibus antedictis.

Et ex nunc comittatur dicto vicebajulo, quod adveniente casu predicto, quod absit, debeat dare in mandatis nostris galeis vel aliis nostris navigiis, super quibus ipse dominus imperator levaretur, quod ipsum et comitivam suam conducere debeant Venetias, honorando suam maiestatem et suum imperium, secundum quod honori maiestatis suae et nostro viderint convenire, non conducendo eum ad aliquam aliam partem, quam ad civitatem nostram V e n e t i a r u m, salvo quod ad insulam S t a l i m i n i s, si illuc ire vellet.

Ad secundam vero partem de facto i n s u l a e S t a l i m i n i s, quam dominus imperator vellet nobis vendere, rescribatur dicto nostro vicebajulo et consiliariis, quod placeret nobis, quod de dicto facto non facerent mentionem, salvo si dominus imperator predictus non requireret responsionem, tunc cum illis verbis, quae suae sapientiae videbuntur, debeat dicere ipso domino Imperatori, quod pro praesenti dominatio nostra non est in termino possendi attendere ad hoc factum, et quod propterea dignetur habere nos excusatos.

Et habita responsione ipsius domini imperatoris, debeant nos de illa et de aliis om-

nibus particulariter informare, ut simus de omnibus avisati.

Secr. Cons. Rogat. Libro III. E. ch. 94.

CXCIII. 1394. Indict. III. 6. Septemb.

Налаже се управителю Млетачкомъ у Драчу, да може потрошити 4000 дуката на то, да добіе у руке тврдиню Крою, и Марка Барбадика одметника Млетачкогъ, са госпоіомъ Єленомъ.

Comittitur bajulo Durachii, ut possit expendere IIII mille ducatorum, pro habendo castrum Croye, et Ser Marcum Barbadico, rebellem Venetiarum, et etiam dominam Jelenam.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 95.

CXCIV. 1394. Indict. III. 14. Februarii.

Заключено, послати човека кои уме грчки, Константину, кои є узео тврдиню Крою одъ Марка Барбадика, државшегъ ту тврдиню у име Млетака, кои човекъ да изради, да се тврдиня та врати Млетчићима.

Mittatur nuncius qui sciat linguam graecam ad Constantinum, qui accepit castrum Croye de potestate Ser Marci Barbadico, qui ipsum nostro nomine possidebat, ad procurandum, ut restituat hoc castrum Venetis, pro securitate Durachii et districtus.

Secr. Cons. Rogator. Lib. III. E. ch. 105.

CXCV. 1395. Indict. III. 8. Julii.

Налаже се капетану Драчкомъ, да гледи добити одметника Марка Барбадика одъ госп. Ђорђа Срацимира, кодъ коега се налази, а да може потрошити на тай конацъ до 1000. дуката.

Iterum scribatur bajulo et capitaneo Durachii, de recuperatione castri Croye, de manibus et potentia Constantini, et recomendatur quidam Antonius de civitate nova, qui in Durachio moram trahit, et vult habere modum, dictum castrum recuperandi;

. . . .

Insuper quia habemus valde cordi propter comissa per Marcum Barbadico contra nostrum honorem, habere ipsum in manibus nostris, volumus et fidelitati vestrae cum dicto collegio scribimus et mandamus, quatenus tractare debeatis cum domino Georgio Stracimiri, in potestate cuius est, vel cum aliis, cum quibus crederetis hoc ducere posse ad effectum, de habendo ipsum Marcum in manibus vestris, possendo expendere propter hoc, usque ad quantitatem ducatorum mille quam melius poteritis; et si casus dabit quod eum habèatis, debeatis ipsum poni facere in carceribus sub bona et tanta custodia, quod bene conservari possit, donec notificaveritis nobis et receperitis nostrum mandatum. Si vero videretis non posse eum ibi secure salvare et facere custodiri, per primam galeam quae declinabit Dura-

chium, mittatis ipsum bajulo et capitaneo nostro Corphoy, cui scribatis per litteras vestras, quomodo habetis hoc in mandatis a nobis, et quod ipsum debeat in bono et tuto carcere et sub fida custodia facere conservari, donec providebimus de faciendo ipsum ad nos conduci.

Secret. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 115

CXCVI. 1395. Indict. IV. 21. Januarii.

Заключено: одговорити посланицима госп. Ђорђа Срацимира, да се овай коначно и решително изясни о начину и условіяма, подъ коима ће уступити Млетчићима Скадаръ, Улцинъ и целу свою землю.

Quod respondeatur istis ambassiatoribus domini Georgii Stratimiri, ad ea quae nobis proposuerunt et dederunt in scriptis de voluntate domini sui, de dando nobis civitatem Scutari et locum Drivasti; quod nos plene intelleximus ea quae ipsi exposuerunt nobis, et similiter dederunt in scriptis, et ea ad quae finaliter ipsi dixerunt posse condescendere pro parte domini sui. Et quia sicut eis diximus, post suum recessum a dicto eorum domino, capitaneus noster Ćulphy fuit personaliter cum eo, et ab ipso habuit magis largam promissionem, et multum plus ante quam ipsi nobis dixerunt, credimus esse bonum, quod si aliud non habent, nec ad alia possunt condescendere, quam ad ea quae dixerunt nobis, ipsi vel unus eorum

revertatur ad dominum suum, et informent eum de verbis quae habuimus ab ipso capitaneo Culphy, narrando sibi distincte omnia quae habuerunt a nobis de dictis verbis, et de nostra intentione, et quod propterea placeat si habet intentionem veniendi ad compositionem nobiscum super dictis factis, sicut ostendit, aperire nobis ample totam suam finalem intentionem, condescendendo ad res iustas et rationabiles, ut possit poni finis gratus, et debitus omnibus negotiis antedictis. Et quia est res cupiens quod interim habeamus bonum consilium de isto facto, si intromittendo dicta loca, contrafaceremus paci Hungariae, collegium domini, consiliariorum capitum et sapientum consilii et ordinum, habeat libertatem mittendi pro illis propriis, quae eis videbuntur, pro habendo consilium suum super dictis factis; ut postea illis ambassiatoribus advenientibus vel aliis, possimus cum maiori claritate et meliori deliberatione procedere in facto praedicto. Et ex nunc etiam captum sit, quod comittatur capitaneo nostro Culphy, quando exibit, quod quando erit in partibus praedictis, Scutari, vel Dulcigni, licentiatis duabus galeis grossis, quae vadant Mothonum et expectent eum ibi, debeat cum duobus ambassiatoribus nostris, qui vadunt ad Basitum, dare operam de loquendo et conferendo cum dicto domino Georgio, si erit in illis partibus Dulcigni, ut esse solet, et dicendo sibi illud, quod ali-

as retulit capitaneo nostro Culphy, scilicet: de volendo libere ponere totum dominium suum in manibus nostris, et de volendo venire ad habitandum cum sua familia ad civitatem nostram Venetiarum; et quod propterea, si habet voluntatem veniendi ad compositionem nobiscum, debeat mittere suos procuratores de suis intentionibus finalibus informatos, cum pleno mandato et libertate, ut possit cum dei gratia poni finis factis praedictis. Intrando et flumeriam et accipiendo omnem informationem tam de situ loci, quam et contractae, et de introitibus et expensis et similiter quomodo potest ascendi per ipsam flumeriam, et quomodo possemus subvenire dicto loco, et de omnibus aliis quae eis videbuntur, et nobis omnia singulariter et particulariter denotando, pro nostra informatione. Insuper scribi debeat capitaneo nostro Durachii, quod det operam de inveniendo omnia privilegia antiqua quae forent in civitate Durachii, tam in comuni, quam apud speciales personas, tangentia confines Durachii et iura ac iurisdictiones dictae terrae et eorum omnium copiam praestissime nobis mittat, ut simus de omnibus avisati.

Quia est res laudabilis, postquam sumus in istis terminis, velle habere talem declarationem et informationem super istis factis, quod animus omnium sit clarus et possit bene deliberare et terminare illud quod sit bonum et utile nostri dominii, vadit pars, quod

antequam fiat alia responsio istis ambassiatoribus domini Georgii super istis factis, collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum utriusque manus, mittere debeat, pro illis personis a quibus videbunt posse melius fidelius et lucidius informari de factis praedictis, qua informatione habita, postea cum meliori deliberatione et securitate fieri eis poterit illa finalis responsio, quae isti consilio bona honesta et utilis apparebit.

Secr. Consil. Rog. Lib. III. E. ch. 121.

CXCVII. 1395. Indict. IV. 21. Januarii.

Заключено одговорити посланику Которана, кои желе градъ Которъ предати у руке Млетчиħа, да ови изъ обзира на краля Угарскогъ немогу Которъ узети подъ свою власть.

Capta. Quia ambassiator Chatarinorum, audita responsione nostra sibi facta per dominium, quae fuit secundum quod pridie captum fuit in hoc consilio, de luntanando nos cum illis verbis quae viderentur, de volendo pro nunc attendere ad ea, quae nobis dixerat, de volendo nobis dare civitatem Chatari, habuit dicere, quod sicut toti mundo poterat esse notorium, ipsi semper fuerant filii et servitores nostri dominii, et ita esse intendebant, et propterea volebant aperte, nobis tanquam dominis suis, apperire et manifestare totam conditionem suam, quae erat, quod de necessitate eos opportebat se

submittere alicui, quia in istis terminis stare non poterant, et propterea non attendentibus nobis ad hoc, ipsis erat necessarium se subiugare aut Albanensibus, aut Sclavis, aut Turchis; et quod si se subiugarent primis duobus, cognoscebant se ex toto desertos, et propterea potius eligerent adherere Turcho, quia non haberent ita propingvam destructionem suam, de quo forent excusati rationabiliter deo et mundo, nam quilibet bene poterat considerare, quantum male libentes istud fecerunt; nam inter alios suarum partium, ipsi semper Catolici fuerant, et ita si deo placeret esse vellent, allegando conditionem illuis terrae, quae erat apta ad mare, habebat portum, navigia, lignamina, et magistratiam pro galeis et aliis navigiis, et quod pro deo compateremus X millibus animarum, quae erant sub regimine dictae civitatis, et concludendo quod si sciverint causam propter quam nos nolumus et recusamus nos intromittere, certe cum suis personis et cum suis carnibus ipsi vellent laborare ad procurandum, quod removeatur dicta causa et dictum obstaculum, cum multis aliis verbis magnae passionis et magnae virilitatis, propter quae fuit ei dictum per dominium, de volendo habere aliquem respectum superinde et postea sibi daretur responsio. Vadit pars: quod dicatur eidem ambassiatori, quod sicut ipse dicit, ita est rei veritas, quod nos semper habuimus et tenuimus illam comunitatem

in nostros benivolos et amicos, et inter alias istarum partium eam amavimus et amamus ac amare dispositi sumus, et dolet nobis satis quod se reperiant in termino, in quo nobis dixit, in tantum quod sublevaremus eos libenter. Sed sicut eis et toti mundo notorium esse potest, nostra dominatio semper fuit et est disposita, velle attendere domino regi Hungariae et omnibus aliis, id quod eis promissum est per nos et per pacem, quam habemus cum eo, non possumus nos impedire de loco illo Catari, et propterea ipsi sunt bene sapientes et poterunt providere super modum, secundum quod eis videbitur opportunum.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch. 121.

CXCVIII. 1395. Indict. IV. 8. Februarii.

Условія, подъ коима се узима градъ Скадаръ одъ Госп. Ђорђа Срацимира подъ власть Млетачку, да небы пао у руке Турцима.

Capta. Quia pro nobis et statu nostro, consideratis omnibus quae consideranda sunt in factis Scutari et istorum locorum, quae nobis dare vult magnificus dominus Georgius Stracimiri, facit quod ipsa loca perveniant ad manus nostras, et sub nostro dominio, antequam vadant ad manus Turchorum, sicut infalibiliter irent, nisi illa acciperemus. Vadit pars: quod in nomine Jesu Christi et gloriosae virginis Mariae ma-

tris eius, ac beati Marci protectoris nostri, accipi et acceptari debeant loca ipsa nomine nostri dominii, cum pactis et condicionibus infrascriptis, et cum istis declarationibus ad capitula nobis data per ambassatores suos, in casu quo ipsi condescendere velint ad ipsas declarationes.

Primo, ad primum capitulum continens, quod in casu quo acceptemus dicta loca, nobis placeat ipsum dominum Georgium cum omnibus suis heredibus, tractare tanquam cives nostros fideles et facere nostros nobiles, ita quod quociescunque venerint Venetias, possint venire ad consilium sicut alii nostri nobiles; habet collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum utriusque manus libertatem, condescendendi ad praedictum capitulum, et acceptandi illud sicut iacet, ita quod ipse dominus Georgius Stracimiri, cum suis filiis et heredibus, solennitatibus terrae servatis, sint de nostro maiori consilio et in numero nostrorum nobilium aggregentur.

Ad secundum capitulum, seu ad primam partem eius, continentem, quod dominatio nostra vel alii pro ea, non possint sibi accipere contratam quam vult retinere pro se, nec ipsam contra debitum molestare, condescendatur sicut petit. Verum ad aliam partem dicti capituli, per quam requirit posse in illa sua contrata levare nostram

insigniam, ad istam partem tractari et procurari debeat per dictum collegium, cum illis verbis quae videbuntur, quod de ista parte se removeant, quia erit maior honor suus, levare insigniam suam quam aliam, et istud ipse dominus deberet velle pro honore domus suae. Quando autem facta omni experientia, ipsi ambassiatores starent ad hoc constantes, debeat condescendi ad istam partem, quod possit levare nostram insigniam in locis suis, sicut requirit.

Ad tertium capitulum continens, quod aliquis homo, qui vellet recedere de contrata, quam pro eo retinere vult, non debeat acceptari nec recipi in terris nec locis, quae nobis dat, sed eidem debeant assignari. Ad istud dici debeat et ita per dictum collegium debeat procurari, quod nos sumus contenti, ei restitui et assignari facere omnes homines, qui aufugerent de locis suis praedictis, ad illa loca quae nobis dat, quacunque alia causa, excepto si aufugerent pro delicto criminali, per quod perumendi probabiliter essent, quia tales dominatio nostra nunquam dare voluit neque dat in terris et locis suis, ymo tales cum se transferunt de loco ad locum, sunt salvi et securi; faciendo et servando similiter versus nos de his, qui aufugerent de ipsis locis nostris ad loca sua.

Ad partem vero tertii capituli continentem: quod si aliquis vellet offendere ad

accipiendum contratam suam praedictam, quam pro se retinet, quod nos debeamus iuvare cum gentibus contrate quam nobis dat; procurari et dici debeat ambassiatoribus praedictis, quod nostra dominatio nunquam solita fuit facere tales promissiones, nec ipsas modo aliquo faceret, quia non forent cum honore nostro. Sed ipse dominus suus debet esse certissimus, quod si loca quae nobis dare vult, erunt in manibus nostris, Turchi non curabunt neque intentabunt velle amplius venire ad attendendum ad damna partium illarum. Similiter etiam omnes circavicini, ob reverentiam et amorem nostri dominii, erunt contenti stare in pace et intra terminos suos. Et nichilominus si casus daret, quod aliqui molestarent contratam suam, nos omni tempore, toto posse dabimus operam et procurabimus, de tractando pacem et concordium inter eos, ut possit regere et gubernare in pace et bona voluntate contratam praedictam, procurando, quod remaneant de hoc contenti.

Ad quartum capitulum, per quod ipse dominus Georgius petit de provisione a nostro dominio ducatos mille auri omni anno ad minus in perpetuum, pro sua subventione, pro se et heredibus suis; procurari debeat per dictum collegium, cum ipsis ambassatoribus, de dando ipsi domino Georgio, et suis heredibus, ex legitimo matrimonio descendentibus, de introitibus Scutari, quam

minus dari poterit, usque ad quantitatem praedictam ducatorum mille.

Ad ultimum capitulum, per quod petit, quod si suus pater, vel dominus Georgius, vel dominus Balsa, barbani sui, accepissent aliquid, vel offendissent alicui Veneto, quod propter dictam causam sibi nichil dici possit; procurari debeat per collegium, quod dicti ambassiatores condescendant ad essendum contentos, quod non possit molestari de provisione, quam sibi daremus, et si poterunt obtinere benequidem, quando autem obtinere non possent, condescendere possunt ad essendum de illo contento, considerato quod nunquam terminatum fuit, quod ipse dominus Georgius sit debitor alicui.

Et si habebunt dicti ambassiatores libertatem condescendendi ad istas modificationes per nos factas, concludatur cum eis in bona gratia. Si vero dicerent non habere libertatem, tunc dicatur quod ista est nostra finalis intentio, et propterea possunt pro habendo voluntatem domini sui in hoc disponere, eundo vel scribendo, secundum quod eis videbitur et placebit. — de parte 49.

Ser Iohannes a Bocolis vult: Quia examinatis bene omnibus quae examinanda sunt, de istis factis Scutari, et potissime pactis et conditionibus, cum quibus ambassiatores domini Georgii qui hic sunt, dicunt ipsa loca nobis dare posse, non faceret pro nobis, ne

que nostro dominio, acceptare dicta loca, vadit pars: quod cum illis bonis verbis, quae dominio videbuntur, responderi debeat dictis ambassiatoribus, quod cum conditionibus cum quibus illa dicunt nobis dare posse, non videtur nobis de acceptando loca praedicta. — de parte 36.

Ser Nicolaus Lauredanus volebat: quod responderetur dictis ambassiatoribus, quod essemus summe contenti, quod dominus suus possit potenter et bene conservare sibi loca sua; sed postquam se reperit in dicto termino, de quo dolemus, consideratis expensis quae pateremur in accipiendo dicta loca, videretur nobis esse iustum, quod dominus suus pertransiret nobiscum cum liberalioribus pactis illis quae petunt, et maxime considerato, quod capitaneus noster Culphy retulit nobis, dictum dominum Georgium habere magis liberalem dispositionem illa quam dixerunt, et ideo in casu quo non velint vel non habeant maiorem libertatem illa quam dixerunt, rogamus eos, quod non tedeat reverti ad dominum suum, et eidem referre nostram bonam voluntatem et dispositionem, quae est teste deo, complacendi desideriis suis in cunctis nobis possibilibus et honestis, cum simus dispositi mittere de brevi ambassiatorem nostrum ad praesentiam suam, de intentione nostra plenarie informatum. Et ex nunc sit captum, quod mittatur unus ambassiator, qui cum galeis

nostris Culphy, primo vadat Durachium, ad informandum se cum rectore de inde, et cum omnibus aliis qui ei videbuntur, ubi sunt et quantum se extendunt confines Durachii, tam tempore antiquo quam moderno, et de omnibus aliis spectantibus ad hoc factum; et subito postea vadat ad dictum dominum Georgium, et in locis dicti domini Georgii similiter se informet de praedictis, et de situ locorum Scutari et Drivasti et flumerie, et de omnibus pertinentibus ad confines dictorum locorum, et provinciae in qua sunt; et finaliter debeat esse cum dicto domino Georgio, et cum illis rationibus et verbis ac iustis demonstrationibus, quae dicto ambassiatori videbuntur, debeat procurare de inducendo dictum dominum Georgium ad omnia illa pacta, quae sint in praerogativam nostri dominii, procurando quod ipse mittat suum procuratorem cum mandato ad plenum; et cum ultima intentione dicti domini Georgii, quam sentire poterit, Venetias revertatur, quia postea providebitur per istud consilium, ut videbitur esse bonum. Qui ambassiator eligatur per duas manus electionum in hoc consilio, et unam per scrutinium inter dominum consiliarios capita et sapientes ambarum manuum; possit accipi de omni loco et officio et iudicatu petitionum, exceptis procuratoribus; respondeat die qua eligetur vel altera ad tercias, et non possit refutare sub pena ducatorum L. et teneatur recedere cum galeis Cul-

phy; habeat de salario a quo de Venetiis recedet usque reditum suum, ducatos ·L· in mense et ratione mensis, possit expendere in omnibus expensis quomodocunque occurrentibus, pro se et familia ducatos tres, habendo et tenendo quatuor famulos, unum notarium cum uno famulo, et unum coquum, exceptis nabulis navigiorum, eundo, stando et redeundo. Interim vero donec dictus ambassiator recedet, si videbitur quod bonum sit ei aliquid comittere ultra praedicta, poterit provideri ut videbitur opus esse. — de parte 4.

Secr. Cons: Rogat. Lib. III. E. ch. 123.

CXCIX. 1395. Indict. III. 11. Maii.

Привилегія на грађанство Млетачко г. Ђорђа Срацимира.

Privilegium magnifici domini Georgii Stracimiri, domini Zente etcet. prout habuit pater eius.

Anthonius Venerio dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Inspexit alias ducalis benignitas, clarum honorem et perfecte reverentiam caritatis, quam magnificus condam dominus Strazimirius, baro maritime Sclavonie, ad nostrum honorem comodumque nobilium et mercatorum et fidelium nostrorum, in suo do-

minio commorantium, effectualiter demonstravit. Adeo quod sub felicis memoriae illustri domino Laurentio Celsi Venetiarum duce, predecessore nostro, in numero honorabilium civium nostrorum intus et extra, cum suis heredibus promeruit aggregari, sibique privilegium civilitatis Venetiarum, bulla ipsius domini ducis argentea communitum, extitit de sola ipsius dominii munificentia gratiosius elargitum, prout in libris cancellariae nostrae reperitur distinctius annotatum. Nunc autem magnificus dominus Georgius Strazimiri, dominus Zentae et cet. filius condam domini Strazimiri antefati, fecit nobis per suum procuratorem devotissime supplicari, ut pro speciali consolatione et honore suo, simile privilegium, prout condam dicto eius patri datum extitit, in personam ipsius domini Georgii et heredum suorum concedere dignaremur. Nos autem amicabili requisitioni suae annuere cupientes, praesertim laudabili eius dispositione erga dominium nostrum inspecta, etiamque supplicationem suam iustam esse concernimus, dictum privilegium scribi mandavimus et eiusdem ambaxiatori solenniter exhiberi, in forma subsequenti; videlicet:

Tanto benignius ducalis providentia consvevit personas honorabiles sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem, dignis retributionibus

compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt; attendentes igitur multiplices fidei puritatem et devotionis plenitudinem, quam magnificus vir, dominus Georgius condam Strazimiri, dominus Zente et cet. ad nostrae magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit; qui in agendis, nos, ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus, devotum et promptum laudabiliter et incessanter se praebuit atque prebet; supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, eum cum suis filiis et heredibus, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus, in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Georgius Strazimiri cum suis filiis et heredibus in Venetiis

et extra perpetuo gaudeat et utatur; idem quoque per circumspectum virum Vallem Johannis de Dulcineo, ambaxiatorem suum, soleniter ad sancta dei evangelia prestitit fidelitatis debitum juramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, mensis Maii die undecimo, indictione tercia.

Liber privilegiorum I-mus ch. 115.

CC. 1396. Indict. IV. 14. Aprilis.

Уговоръ, коимъ посланици г. Ђорђа Срацимира у овога име, уступаю Млетчиħима градове Скадаръ и Дривастъ.

Instrumentum
concordii et compositionis tractatus cum ambassiatoribus magnifici domini Georgi Strazimirii, pro facto Scutari et Driuasti.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, indictione quarta, die quarto decimo mensis Aprilis. Cum magnificus et potens dominus, dominus Georgius Strazimiri de Balsiis, dominus Zente etc. miserit ad presentiam serenissimi et excelentissimi domini, domini Antonii Venerio dei gratia incliti Venetiarum ducis etc. suique dominii, suos ambassiatores, virum nobilem dominum Helyam quondam Marini, et cir-

cumspectum virum Chinesium ejus servitorem, et per illos notificari fecerit, qualiter cum dei auxilio recuperaverat de manibus infidelium Theucrorum civitatem suam Scutari cum castro, et certa alia loca sua, que per illos sibi arepta fuerant, et indebite tenebantur; sed quia sciebat imperatorem Basitum continuo anhelare ad rehabendum civitatem predictam, ut cum ipsa posset partes alias circhavicinas, tam suas, quam aliorum in contemptum Christiani nominis facilius subiugare, maxime dubitabat, ymo clarissime cognoscebat ipsa loca defendere et manutenere non posse, et propterea pro honore fidei catolice et salute animarum et corporum tot fidelium Christianorum, quot sunt in partibus antedictis, requiri et rogari fecerit serenissimum dominum ducem predictum, et suum dominium, quatenus tamquam christianus princeps, velet ipsam civitatem Scutari et locum Driuasti, et certa alia loca sua, sub dominio, potestate, et potentia sua recipere et acceptare; cum paratus sit illa cum juribus et jurisdictionibus suis, dominio mero et mixto imperio illariter sibi dare, ut ita salvi fiant subiecti populi, terris ipsis, et per consequens idem dominus Georgius cum aliis terris et locis sibi restantibus, et ceteri circhavicini partium predictarum. Et ipse illustrissimus et excellentissimus dominus, dominus dux suumque dominium Venetiarum, licet clare videant et cognoscant dubia et pericula,

labores etiam et expensas, qui et que plerumque solent ex talibus intromissionibus evenire, — eorum progenitorum vestigia imitantes, qui inter alios christicolas fuerunt semper vere fidei cultores, et praecipui defensores, dispositi sint, predictis dubiis et periculis ob dei reverentiam postergatis, pro conservatione fidei sue sancte, et salute tot fidelium christianorum, in complacentia etiam dicti domini Georgii, quem sincere dilexerunt, et diligunt, ipsam civitatem Scutari, et alia loca que eis dare vult, ne redeant ad manus ipsorum Turchorum, persecutorum Christi nominis, acceptare. Idcirco nobilis et sapiens vir, dominus Nicolaus Delphino, quondam domini Galeacii, honorabilis civis Venetiarum, sindicus et procurator ac negotiorum gestor ipsius serenissimi et excellentissimi domini, domini Antonii Venerio dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum ad infrascripta et alia exercenda, specialiter creatus et constitutus, ut constat instrumento publico sindicatus, scripto manu providi viri Iohannis de Oltedo quondam Ser Andree, imperiali auctoritate notarii, et ducatus Venetiarum scribe, predictis anno et indicione, die vero vigesimo primo mensis Marcii a me notario infrascripto viso et lecto, sindicario nomine prefati domini ducis et comunis Venetiarum ex parte una, et nobilis ac circumspecti viri, dominus Helyas quondam Marini, et Chinesius supradicti,

sindici procuratores et negotiorum gestores dicti magnifici et potentis domini, domini Georgii Stracimerii de Balsis, habentes similiter ad infrascripta et alia facienda, plenissimam libertatem, ut constat publico instrumento procuratoris et mandati, scripto manu Iohannis de Morigiis quondam Antonii de Mediolano, imperiali auctoritate notarii, in millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, indicione quarta, die decimo mensis Novembris, in civitate Dulcigni, a me notario infrascripto etiam viso et lecto, ex parte altera, ad infrascripta pacta et conventiones, sponte deliberate unanimiter et concorditer devenerunt. Primo quidem, quod ipse magnificus dominus Georgius Stracimeri, dominus Zente, dare debeat ipsi serenissimo domino duci et comuni Venetiarum seu habentibus ab eis arbitrium et potestatem ipsa loca accipiendi, et acceptandi, civitatem Scutari cum castro suo, et cum omnibus introitibus, dohanis, datiis, pedagiis, et gabellis, tam sancti Sergii, quam aliis ad ipsam civitatem spectantibus, et cum toto lacu et insulis in eo existentibus, et secundum quod labitur flumen quod Boiana vulgariter nuncupatur, usque ad marinam. Item dare debeat ipsi domino duci et comuni Venetiarum, aut illis qui per ipsos ad hoc fuerint deputati, civitatem Drivasti cum castro et pertinentiis suis, et castrum Satti cum dohana del Dagno, et cum omnibus villis, dohanis, introitibus, pareziis et

datiis, et cum tota contracta, secundum quod posita est et continet a bucha dicti fluminis sursum, cum tota aqua et apud vel iuxta — saltam cum tota contrata, secundum quod posidet ad presens, et posidebat ipse dominus quando inceptum fuit tractari dę factis istis. Quas quidem terras et loca, tam in primo quam in isto capitulo posita, ipse dominus Georgius Stracimeri dare et transferre debeat in ipsum dominum ducem, et comune Venetiarum, jure proprio in perpetuum, cum omnibus juribus et jurisdictionibus suis, et cujuslibet eorum, cum pleno dominio mero et mixto imperio, et libera potestate, ita quod de ipsis vel earum aliqua vel aliquo, aliqua ratione vel causa, vel titulo vel colore, ipse dominus Georgius vel sui successores numquam se possint vel debeant impedire, sed semper remaneant vel sint ipsius domini ducis et comunis Venetiarum. Reservante eo sibi, magnifice uxori sue, et suis heredibus, civitatem Dulcigni cum toto suo districtu, et similiter Antivarum cum tota contrata, usque Divicinam stiena, et ita supra per montes, confinando cum altera ripa lacus, et ita infra ab altera parte fluminis, per ripam dicti fluminis usque ad marinam, que tota patria vulgo dicitur Sabuiana, ita tamen, quod ipse magnificus dominus Georgius, et succesores, non possint neque debeant super ripam

dicti fluminis vocati S a b o i a n a, quam retinet pro se et in parte sua, et per quod itur Scutarum, neque per unum miliare infra terram, aliqua parte edificare, nec edificari facere aliquid fortilicium, ut transitus dicti fluminis semper remaneat expeditus. Ultra autem unum milliare infra terram, posint in ipso territorio edificare, et edificari facere quodlibet fortilicium, secundum quod eis videbitur et placebit.

Item, quod ipse magnificus dominus Georgius Stracimeri, dominus Zente etc. cum omnibus filiis et heredibus suis, sit et esse debeat n o b i l i s V e n e t i a r u m e t d e m a j o r i c o n s i l i o Venetiarum, ita quod tam ipse, quam dicti sui filii et heredes, quotiescumque se transferrent ad civitatem Venetiarum, possint venire ad manus consilii Venetiarum, et in eo stare et facere, quemadmodum stant, et faciunt alii nobiles Venetiarum de majori consilio antedicto. I t e m quod ipse dominus dux et comune Venetiarum non possint neque debeant per se, vel alios modo aliquo vel ingenio, contra debitum comunis, inquietare, vel molestare ipsum magnificum dominum Georgium, nec suos heredes, de contrata quam ipse pro se retinet, nec illam eis auferre vel auferri facere, ymo ipse et sui heredes possint eam possidere, et tenere, et de ea disponere et facere, sicut sibi placuerit, tamquam dominus ejus, possendo ultra hoc in ea et qualibet

terra, et loco ejus elevare vexilla et insignia sancti Marci, ut per illa cognoscatur esse nobilis, et civis Venetiarum. Item, quod si aliquis ex subditis et habitatoribus contrate predicte, quam ipse dominus Georgius resservavit, et per se resservat, aufugeret et iret ad habitandum terras vel loca, que ipse dat ducali dominio, quod illi tales sibi restitui debeant, et assignari per rectores et officiales qui ibi fuerint per ducale dominium, et versa vice, si aliquis ex subditis contrate quam ipse dat ducali dominio, aufugeret et iret ad habitandum terras vel loca ipsius domini Georgii, quas et que per se retinet, quod illi tales restitui et assignari debeant officialibus et rectoribus domini ducis, et comunis Venetiarum, salvo si ab una parte vel ab altera aufugerent aliqui pro delicto criminali, per quod puniendi personaliter forent, quare in isto casu predicti per unam partem, neque per alteram debeant assignari, sed sint, et remaneant in loco, ad quem fugerent, liberi, et securi. Item, quod ipse dominus Georgius, et sui heredes ex legitimo matrimonio descendentes, habere debeant ab ipso domino duce, et comuni Venetiarum, de primis introitibus, qui habebuntur de locis predictis, omni anno ducatos mille pro sua subventione. Si vere dicti introitus non attingerent summam predictam ducatorum mille in anno, tunc dictus dominus Georgius et sui heredes, ex matrimonio legitimo descen-

dentes, habere debeant tantum minus, quantum minus exigetur et habebitur, ut justum est. Item, si pater dicti domini Georgii, seu barbani sui, dominus Georgius vel dominus Balsa, aliquo casu accepissent aliquid alicui Veneto, vel eidem modo aliquo offendissent, quod propter dictas causas ipsi domino Georgio nichil dici possit vel aliquid imputari. Que omnia et singula suprascripta, et in presenti contractu contenta, dicti procuratores et sindici et uterque eorum, dictis nominibus, et omnibus modis, juribus, formis et causis quibus melius potuerunt, promiserunt sibi invicem, scilicet una pars alteri et altera alteri, per solemnem stipulationem hincinde intervenientem, firma, rata et grata habere et tenere et effectualiter ac inviolabiliter observare, et contra ea vel eorum aliquid non contrafacere vel venire, aliqua ratione vel causa, sub pena dupli damni expensarum, et interesse litis et extra toties comittenda et exigenda cum effectu, quoties fuerit contrafactum, solvenda a parte non observante, et applicanda parti observanti et observare volenti. Et pena commissa vel non commissa, soluta vel non soluta, presens contractus, et omnia et singula in eo contenta, firma perdurent, et debeant inviolabiliter observari. Pro quibus omnibus et singulis firmiter cbservandis, et adimplendis, idem dominus Nicolaus Delphino sindicus domini ducis et comunis Venetiarum, sindicario nomine suprascripto, omnia bona comunis Vene-

tiarum, mobilia et immobilia, presentia et futura, et ipsi dominus Helias quondam Marini, et Chinessius sindici, et sindicario nomine magnifici domini Georgii sepedicti, omnia bona ipsius domini Georgii mobilia et immobilia, presentia et futura, sibi invicem una pars alteri, et altera alteri perpetuo obligarunt. Renunciantes dicte partes dictis nominibus, condicioni sine causa vel ex iniusta causa, exceptioni doli mali et in factum actioni et omnibus juribus comunibus, et municipalibus fori, privilegio, et omni legum et statutorum auxilio, quibus possent seu vellent contra predicta vel aliquod predictorum, facere vel venire. Promiserunt insuper idem dominus Helias, et Chinesius procuratores et sindici supradicti, per pactum expressum solemni stipulatione vallatum, nomine antedicto, quod idem dominus Georgius Stracimeri per publicum instrumentum seu per suas patentes literas, bulla sua solita comunitas, presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta ratificabit, approbabit, et emologabit, ipsumque vel ipsas in manibus . . . . . . provisorum comunis Venetiarum, tradet et dabit, seu tradi et dari faciet, quibus possessionem locorum supradictorum assignabit vel faciet assignari, ut superius dictum est. Voluit etiam ipse serenissimus dominus, dominus dux, et suum dominium, ad maiorem firmitatem omnium predictorum, hoc instrumentum sua bulla plumbea communiri.

Actum Venetiis in ducali palatio, presentibus viro nobili ser Philippo de Molino quondam domini Iohannis, ac providis viris ser Iohane de Oltedo, ser Bernardo ser Dominici, et ser Laurentio Marcelo, notariis ducatus Venetiarum, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, et aliis.

Ego Guillielminus de Vicentiis et cet.

Commemorial IX. ch. 12.

CCI. (1396) 31. Maii, in Dulcigno.

Писмо Ђорђа Срацимира, коимъ явля дужду Млетачкомъ Антонію Веніеру, да е нѣгова войска убила Радиħа Црноя, нѣговогъ одметника.

Exemplum litere misse per dominum Georgium Stracimirum, dominum Zente etc. ducali dominio Venetiarum.

Serenissime ac ilustrissime princeps et domine. Cum omnimoda humilitate, et reverentie recommendatione premissa, in eo tantum qui est virtutum et honorum omnium stabile fundamentum. Quoniam scimus, quod vestra excellentia de bono statu, et victoria fidelium filiorum suorum semper audire cupit. Idcirco celsitudo vestra tenore presentium clarius inotescat; quod favente domino, die vigesima quinta mensis Aprilis, maledictus isti-

us patrie destructor, videlicet Radič Cernoe, interfectus fuit a nostro exercitu, et partem territorii nostri quam in manu forti tenebat, habuimus; quod prefatam dominationem vestram ignorare non arbitramur. Insuper noveritis vestros nobiles proveditores recepisse, ac a nobis habuisse, civitatem Scutari cum tota contracta, ac omnia et singula, que nostri ambaxiatores in persona nostra vestre dominationi promiserunt. Quare deo, qui omnia suo benigno adiutorio et favore suplevit, grates referimus incessanter. Ideoque strenuitati vestre in qua locavimus totius fiducie fundamentum, supplicamus, ut placeat nos retinere fidelissimos vestros filios, offerentesque nos efficaciter ad cuncta que placitura sunt. Valete in domino, cuius pietas et gratia vos conservet.

Vester Georgius Stracimiri dominus Sente etc.

Data Dulcinei, ultima mensis Maii.

A tergo quidem est, videlicet: Serenissimo ac illustrissimo principi et domino, domino Anthonio Venerio, dei gratia inclito duci Venetiarum etc.

Commemoriale IX. ch. 19.

CCII. 1396. Indict. IV. 22. Julii.

Привилегія на Млетачко грађанство госп. Сандала Косаче.

Privilegium egregii viri, domini Sandali de Chosachi, Rassie et Bosne magni voyuode; de extra cum suis filiis et heredibus

Anthonius Venerio dei gratia dux Venetiarum et cet. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam praesentibus quam futuris, praesens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consvevit personas magnificas, sibi amicabiles et devotas honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsorum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis benevolentiae puritatem et devotionis plenitudinem, quam egregius ac magnificus dominus Sandali de Chosachi, miles, Rassie Bosneque magnus voyvoda, ac Budue et Zente dominus, carissimus et intimus amicus nostri dominii, ad nostre magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus, promptum et devotum laudabiliter

et incessanter se prebuit atque prebet, supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosuis annuentes, praefatum magnificumdominum Sandali, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Sandali cum suis filiis et heredibus in Venetiis et extra perpetuo gaudeat et utatur. Nobis quoque praefatus dominus per venerabilem virum Theodorum Archidiaconum Scutariensem, ambaxatorem suum, soleniter prestitit fidelitatis debitum iuramentum. In cuius rei fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, die vigesimo secundo Julii, indict. IV-ta

Liber privileg. I-mus, charta 120.

CCIII. 1396. Indict. V. 16. Decembris.

Заключено, послати тайно едногъ човека у Угарску, да види, еля Баязитъ ушао у ову землю, као што се говори, има ли тамо какве договоре съ великашима, и како тамо стое уобште ствари.

Capta: Quia est res sapiens habere plenam et veram informationem de novis Hungariae, et de his quae dicuntur et referuntur de factis Basiti, quod videtur intrasse dictum regnum. Vadit pars: quod possit mitti una sufficiens et discreta persona, et bene informata de conditionibus et baronibus dicti regni, ad partes illas, quae ire ostendat de inde pro factis suis, et studeat sentire et investigare caute et secrete, omnia nova quae habebuntur in dictis partibus, ab illis personis quae sibi videbuntur, tam de factis Basiti, quam de tractatibus quos haberet in regno, et de dispositionibus praelatorum et baronum, et totum illud quod habere et sentire poterit per quemcumque modum, quanto praestius poterit, nobis studeat reportare, ut simus de omnibus informati et providere possimus, sicut nobis videbitur opus esse. Et quod nuntius stare debeat de inde, si videbitur sibi posse stare cum securitate, scribendo continuo et de tempore in tempus, illud quod sentiet et habebit, et quando videbitur sibi cum securitate stare non posse, Venetias revertatur, de omnibus informatus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 134.

CCIV. 1396. 16. Decembris.

Заключено, явити намѣстницима кралѣвимъ у Будиму, да се краль Жигмундъ избавіо, и да е рeћно стигао са Млетачкимъ галіяма у Грчку. (После битке кодъ Никопоља.)

Capta. Quod scribatur dominis r e c t o r i b u s i n B u d a p r o serenissimo domino r e g e H u n g a r i a e, in hac forma:

Quia certi reddimur, quod vos tamquam fideles et devoti sacrae regiae maiestatis H u n g a r i a e, certum et incolumem eius redditum ad partes Adriatici maris, summa affectione cupitis persentire, magnitudini vestrae praesentibus nunciamus, quod per unum nostrum navigium, veniens de locis nostris C o r o n et M o t h o n, praesentialiter habuimus, qualiter i p s e d o m i n u s r e x cum comitiva sua et aliquibus nostris galeis, ac galea J a d r a t i n o r u m, die sexto mensis instantis; ad loca nostra applicuit antedicta, propter quod considerato dierum lapsu, et praeteritorum temporum qualitate, speramus quod deo duce, ipsum de brevi poteritis incolumem revidere, de quo pro bono Christianitatis, utilitate regni et suae maiestatis contemplatione, assumemus consolationem et letitiam cordialem.

Et similiter scribatur domino i m p e r a t o r i R o m a n o r u m ac d u c i b u s A u s t r i a e,

in illa forma, quae pertinens videbitur et honesta.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch. 134.

CCV. 1396. Indict. V. 21. Decembris.

Одговоръ посланицима цара Римскогъ и краля Чешкогъ Венцеслава, на пытанѣ: знаду ли Млетчиħи што о судбини краля Угарскогъ Житмунда. (Скраħено.)

Capta. Respondeatur ambasiatoribus serenissimi domini Romanorum et Boemiae regis — etc. . , ...

(Prima tria capitula agunt de factis regis, quae operatus est pro sedando scismate ecclesiae; — in quarto capitulo rex dicit, quod ecclesia ad unitatem reducta, facilius poterit non solum pacem Italie procurare, sed etiam ad resistentiam et depressionem infidelium Theucrorum, persecutorum fidei catholicae, uti necessitas praesentialiter exigit, de remediis utilibus et necessariis providere; in quinto capitulo petit rex auxilium Venetorum ad tollendum scisma ecclesiae; etc.)

Ad septimum capitulum, faciens mentionem si aliquid sentimus de serenissimo domino rege Hungariae, et si sentiremus eum in aliquibus necessitatibus vel angustiis, quod provideamus sibi de remedio et cet. Respondeatur, quod illud quod sentimus et habemus de ipso domino rege, ipsi sen-

tiunt et habent ut nos, de sinistro et infelici casu cuius et sui exercitus, novit deus, quem non latet, nos portavimus et portamus, illam cordialem displicentiam et passionem, quam portare possumus, tam propter singularem caritatem, qua coniuncti sumus secum, quam propter damna, quae ex casu illo sequentur regno suo et toti Christianitati; pro cuius regni conservatione regis et coronae Hungariae, ea quae elapsis temporibus fecimus, certi reddimur, fore ita publica toti mundo, quod circa eorum narrationem non intendimus laborare; et ita ad praesens facimus et sumus dispositi facere in futurum, in his, quae rationabiliter fieri possunt parte nostra.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch. 134.

CCVI. 1396. 27. Decembris.

Заключено послати на сусретъ кралю Жигмунду посланика до Дубровника. (Скраћено.)

Captum: mittere ambassiatorem obviam regi Hungariae usque Ragusium, qui die 6 Dec. advenit cum quatvor galeis, una Jadratina et tribus Venetis, cum sua comitiva ad Mothon; ad condolentiam ei significandam.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 135.

CCVII. 1396. Indict. V. 26. Januarii.

Заключено, одговорити посланицима краля Угарскогъ Жигмунда, кои захвалюю што су Млетачки капетани у Цариграду были кралю у помоћи, и кои ишту помоћь за Цариградъ противъ Турака, да су за ту цѣль Млетчићи спремили осамъ галія. (Скраћено.)

Capta: Respondere ambassiatoribus regis Hungariae, qui regratiabantur nomine regis, de eo quod capitaneus Culphy et supracomiti Veneti, tam parati erant ad sua servitia, quando venit Constantinopolim; — ad provocationem de ferendo auxilio Constantinopoli et populo christiano contra Turchos, dicunt quod de novo armarunt octo galeas, et persvaderunt Januenses ut arment quinque galeas, quae statim ibunt ad defendendam Romaniam contra Turchos; — et cet.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch 137.

CCVIII. 1396. 28. Januarii.

Одговоръ посланицима краля Францускогъ, како су на нѣгову молбу послали нѣгове люде на своіой галіи у Далмацію, кои иду да избавляю заробљене одъ Турака Француске и Бургундске витезове, кои се налазе у Рашкой земльи, и у Турака. (Скраћено.)

Capta. Respondeatur ambassiatoribus regis Franciae, de facto captorum suorum Franciae, quos recomendat rogando nos, ut porigamus manus adiutrices ad libera-

tionem eorum, respondeatur . . . . dispositi tam ipsi domino regi Franciae, quam domino duci Burgundiae et aliis principibus de inde complacere, dari fecimus eorum nuntiis, qui hic fuerunt, unam nostram galeam, quae ipsos conducet primo ad partes Dalmatiae, ad locum ubi est dominus rex Hungariae, deinde ad locum unde ire possent ad visitandum dominum ducem Nivernensem et alios, qui in Rassia capti sunt. Et quia dixerunt, quod habeant in mandatis eundi successive Constantinopolim, et postea in Turchiam, pro visitatione aliorum qui ibi sunt, providimus propter longam moram factam in mari per dictam galeam primam, de armando unam aliam galeam de novo, quae iam expedita est et brevissime ibit ad levandum eos et coducendum ad partes Constantinopolis, ... facimus id boni quod fieri potest in istis factis, ut nuncii sui possint celeriter exequi mandata dominorum suorum et principum praedictorum.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 138.

CCIX. 1397. Indict. V. 7. Aprilis.

Наставленѣ за капетана Кулфа, идуђегъ у Цариградъ и къ султану Баязиту. (Скраћено.)

Capta. Quod fiat comissio nobili viro ser Benedicto Superantio, procuratori, capitaneo generali Culphy, in ista forma:

Nos Antonius Venerio dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Benedicto Superantio, ... ambassiatores Venetos deponas in Segnia, et eas Constantinopolim, ... debeas ire ad praesentiam domini imperatoris eum assecurare de succursu et subventione, et hortare eum et Januenses de Pera stent firmi, et defendant se contra Turchos, assecurando eos de auxilio Venetorum, ... Sed si videres quod imperator et illi in Pera vellent facere pacem cum Basito, tunc etiam facias pacem, ne Veneti soli remaneant cum Turcho in guerra, quod nimis periculosum esset . . . Modus vero quo velimus devenire ad pacem cum Turchis esset, secundum quod semper fuimus et stetimus cum patre et eo, et secundum quod obtinuit ab isto Basaito ser Franciscus Quirino; scilicet, quod habeamus nos et omnia loca nostra pacem cum eo, ita quod sint salva et secura per terram ab omnibus suis, nec debeant ab aliquo damnificari et molestari, et e converso; et quod nostri possint ire et conversari in locis suis salvi et securi, sicut soliti erant, et vice versa sui in nostris — etc. . . . .

Verum quia posset ocurrere, quod ipse Basitus vel sui facient requisitionem de duobus, primo, de volendo habere pacem nobiscum etiam in mari, et secundo, sicut alias iam dixit, de non volendo dare pacem locis

per nos de novo aquisitis, prout sunt civitates Argos et Neapolis, Athenarum, Durachii et Scutari, quia diceret quod forent sua et quod sunt suae venationis, ut solitus est dicere . . . . Quando autem staret constans, dicas quod debeas scribere et expectare mandata nostra ; verum in hoc casu essemus valde contenti, quod tam dominus imperator quam Januenses differerent ad concordandum se, donec nos responderemus. — Si vero imperator et Januenses jam essent in concordio cum Basito, volumus quod etiam tu omnimode studeas de ponendo nos etiam in concordio cum ipso Basito, modis et formis superius dictis.

Preterea quia consideramus, quod de levi possit esse, quod imperator Chaloiani, nepos imperatoris Chier Manuli, intrasset in imperio seu intraret, quia ut sentimus Basitus videtur dispositus non habere pacem secum, nisi relinquat imperium, comittimus tibi, quod in isto casu habeas libertatem comparendi ad praesentiam suam . . . . et requirere eum de renovatione illarum treuguarum, quas fecit et renovavit secum alias Ser Franciscus Fuscolo . . . . Et in isto casu volumus, quia non est dubium, quod si erit in imperio, Basitus illum poni fecerit, quod si Januenses de Pera erunt secum in concordio, tu debeas procurare de ponendo nos etiam in pace secum, . . . etc.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch. 146. et 147.

CCX. 1398. Indict. VII. 27. Septembris.

Закључено: наложити управитељу Драчкомъ, да купи едну кућу, у коіой ће госпоя Воислава, сестра Ђорђа Топіе, моћи до смрти свое седити.

Capta. Insuper quia suplicatum nobis est pro parte dominae Voyslavae, sororis quondam domini Georgii Tobiae, olim domini Durachii, quod dominatio nostra dignetur habere respectum suae conditionis, videlicet quod propter parvam provisionem, quam habet, scilicet ducatorum centum in anno, opportet ire mendicando de domo in domum, et propterea dignemur eidem providere de una domo, pro sua habitatione. Vadit pars, quod mandetur rectori nostro dicti loci, quod expendere debeat, ducatos sexaginta in una domo, in qua ipsa domina habitare possit in vita sua, et post mortem suam reducatur in comune, pro complacentia ipsius domine.

Misti del Senato. XLIV. ch. 64.

CCXI. 1399. Indict. VII. 10. Junii.

Привилегія на Млетачко грађанство краля Босанскогъ Остое.

Privilegium Serenissimi domini Stephani Ostoya, dei gratia Rassie, Bosne Maritimeque et cet. cum suis filiis et heredibus; de intus et extra de gratia.

Anthonius Venerio dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam

amicis quam fidelibus et tam praesentibus quam futuris praesens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consvevit personas illustres et excelsas sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ipsorumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare et earum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis benevolentiae puritatem et devotionis plenitudinem, quam serenissimus et excelsus dominus Stephanus Ostoya, dei gratia Raxie, Bosne et cet. rex illustris, ad nostre magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus, benevolum et amicabilem se incessanter prebuit atque prebet. Votis suis et precibus affectuosius et gratiosius annuentes, ipsum serenissimum dominum Stephanum cum suis filiis et heredibus, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi

et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri utuntur et gaudent, idem serenissimus dominus rex in Venetiis et extra libere gaudeat decetero et utatur. In cuius rei fidem et evidentiam pleniorem, fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. (sic). Datum in nostro ducali palatio, ano dominicae incarnationis MCCCLXXXXVIIII mensis Junii die decimo, indictione septima.

Liber privileg. I-mus, charta 132.

CCXII. 1400. 21. Junii.

Одговоръ посланику господара Авлонскогъ, да Млетчићи немогу пріймити нѣгову землю подъ свою власть, него му саветую, да се држи противъ Турака, а да ће скоро добити помоћь одъ христіянски владаоца.

Quod respondeatur oratori domini Avalonae, qui hic est, ad illa quae nobis dixit pro parte domini sui, scilicet de volendo nobis dare loca sua, cum conditione quod nos debeamus providere de eo hic vel ibi, ita quod honorifice cum sua familia possit ducere vitam suam; quod nos cognoscimus, quod oblatio quam nobis facit ipse dominus suus de locis suis, procedit a sincera affectione quam habet ad nostrum dominium, de quo regraciamur sibi satis. Sed consideratis diversis

agendis, quae praesentialiter occurrunt nobis, propter quae male possemus in tot partibus providere, non videtur nobis de volendo acceptare et intromittere loca ipsa. Scimus tamen tanquam singularem amicum et verum Christianum svadere sibi quantum possimus, quod velit esse boni et constantis animi ad defensionem et conservationem locorum suorum, ita quod non vadant ad manus Turchorum, dissimulando cum eis quantum melius potest; quia habemus bonam spem in gratia Jesu Christi, quod illuminabit ita mentes catolicorum principum et dominorum ad providendum contra eos, quod tam ipse quam alii domini, qui vivunt sub timore ipsorum, poterunt stare et vivere, in locis et dominiis suis, pacifice et quiete; utendo his et similibus verbis, quae dominio circa istam intentionem utilia videbuntur.

Misti del Senato XLV. ch. 20.

CCXIII. 1400. 4. Novembris.

Капетану Млетачкомъ у Драчу налаже се, да пошлѣ у Млетке драгоценый накитъ, кои е негда бyо госпое Воиславе, сестре Ђорђа Топіе, и кои садъ ишту натрагъ Вукъ Бранковићъ и нѣгови синови.

Capta: Cum baiulus et capitaneus noster Durachii scribat, quod videtur sibi, quod corona et cercelli ei assignati per precessorem suum, tamquam de bonis condam magnifici domini Georgii Thopiae, spectent nostro comuni et non filiis domini Vul-

chi de Brancho, petentibus dictam coronam et cercellos tamquam bona condam dominae Voyslavae, quia dictus dominus Georgius dedit et dimisit civitatem Durachii et omnia sua bona comuni Venetiarum. Et bonum sit providere super hoc; vadit pars: quod scribatur et mandetur baiulo et capitaneo Durachii, quod debeant mittere Venetias per personam confidentem ad manus nostrorum officialium rationum veterum, dictam coronam et cercellos, ut postea possit per istud consilium provideri de dictis rebus sicut justum videbitur.

Misti del Senato XLV. ch. 38.

CCXIV. 1401. 4. Marcii.

Заключено, дати пуномоћіе дужду и нѣговомъ савету, да могу тайно уговарати и намирити се са Турчиномъ *Сайномъ*, комъ е Ђорђе Срацимировъ Балша, найпре предао Скадаръ, па га е после опетъ одъ нѣга отео и дао Млетчићима.

Cum sicut clare habetur et per experientiam apparet, dominus Georgius Strazmir est potissima causa insultus et derobationis, quae fiunt per Saynum Turchum in territoriis et districtibus nostris Scutari et illarum partium, et propter multos respectus faciat pro nobis, habere advertentiam et cogitare factis nostris, specialiter considerato, quod dictus dominus Georgius contrafecit pactis nostris, propter quod deliberatum est per nostra consilia, quod non detur amplius

ei aliqua provisio sicut habebat; et etiam considerato, quod dictus dominus Georgius dedit primo dicto Sayno Turcho locum Scutari, et postea illum eidem surripuit et postea illum dedit nostro dominio, de quo dictus Saynus non bene contentus praetendens ius habere in eodem loco, nunquam cessabit inferre molestias et gravitates contraere' nisi aliud remedium apponatur. Et non faciat pro nostro dominio, quod dictus locus veniat in manus Sayni Turci. Vadit pars: pro honore nostri dominii et refrigerio et quiete subditorum nostrorum illarum partium: quod collegium domini, consiliariorum, capitum, sapientum consilii et ordinum, habeant libertatem tractandi et conveniendi cum dicto Sayno, per illum secretum et bonum modum, qui praedicto collegio vel maiori parti videbitur, etiam si opus erit facere aliquam expensam pro praedictis, quae possit fieri et expendi sicut videbitur, quia omnia fient cum quam maiori honore et minori gravitate fieri poterit pro nostro communi.

Misti del Senato XLV. ch. 61.

CCXV. 1401. 8. Augusti.

Одговоръ посланику Константина господара Србскы' земаля, сусѣдны' Драчу, и нѣгове супруге Єлене, сестре Ђорђа Балше, захтеваюћи нека наслѣдства, оставлѣна одъ реченогъ Ђорђа Балше овой своіой сестри Єлени.

Cum iam pluribus, diebus comparuerit ad nostram praesentiam quidam ambassiator

Constantini domini Serviae, teritorii quod est circum circa teritorium nostrum Durachii, et ambassiator etiam dominae Helenae uxoris dicti Constantini, quae Helena fuit soror domini Georgii, qui nobis dedit civitatem Durachii, et dictus ambassiator petierit nomine praedictorum, sicut etiam scribunt per suas litteras: quod dictis Constantino et dominae Helenae fieri faciamus nostras patentes litteras, per quas concedamus eisdem, quod cum suis filiis, et similiter homines et subditi sui, cum eorum rebus et bonis, famulis et servitoribus, valeant stare, transire, recipi et tractari libere, amicabiliter et secure in locis et terris nostri dominii, per illum modum et sicut recipiuntur et tractantur nostri cives. Item petit dictus ambassiator pro partae dictae dominae Helenae, quod nobis placeat facere eidem dare et assignare aliquas res et bona, quae fuerunt condam domini Georgii Thopiae fratris sui, per ipsum donatas dictae dominae Helenae, ante mortem dicti domini Georgii. Quae res et bona detinentur in Durachio propter quoddam testimonium, quod fecit quaedam domina Goyslava, soror dicti domini Georgii et dictae dominae Helenae, ad quam Goyslavam non spectabant dictae res nec dicta bona, quia ipsa habuerat dotem suam, et dicta domina Helena nullam dotem habuerat, nisi donationem factam eidem, per dictum domi-

num Georgium. Et per baiulum et capitaneum nostrum Durachii nobis scriptum fuerit, quod consideratum esse necessarium, quod omnia blada et quelibet alia grassa, quae conducitur per terram Durachium, transeant per dicta loca dominae Helenae sive dicti Constantini viri sui, qui si vellent possent obstare, consulit bonum esse quod complaceatur sibi in eo quod fieri potest; Vadit pars: Quod respondeatur dicto ambassiatori cum illis bonis et amicabilibus verbis quae videbuntur dominio. Quod sumus contenti facere domino suo et dictae dominae Helenae nostras litteras patentes in forma necessaria, per quas possint ad suum beneplacitum cum suis filiis et similiter sui familiares cum eorum rebus et bonis quibuscunque, venire, transire, recedere et stare secure in Durachio et omnibus locis et territoriis nostris, ac debeant amicabiliter et favorabiliter recipi et tractari, prout tractantur et recipiuntur nostri cives. De mercationibus vero solvant in Durachio et in aliis civitatibus et locis nostris secundum consvetudinem. Ad alteram partem respondeatur, quod considerato quod non ostendit nobis aliquam scripturam nec aliquod testimonium, per quod de jure appareat dicta bona et res spectare ad dictam dominam Helenam, nec etiam altera pars cui dimissae sunt dictae res, non est praesens, nec aliquis pro eis, sed solum audivimus petitionem quam facit praedicta domina Helena sine aliqua

batione. Et quidam noster baiulus scribat, quod dictae dominae Helenae et viro suo Constantino dedit omnia quae dimittuntur per dictum testamentum et fecit jus eis; non videmus quod cum honore nostro et observatione juris et justitiae possimus aliud respondere ei super dicta parte, nisi quod scribemus regimini nostro Durachii peticionem suam, et mandabimus ei expresse, quod examinet diligenter et mature jura dictae dominae Helenae, et cum expeditione faciat dictae dominae Helenae sive suo procuratori juris et justiciae complementum, et in casu quo dictum nostrum regimen cognoscat de jure dicta bona eidem dominae Helenae spectare, debeat eidem ipsa assignari et dari facere. Quando vero videretur aliter dicto nostro regimini, nobis scribat examinationem quam fecerit et parere suum in dicto facto, quod postea providebimus prout nobis videbitur. Et sic scribatur et mandetur dicto nostro regimini ut supra dictum est. Incargando dictum nostrum regimen, quod cum omni diligentia et matura examinatione studeat inquirere, si id quod petit dicta domina Helena est verum et iustum, quia essemus valde contenti, quod habente ipsa jus fieret taliter, quod haberet causam amicari nobis et bene tractare nostros fideles deinde, avisando tamen dictum nostrum regimen, quod habeat bonam advertentiam, quod dictus Constantinus vel dicta domina Helena vel gentes suae, sub

praetextu dictarum nostrarum literarum patentium, non possint facere aliquid, quod foret incomodi dictae nostrae civitati Durachii. Et quia iste ambassiator non habet pecuniam pro expensis pro reditu, donentur eidem de pecunia nostri communis ducati decem.

Misti del Senato XLV. ch. 96.

CCXVI. 1401. Indict. X. 17. Novembris.

Одговоръ посланницима Ђорђа Срацимирова, господара Улцинскогъ, извинявающегъ се збогъ неки увреда, нанешены' Млетчиħима одъ нѣгови люди, да они ако и знаю, да є истина што се на нѣга доказуе, пристаю на помиренѣ, ако онъ даде удовлетворенѣ и ако накнади штете.

Capta: Quod respondeatur ambassiatoribus domini Georgii Stracimiri Dulcigni etc. Ad excusationes quas faciunt de sale derobato per subditos ipsius domini Georgii, secundum protestationem, quam alias sibi fecimus fieri et ad alia per eos exposita. Magnificus dominus Georgius Stracimiri scit bene esse veritatem ne dum de dicto sale nostro derobato per suos, sed et quod sui subditi, donec Turchi steterunt super territoriis nostris Scutari et Drivasti, portaverunt victualia et dederunt favores eis, denegantibus nostris fidelibus dictorum locorum victualia, et faciendo multa alia in maximum damnum dictorum locorum et introituum nostrorum de dictis locis. Sumus et certissimi quod

nostri rectores et praeteriti et praesentes scripserunt et informaverunt nos de veritate, ita quod in talibus non est faciendum aliquod dubium nec acceptanda aliqua excusatio. Sed nos sequentes vestigia nostrorum progenitorum, qui semper fuerunt benigni et nil aliud quaesiverunt ab amicis circumvicinis suis, nisi amorem et dilectionem et bonam vicinantiam, habito respectu quod una vice ipsum dominum recepimus in numero nostrorum nobilium, et audiendo quantum ipsi ambassatores affirmant, quod sua magnificentia cordialiter diligit nos et honorem nostrum; ut de bono in melius se disponat sicut speramus et credimus sine dubio, quia non habet causam aliter faciendi, tam propter caritatem quam sibi semper ostendimus, quam etiam quia nostra amicitia potest et debet ei esse cara et grata non modicum; sumus contenti pertransire secum amicabiliter in hunc modum. Videlicet: Quod emendam et satisfactionem salis nostri derobati per suos subditos, tam pro honore nostro, quam pro dando exemplum aliis, quod non accipiant res nostras sine nostra licentia, petimus et omnino volumus. Et propterea placeat dicto domino Georgio facere fieri nobis emendam et satisfactionem dicti salis derobati integraliter. Cum in casu quo sua magnificentia sit contenta facere fieri emendas et satisfactiones dicti salis, et ipsam satisfactionem fieri faciat cum effectu, inveniet nos paratos observare et adimplere circa factum

suae provisionis mille ducatorum annuatim, secundum quod promisimus et continetur in forma pactorum.

Ad factum barcharum salis quas ipsi petunt, dictum dominum posse accipere et habere de Durachio pro usu Dulçigni et Antivari, et ad factum quod possit facere adduci Dulcignum et Antivarum frumentum emptum in aliis terris per transitum super territoriis nostris; respondeatur: quod ut videat expresse nostram bonam voluntatem et dilectionem quam gerimus suae magnificentiae, sumus contenti facta emenda et satisfactione dicti nostri salis per suam magnificentiam, concedere ei de gratia ad beneplacitum nostri dominii, quod possit habere et extrahere de Durachio duas barchas salis pro sua pecunia, de ducentis modiis pro qualibet, et conducere ipsas Dulcignum et Antivarum pro usu dictarum terrarum, solvendo dacia solita nostrae terrae Durachii. Similiter sumus contenti, quod possit de aliis terris facere conduci dictum frumentum super territoriis nostris per transitum, pro usu dictarum suarum terrarum; salvo si dictum frumentum non erit nobis necessarium pro terris et locis nostris. Concludendo quod mandabimus rectoribus nostris Scutari et Durachii, quod super facto suae provisionis mille ducatorum et super aliis duabus partibus, de duabus barchis salis et de frumento debeant, postquam sci-

verant a certo, dictum dominum Georgium fecisse fieri emendam et satisfactionem salis derobati, adimplere et observare secundum quod ipsis recomendavimus.

Et ut possimus scire quantam quantitatem pecuniae debeamus et possimus petere pro damno dicti nostri salis derobati, debeat scribi et comitti comiti et capitaneo Scutari, quod debeat facere examinationem, tam cum illo qui habebat dohanam dicti salis, quam cum quolibet alio, qui ei videbitur super dicto facto, et per suas litteras quam prestius poterit nos informare ad plenum ad quantam quantitatem pecuniae ascendit damnum praedictum, et de omnibus de quibus videretur ei necesse esse nos habere informationem circa praedicta et alia necessaria, ut de hinc possimus definire secundum quod erit necessarium in hoc facto.

Misti del Senato XLV. ch. 120.

CCXVII. 1401. Indict. X. 28. Decembris.

Посланику Хервое войводе Босне, кои моли да недаю Млетчићи помоћь Сплећанима, кои су узели нѣговъ градъ Омишъ, него да нѣму буду у помоћи, одговорити да имъ е жао што е оштећенъ, но да се они немогу у те послове мешати.

Capta. Cum dominus Ludovicus de Mathafaris, pro parte Creuoy de Bossina cum litteris credentialibus nobis exposuerit, quod aliqui inimici sui de Spaleto,

occupaverunt locum Almisii, quod est suum et ad ipsum spectat, et rogaverit nostrum dominium, quatenus nobis placeat non dare auxilium nec favorem dictis suis inimicis, sed potius favere sibi, tanquam civi et amico nostro, et super hoc dictus dominus Ludovicus volens hinc recedere, sollicitet instanter responsionem. Vadit pars, quod respondeatur dicto ambassiatori, quod habemus dictum dominum Creuoy in carum civem et amicum nostrum et semper fuimus et essemus parati ad omnia grata et benplacita suae magnificentiae, et non modicum displicet nobis, quod fiant contra eum res, quae sint sibi molestae et in damnum suum, sed consideratis omnibus, non videtur nobis honestum de impediendo nos in factis predictis, et propterea placeat suae magnificentiae habere nos excusatos.

Secr. Cons. Rogat. Lib. I. ch. 46.

CCXVIII. 1402. Indict. X. 20. Aprilis.

Одговоръ посланику краля Босанскогъ, кои явля да краль жели на мору сазидати тврдиню и пристаниште, и моли да му Млетчиħи буду у помоħи противъ они, кои бы му у томе бранили, како Млетчиħи мисле да онъ може у своіой земльи чинити што држи за добро, али да се они у тай посао немогу плести, нити збогъ тога съ кимгодъ заратити.

Capta. Quod respondeatur isti oratori serenissimi domini regis Bossinae, ad ambasiatam quam nobis exposuit parte sua effectualiter continentem, quod dictus dominus

suus rex deliberabat velle fieri facere, pro utilitate et commoditate regni sui et subditorum suorum, unum locum et unum fortilicium ad marinam cum portu, ut mercatores nostri et alii haberent commoditatem possendi ire ad dictum locum, traficare et mercari cum suis; et quia optabat, quod principaliter nostri haberent istud commercium, cum civis et Venetus noster esset, mittebat ad presentiam nostri dominii, a quo volebat consilium et favorem nostrum, ad faciendum dictum locum et cet. Quod sicut serenitati suae notorium esse potest, nos sincere semper dileximus serenissimos predecessores suos reges, et diligimus cordialiter maiestatem suam, et generaliter omnes mercatores et subditos suos; et si cognoscit quod constructio dicti loci possit esse utilis et commoda ipsis subditis et regno suo, quod potest facere et deliberare sicut maiestati suae videtur et placet, quia omnis deliberatio sua placebit nobis, non dubitantes, quod in illo, si construetur, et in omnibus aliis suis, sicut se offert, semper tractaret mercatores et subditos nostros favorabiliter et benigne, et de hoc sibi regraciamur, quantum possumus. Verum quia petit velle habere favorem nostrum, in casu quo aliqui vellent obstare sibi, quod non construeret dictum locum, ad istud dicatur sibi, quod in locis suis possit facere ad benplacitum suum et nescimus qui obstarent, et si aliqui obstarent, possent esse persone cum quibus

essemus in pace, et essendo in pace secum, nollemus intrare cum aliquo in guerram, quia hoc cum honore nostro facere non possemus.

Secr. Cons. Rogator. Lib. I. ch. 57.

CCXIX 1402. Indict. X. 30. Julii.

Заключено о трошку господе Контарено послати едногъ посланика у Дубровникъ и кнезу Стефану, господару Рашке землѣ, и къ нѣговой матери кнегиньи, да изпита велику штету, кою су та господа претрпила одъ реченогъ кнеза Стефана, по наговору Марина Градића, властела Дубровачкогъ, живећегъ у двору истогъ кнеза Стефана.

Capta: Cum nobiles viri ser Stefanus et ser Benedictus Contareno fratres, comparuerint coram dominio, conquerentes, quod propter procurationem cuiusdam Marini de Gradi Ragusei, qui stat in curia comitis Stefani, domini Rasciae, et multum potest apud eum, ipsi damnificati fuerunt per dictum comitem Stefanum in magna summa pecunae, pro qua recuperanda etiam perdiderunt et spendiderunt ultra ducatos sexcentos, super quibus fuit scriptum alias comunitati Ragusii, cum civis suus fuisset principalis causa, propter quam haberunt dictum damnum, et etiam missus providus vir Johannes Ravagnano, et examinato negotio male possit hic haberi tanta claritas istius facti, quod possit in eo procedi. Vadit pars: cum dicti nobiles contenti sint, quod ad suas expensas mittatur unus nuncius, et tam ad civitatem Ragusii, quam ad ipsum comitem Stefanum, cum illa

comissione, quae videbitur dominio, pro possendo habere tantam lucem istius facti, quod possit secundum quod justum fuerit subveniri. Vadit pars: quod collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum consilii et ordinum, habeat libertatem mittendi unum nuncium ad expensas praedictorum, tam ad comunitatem Ragusii, quam ad ipsum comitem Stefanum et dominam comitissam eius matrem, cum illa comissione, quae eis vel maiori parti utilis et necessaria apparebit, pro veniendo in lucem et declarationem veritatis. Ita quod illa habita possit postea provideri ad indemnitatem nostrorum civium, sicut utilius et melius apparebit.

Misti del Senato XLVI. ch. 36.

CCXX. 1403. 16. Marcii.

Заключено послати єдногъ посланика кнезу Стефану Рашкомъ, кои да уговори условія подъ коима бы Млетчићи могли трговати у нѣговимъ землямa.

Cum territoria et loca magnifici domini comitis Stefani de Raxia, proxima sint territoris et locis nostris Scutari et Drivasti, et sicut notum est omnibus, in locis et partibus dicti domini comitis multum fit de mercantia et magna lucra, et specialiter per Raguseos et alios; unde considerato quod bonum ymo necessarium est, dare etiam quod mercatores nostri possint ire et traficare in dictis partibus, habito respectu ad conditio-

nes aliarum partium et locorum in quibus nostri mercatores consveti sunt mercari. Vadit pars: quod mitti debeat ad dominum comitem Stefanum praedictum, unus noster ambaxiator cum illa comissione, quae ei dabitur per istud consilium, qui ambassiator eligi debeat per duas manus electionum in hoc consilio, et unam per scruptinium, inter dominum, consiliarios, capita de pl. et sapientes ambarum manuum, et possit accipi de omni loco et officio, respondeat infra terciam diem et debeat ducere secum quinque famulos et tres ragatios, et unum qui sit trucimanus et expenditor, unum cochum et unum notarium cum uno famulo, possendo expendere quolibet die de pecunia nostri comunis, ducatos quinque in omnibus expensis quomodolibet ocurrentibus, non intelligendo in hoc agocia equorum, nec nabula navigiorum. Dictus vero ambaxiator pro suo labore habere debeat pro toto isto viagio ducatos ducentos, cum conditione, quod teneatur facere sibi duas vestes pulcras, valoris adminus ducatorum CXX. inter ambas. Sed quia non esset justum, quod comune nostrum haberet onus dictarum expensarum et mercatores utilitatem; ordinetur, quod de cetero, de omnibus mercantiis et rebus quae conducentur Dulcignum, et a Dulcigno superius versus illas partes, debeat solvi una cum dimidia pro ·C· valoris dictarum mercantiarum et rerum; quae una et dimidia exigatur per nostros vicedo-

minos tabulae maris. Et si aliquis contrafecerit in non solvendo vel defraudando datium praedictum, cadat de ·XXV· pro ·C· quae pena subiaceat fractorem et ordinibus controbannorum; et duret dicta exactio donec comune nostrum erit satisfactum de pecunia quam expenderit occasionibus suprascriptis.

Capta. Caput de XL. ser Antonius a Becholis, et ser Rambertus Quirino sapiens consilii, volunt quod mittatur unus sufficiens nuntius, per illum modum, qui videbitur collegio, cuius comissio fiat in hoc consilio; et ubi dicitur quod mercationes solvant unam et mediam pro ·C· quod solvant solummodo unam, donec erit satisfactum comuni de pecunia quam expenderit dicta de causa.

Misti del Senato XLVI. ch. 68.

CCXXI. 1404. 2. Aprilis, in Visoko.

Привилегія кою e дао Остоя краљ Босне Млетачкимъ трговцима, да могу по нѣговимъ землямa слободно трговати.

Copia privilegii obtenti per dominum Marcum Dandulo, ambaxiatorem ad serenissimum dominum regem Hostoya Bossine etc. pro comodo Venetorum subditorum, et fidelium Venetiarum.

Hostoya dei gratia Rassie, Bossine, et partis maritime etc. rex. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens pri-

vilegium inspecturis, salutem, et sincere dilectionis affectum. Per ea que dicta et tractata sunt inter nos, et egregium et nobilem virum dominum Marcum Dandulo, ambassiatorem illustris et excelsi domini domini Michaelis Steno, dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum, et superhinde habito bono et maturo consilio cum magnificis et potentibus dominis, comite Paulo Radinovich, voyvoda Vochomir Jurevich, voyvoda Paval Elisich, et voyvoda Radiz Sanchovich, et comite Radoe Radosalich, baronibus nostris, ac etiam cum consilio quam plurium nobilium, et militum apud nos existentium, de omnium predictorum optima voluntate et consensu, cum nostris heredibus et successoribus, ex nostra spontanea voluntate, bono amore et sincero corde concessimus per hoc presens nostrum privilegium, eidem nobili viro domino Marco Dandulo, ambaxiatori illustris et excelsi domini domini Michaelis Steno, dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Quod omnes Veneti subditi et fideles illustris et excelsi domini domini ducis et comunis Venetiarum, possint libere et secure sine aliquo impedimento et molestia, et sine solutione alicujus datii, pedagii, vel gabelle tergovine, vel aliqua alia solutione, cum eorum personis famulis barchis valisiis capsis pannis et arnesiis, armis et cum equis et saumis, et cum eorum mercantiis,

pecunia, et bonis et aliis rebus suis quibuscumque, accedere mittere stare et mercari in qualibet parte nostri regni. Et similiter posint libere et secure, sine solutione alicujus datii, pedagii vel gabelle tergovine, vel aliqua alia solutione, extrahere vel extrahi facere de qualibet parte nostri regni mercantias, pecunias, et res quascumque voluerint. Item promisimus eidem domino Marco Dandulo, ambassiatori ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, quod precipiemus, et cum effectu faciemus, quod omnes nostri rectores, castellani, zuppani, judices, et alii offitiales nostri regni, dabunt auxilium et favorem neccessarium supradictis Venetis subditis et fidelibus Venetiarum. Et quod providebitur, quod in qualibet parte nostri regni, ad quam declinabunt predicti Veneti subditi, et fideles Venetiarum, habebunt domos pro eorum habitatione, solvendo quantum est conveniens, et quod tractabuntur in qualibet parte nostri regni favorabiliter et benigne. Item concessimus eidem domino Marco Dandulo ambaxiatori ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, quod flumen Narenti et omnia alia flumina ac omnes alie aque dulces et salse, totius nostri regni, sint aperte Venetis subditis, et fidelibus Venetiarum, taliter, quod libere et secure, de die et de nocte, in tempore pacis et in tempore guerre, possint cum navigiis, galeis armatis, barchis, et cum omni alio genere navigiorum; cum suis mer

cantiis denariis et bonis quibuscunque, venire, stare et redire sine solutione alboragii, fundagii, datii tergovine vel alicujus solutionis, Intelligendo quod supra dicti Veneti subditi et fideles Venetiarum, non possint se impedire de sale, nisi ex consensu et voluntate nostra. Item promisimus supra dicto domino Marco Dandulo, ambaxiatori dicti domini ducis et comunis Venetiarum, quod in casu quo in aliqua parte nostri regni aliquis Venetus vel fidelis vel subditus Venetus esset derobatus, vel quod ei aliquid ex vi raperetur, satisfaciemus et solvemus ei de nostris bonis propriis totum id, quod sibi derobatum et raptum fuisset, usque ad integram suam solutionem. Item promittimus, quod de brevi fieri faciemus monetam nostram, que accurreret per totum nostrum regnum taliter, quod predicti Veneti subditi et fideles Venetiarum erunt equales omnibus nostris subditis, et aliis quibuscunque forensibus, qui venirent in nostro regno. Si vero deliberaremus quod non fieret nostra moneta, promittimus facere cum effectu, quod moneta dicti domini ducis et comunis Venetiarum accurreret per totum nostrum regnum, sicut accurrit ad presens moneta Ragusiensis. In quorum fidem, et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus, et bulla nostra majoris sigilli pendente muniri.

Datum apud Visochium, die vigesimo secundo Aprilis MCCCCIIII.

Comemoriale IX. ch. 159. et XI. ch. 86.

CCXXII. 1405. Indict. XIII. 24. Marcii.

Одговоръ посланицима Хервое, ноленегъ Млетчиһе за две галіе, да му ій засадъ немогу дати.

Capta. Quod respondeatur oratoribus Crauoie, ad requisitionem quam nobis fecerunt, quod velimus sibi complacere de duobus corporibus galearum cum suis fulcimentis necessariis, pro suis pecuniis et cet. Quod magnificus dominus Creuoia debet esse certissimus, quod propter optimam dispositionem, quam semper vidimus ipsum habere ad benplacita et commoda nostri status, nos cordialiter diligimus magnitudinem suam, et complaceremus sibi in omnibus possibilibus, tamquam amico carissimo; sed veritas est, quod nos presentialiter non sumus ita copiosi galeis, sicut vellemus; ymo propter guerras, quas presentialiter habemus, multae sunt nobis necessariae, sine quibus facta nostra facere non possemus. Sumus etiam propter guerras Lombardiae, ita male fulciti lignaminibus aptis ad fabricam et constructionem galearum, quod male videmus pro presenti posse de illis nos fulcire. Ordines nostri expresse prohibent, quod quando civitas nostra est in guerra et novitate, ut sumus ad praesens, tales galee extrahi non possint de terra nostra, et propter istas rationes et causas rogamus ipsum magnificum dominum, Creuoiam, nostrum amicum carissimum,

quod si non complacemus magnitudini suae, velit habere nos rationabiliter excusatos.

Ser Nicolaus Barbo consiliarius vult: quod complaceatur dicto domino Crauoie de duobus corporibus, illis videlicet quae videbuntur collegio, cum suis fulcimentis et pro suis denariis. Sed si potius placeret dicto domino, facere fieri dicta duo corpora galearum in Venetiis de novo cum suis fulcimentis, etiam complaceatur sibi.

Secr. Cons. Rogat. Lib. II. ch. 100.

CCXXIII. 1405. Indict. XIII. 3. Augusti.

Одговоръ посланику општине Которске, колеће да ю Млетчиња прійме подъ свою власть, да то засадъ немогу учинити.

Capta. Cum comparuerit ad presentiam nostram, unus ambasiator comunitatis Catari, exponens inter alia, quod comunitas sua, tanquam devoti et fideles nostri, vellent esse et submittere dominationi nostri, et rogavit ut vellemus ipsos acceptare et cet. Vadit pars: quod respondeatur dicto ambassiatori, quod videmus et cognovimus bonam dispositionem et intentionem suae comunitatis erga nostrum dominium et mercatores nostros in loco suo conversantes, propter quod habemus et habere intendimus dictam suam comunitatem recomissam. Ad requisitionem autem quam facit, occupati circa guerram presentem, quam habemus cum do-

mino Paduano, et circa multa alia, non videmus pro nunc posse facere secundum requisitionem suam; et propterea pro nunc ad omne suum beneplacitum, potest in bona gratia ad patriam remeare, et illam comunitatem nostri parte ortare, quod sit unanimis et perseveret in ista bona dispositione erga nos, nam per gratiam Jesu Christi presto exibimus de ista guerra et cotidianis laboribus et occupationibus, et poterimus postea cum alacri animo attendere ad ea, que erunt cum honore nostro et contentamento suo.

Secr. Cons. Rog. Lib. II. ch. 134.

CCXXIV. 1405. 7 Augusti.

Дае се слобода капетану Кулфа и кнезу Скадарскомъ, да могу обеѣати до хиляду дуката годишнѣгъ доходка онима, кои іймъ даду у руке Балшу Срацимира и нѣгову матерь.

Capta. Quia capitaneus noster Culphy scribit dominio nostro, quod si habiusset libertatem expendendi aliquam pecuniae quantitatem, vere habuisset in manibus et potentia sua Balsam Stracimir et eius matrem, qui si caperentur, de contracta nuper acquisita per dictum nostrum capitaneum nullatenus posset dubitari, nam non est aliquis de prole Stracimir praeter Balsam suprascriptum; scribatque quod habet quendam tractatum prae manibus, habendi praedictos in manibus suis, si valebit obtine-

re licentiam praedictam. Vadit pars: pro omni bona causa et respectu, quod detur libertas ipsi nostro capitaneo Culphy et similiter comiti et capitaneo Scutari, ambaxiatoribusque nostris in dictis partibus existentibus, possendi promittere de introytibus de inde, illi vel illis qui sibi darent dictum Balsam et matrem eius in suis manibus, usque ad quantitatem ducatorum, in quingentos usque mille, ad partes ad partem, sicuti melius poterunt, pro bono nostri communis, singulo anno; quae quidem provisio erit illa provisio, quam habebat dictus Balsa.

Misti del Senato. XLVII. ch. 15.

CCXXV. 1405. Indict. XIV. 13. Septem.

Одговоръ посланицима краля Босне и Хервое, прво да се Млетчиѣи неѣеду мешати у Которъ, а друго да намеравају за себе задржати Улцинъ, Будву и Баръ, кое су узели одъ Балше сина Ђорђа Срацимира и нѣгове матере Єлене, а кое посланици ишту за Сандала.

Capta. Quod respondeatur oratoribus serenissimi domini regis Bossinae et similiter Creuoie, ad ambasiatam nobis expositam parte sua, per quam ipsi requirunt a nostro dominio, si nos volumus impedire de factis Catari, cum ad ipsos spectet locus predictus; quod veritas rei est, quod alias nos fuimus requisiti de volendo nos intromittere de factis dictae terrae, et quod nos noluimus nos intromittere de dictis factis nec volumus, et ita est nostra in-

tentio, et si erunt et remanebunt contenti, de ista nostra responsione ben quidem, quum autem non remanerent contenti, sed dicerent et peterent, quod dicemus, si nos impediemus, tunc dici sibi debeat, quod noluimus nos impedire nec volumus, nec impediemus in complacentiam dominorum predictorum.

Ad alteram partem, in qua faciunt mentionem, de locis Dulcigni, Bude et Antivari, aquisitis per nos, de quibus nos rogant, quod in casu quo velimus exire de illis locis, debeamus complacere Sandali amico suo; responderi debeat, quod veritas rei est, quod dum vixit dominus Georgius Strazamiri, nos viximus secum in bono amore et benivolentia, et nunquam inter eos et nos fuit aliqua causa erroris vel novitatis, nec fuisset parte nostra, nisi processisset a domina Helena, consorte sua, et a domino Balsa filio suo, qui fracta fide et promissionibus suis, armata manu et hostiliter arripuit nobis loca nostra, faciendo etiam nobis multa alia damna notabilia, propter quod vigilantes ad recuperationem eorum et ad nostram vindictam, sicut domino placuit, qui est justus judex, nos recuperavimus loca nostra, et aquisivimus de suis; quae loca tanquam nostra et bene ác juste aquisita, tenemus et dispositi tenere sumus, et gubernare ad honorem nostrum, sicut facimus alia loca nostra, sperantes in divina gratia, cum juste illa aquisiverimus, quod poterimus per longa

tempora conservare, ad honorem dictorum dominorum suorum et aliorum nostrorum amicorum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. II. ch. 147.

CCXXVI. 1406. Ind. XIIII. 30. Marcii.

Наставленѣ за посланика Млеѣачкогъ у Цариграду, да яви Грчкомъ цару меѓу осталимъ, како су Млетчићи пос̂лали къ султану Турскомъ Мусулману Чалабіи, да се туже на Єлену удовицу Ђорђа Срацимира и на нѣногъ сина Балшу, и да га моле да овима недае помоћь.

Capta. Cupientes quod loca nostra omnia quae possint damnificari a Turchis, et notanter loca Scutari et alia loca que habemus in partibus Albaniae, conserventur et non molestentur ab eis, mittere providimus ad imperatorem eorum Musulumanum Ćalabi in nostrum ambasiatorem, nobilem virum Franciscum Justinianum, cum istis duabus galeis, videlicet vicecapitaneum nostri Culphy ser Georgii Lauredano, et cum galea nostra Nigropontis, et comisimus ac mandamus sibi multis respectibus et causis, quod deposito eo in terram, cum dictis duabus galeis veniat usque Constantinopolim, ubi non possit stare ultra unam diem, non computata die sui recessus, a quo ser Georgio eritis plenarie informati oretenus de omnibus, quae habuerint et senserint in via sua. Providimus etiam vobis scribere et significare presentibus mandantes cum nostris consiliis rogatorum et

additt., quatenus quanto prestius poteritis esse debeatis ad presentiam domini imperatoris, et sibi dicere parte nostra, cum illis utilibus verbis et pertinentibns, quae vestrae sapientiae videbuntur, qualiter sicut suum imperium bene novit, honorabiles oratores sui fuerunt ad nostram presentiam, et inter alia per suam excellentiam sibi comissa, fuerunt pluries nobiscum et cum nostris nobilibus pro facto treuguarum, quibus si deo placuisset optabamus, quantum in nobis erat, quod optatus finis et conclusio praestaretur, et optamus ad praesens, sed in effectu per illa quae comprehendere et videre potuimus, de omnibus cum eis in concordio fuissemus, salvo quidem de facto Tenedi, de quo multis hinc inde discussis et reperto uno modo satis rationabili et honesto, dixerunt a maiestate sua non habere aliquam libertatem, propter quam causam cessavit conclusio eorundem. Sed quia optamus vivere cum imperio suo sancto et cum sua maiestate in illo amore et benivolentia, in quibus nostri predecessores semper vixerunt cum antecessoribus suis, mandamus vobis quod in casu quo placeat maiestati suae, quod dictae treuguae concludantur, secundum libertatem quam a nobis habetis, cum reformatione capituli Thenedi, in forma presentibus interclusa, cuius similem oratores sui habuerunt a nobis, vos illas treuguas in bona gratia firmare et concludere debeatis; et sic volumus quod per

vos fiat, salvo si dominus imperator predictus in aliquo processisset vel procederet, ad reparationem Thenedi et edificationem, quia in isto casu nolumus quod de treuguis predictis sibi faciatis aliquam mentionem, ymo comisimus vicecapitaneo nostro predicto, quod sibi et quibuscunque aliis de ipsa edificatione se impedientibus debeat protestari. Et quia non dubitamus, quod ipse dominus imperator dabit operam de sentiendo a vobis causam missionis nostri oratoris ad Turchum, volumus, quod si hoc sequetur, vos debeatis dicere suae serenitati, quod multis magnis et intolerabilibus injuriis lacessiti per dominam Helenam, consortem condam domini Georgii Stracamiri et Balsam eius natum, qui immemores beneficiorum receptorum per patrem et eos a nobis, contra fidelitatem et civilitatem suam, et contra suum sacramentum, hostiliter nobis arripuerunt loca nostra, processimus hostiliter contra eos et loca sua, et favente domino justitiam et causam nostram, de terris eorum expulimus, et illas nostrae submisimus ditioni, et quia nostri qui sunt in dictis partibus, scripserunt nobis, quod ipsi cum favore Turchorum quaerunt ipsa loca facere molestari, quodque id facturi sunt, ymo iam in parte fecerunt, nisi a suo domino aliud habeant in mandatis, propter istam causam deliberavimus mittere nostrum oratorem ad ipsum imperatorem, ad procurandum, quod velit talia et sic efficacia man-

data facere capitaneis gentibus et subditis suis, quod civitates terrae et loca nostra omnia conserventur a qualibet ipsorum molestia et novitate, et quod tractentur amicabiliter et favorabiliter. Insuper avisamus vos pro comforto vestro et aliorum nostrorum mercatorum, quod informati de morte condam ser Petri Aymo militis, quem habuimus multo tempore in Janua causa vobis nota, et sententes, dispositionem Januensium esse de volendo omni causa remota, quod omnes differentiae sopiantur, quae inter eos et nos sunt, misimus de presenti unum alium nostrum oratorem ad illas partes, sperantes ymo quasi a certo tenentes, quod omnia fine pacifico concludentur, ita quod sicut propositi nostri est, mittemus anno presenti, de navibus et galeis nostris ad viagia Romaniae et maris maioris, secundum quod soliti eramus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 9.

CCXXVII. 1406. Ind. XIV. 30. Marcii.

Наставленѣ и пуномоћіе за посланика Млетачкотъ Франциска Юстиніяни, кои иде Турскомъ султану Мусулману Чалабіи.

Capta. Quo fiat comissio nobili viro ser Francisco Justiniano, ambassiatori nostro ituro ad Musulmanum Čalabi imperatorem Turchorum, in hac forma, videlicet.

Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili

viro Francisco Justiniano dilecto civi et fideli nostro, quod in nomine Iesu Christi vadas noster ambasiator solennis cum ista galea nostra Lauredana, quam mittimus ad partes Levantis, ad presentiam excelsi et magnifici domini Musulmani Čalabi, magni admirati Turchorum, et cum applicueris ad presentiam suam, facta primo eidem debita et honorabili salutatione et oblatione, nostris credentialibus literis presentatis, ipsum tanquam intimum amicum nostri dominii salutabis parte nostra, offerendo nos statumque nostrum ad quaelibet grata et conformia votis suis.

Subsequenter exponere debeas, quod imittantes nostrorum vestigia precessorum, qui maximam affectionem gesserunt illustri condam genitori suo, et predecessori eiusdem; et e converso ipsi predecessores sui nostro dominio, misimus te in nostrum honorabilem ambasiatorem ad presentiam suam, et hoc principaliter pro visitando celsitudinem suam, et insimul congaudendo de felicibus successibus suis, quos tanquam proprios reputamus et reputare intendimus in futurum, cum mens nostra sit tantum bene disposita versus magnitudinem suam, quantum plus esse possit, sperantes ymo a certo tenentes, quod sua excellentia et excelsa sua potentia similiter vigilat versus nos et statum nostrum, et ut ista nostra sincera dilectio perfectaque caritas clarius elucescat, sumus dispositi cum licentia sua mit-

tere de nostris mercatoribus et civibus ad partes et loca sua, causa frequentandi et utendi sum suis mercationibus et bonis, quemadmodum facere solebant, quod erit in maximam exaltationem sui nominis et introituum suorum, nec non commoditate nostrorum mercatorum predictorum, quos debeas procurare de avantagiando tam in daciis, quam in omnibus aliis cum dicto domino Musulmanno Çalabi. Et cum his et aliis verbis induturis quae tuae sapientie videbuntur, debeas inducere predictum dominum Turchum, quod sibi libeat fieri facere sua mandata omnibus suis subditis ad plenum, tam per mare quam per terram, per que nostri cives possint secure, pacifice, quiete et sine aliqua molestia vel novitate, ire, morari, conversari et mercari in terris et locis suis, stare et inde recedere, ad omnem eorum libitum et voluntatem, ac quod eidem non inoventur ultra solitum aliqua daci vel gabelle, prout et sicut sumus dispositi erga subditos suos in locis et terris nostris facere vice versa. Et etiam sibi liceat consideratis omnibus suprascriptis de solita benignitate sua, concedere, quod possimus mittere unum nostrum consulem ad loca sua, pro commodo nostrorum mercatorum.

Et ut sua celsitudo sciat et cognoscat nostram bonam voluntatem eidem intimamus, quod nostrum dominium est dispositum velle vivere in pace et bono concordio cum eo,

et tractabimus et tractari faciemus omnes suos subditos fraterne amicabiliter et benigne, secundum formam pactorum alias firmatorum inter progenitores suos illustres et dominium nostrum, quorum copiam non dubitamus esse penes magnitudinem suam, et sic speramus, quod versa vice sua excellentia habebit recommissos subditos et loca nostra. Sed si ipse imperator peteret quod faceremus, si haberet guerram cum aliquo, tunc dicas et respondeas, quod habeat guerram cum quocunque velit, dominatio nostra est disposita habere et vivere in pace secum, verum quia non observantur nobis illa quae promissa fuerunt per eum, ut videbis per copiam compositionis tractatae alias secum per nostrum oratorem, de quibus omnibus habebis in Nigroponte plenam informationem, comittimus tibi, quod habita dicta informatione in Nigroponte procures toto posse, quod illa quae restant nobis fieri et observari, effectualiter et totaliter observentur;

Ceterum sicut potest esse notorium excellentiae suae, iam multo tempore habuimus civitates et territoria Scutari, Drivasti et aliorum locorum partium de inde, a domino Georgio Strazamiri, tamquam domino locorum predictorum; pro certa pecuniae quantitate, quae loca possedimus et ad presens possidemus pacifice et quiete. Est verum, quia est circa annus quod Balsa Stracamiri filius condam domini Georgii

suprascripti, immemor beneficiis illatis et datis condam suo patri, non sequens vestigia eiusdem, qui fuit intimus amicus nostri dominii, fraudulenter et contra sacramentum suum nobis surripuit dictas civitates Scutari et alia territoria nostra, quod postquam ad notitiam nostram pervenit, condolentes ultra modum, tandem ferendo omnia patienter, misimus nostram ambasiatam ad predictum Balsam, ortando rogando et requirendo ipsum, ut sibi placeret terras et loca nostra intercepta per ipsum facere nobis restitui, sicut erat justum, promittentes penitus oblivisci iniurias et offensiones factas nobis per eundem, ac reducere ipsum ad gratiam et benignitam nostram. Secutum fuit enim, quod perseverante ipso Balsa in sua prava dispositione, dicta loca nobis restituenda penitus recusavit, unde non valentes aliter facere cum honore nostro, quin providere, quod idem Balsa penam lueret de comissis, providimus visitare dictum Balsam cum potenti armata galearum et navigiorum nostrorum tali modo, quod mediante gratia dei, et iustitia nostra, recuperavimus civitates et loca nobis surrepta, et etiam aquisivimus potenter omnes et singulas civitates et terras, quas occupabat Balsa predictus, et ipsas tenemus et possidemus ad presens pacifice et quiete. Sed quia per litteras rectorum nostrorum in dictis partibus existentium, exstitimus nuperrime informati, quod diebus proxime ellapsis, que-

dam magna quantitas Turchorum, nulla nostra seu rectorum nostrorum precedente causa, cucurrit super territoria nostra Scutari et aliorum locorum nostrorum de inde, inferrendo maxima damna et incendia, in grave damnum subditorum nostrorum predictorum, quae omnia processisse censemus praeter mentem et conscientiam suam, eapropter magnitudi nem suam rogamus, quatenus sibi libeat praecipere et sic efficaciter ordinare capitaneis et subditis suis quibuscunque, confinantibus cum dictis nostris locis, Scutari, Coroni et Mothoni, Neapolis, Nigropontis et ceterorum locorum nostrorum, quod in futurum sibi caveant ab inferendo et fieri permittendo aliqua damna, gravamina aut offensiones subditis et fidelibus nostris praedictis, sed potius ipsos tractent et tractari faciant favorabiliter et benigne, prout in sua excellentia plene speramus. Et quia occurrere posset, quod dominus praedictus tibi diceret, dicta loca ad eum spectare et pertinere, et quod sua sunt, tunc debeas subtrahere de mente sua, quod dicta loca sua sint, ymo erant condam domini Georgii Strazamir, qui tanquam dominus locorum praedictorum, habens merum et mixtum imperium, nostro dominio Scutarum, Drivastum et alia loca sua consignavit, et illa quae nuper cepimus, potenter cepimus et sic tenemus tamquam bona hostis et rebellis nostri, ita quod cum omni reverentia loca predicta nullatenus ad ipsum

possint spectare, nec pertinere; et cum his et aliis verbis, quae tuae sapientiae videbuntur, subtrahere debeas ista talia de mente sua, si vero pur remaneret constans in sua opinione sua, dicens quod Balsa erat censuarius suus, et quod omni anno sibi dabat certum censum pro locis predictis, tunc respondere debeas, quod nostra dominatio nunquam de terris et locis nostris exibuit aliquem censum alicui, et propterea perventis dictis civitatibus et terris ad manum nostri dominii, ipse sunt libere et franche, et pro ipsis nullum censum ullatenus solveremus alicui, quum autem ipse civitates et loca erant supposita aliis dominis, ipsi poterant facere et disponere de locis predictis ad omne suum beneplacitum; et cum his et aliis verbis persuasivis procurabis removere ipsum dominum Turchum ab ista sua dispositione, quam optinere putamus tua sollicitudine et industria mediante. Quando dominus imperator predictus pur staret constans in volendo censum, quem habebat ab aliis dominis, volumus quod eidem dicere debeas, quod ut sua serenitas videat et patenter cognoscat, nostram perfectissimam sinceritatem, quam ad ipsam portamus, et ut non deficiat, quin bona pax sequatur inter eum et nos, sumus dispositi et placet nobis, in signum bonae et perfectae amicitiae domino concedente perpetuo duraturae, quod omnes et singulae civitates nostrae: S c u t a r i, D r i v a s t i, D u l c i g n i et aliarum terrarum et loco-

rum nostrorum Albaniae, simul dent et consignent seu dari et consignari faciant scudele suae excellentiae, vel quibus duxerit ordinandum, ducatorum ·II· mille singulo anno de introitibus locorum praedictorum, et pauciores si poteris obtinere, conditione et pacto expresso, quod idem dominus imperator teneatur et debeat, quotiescunque aliqua gens, cuiuscunque conditionis existat, militaret ad damna territoriorum nostrorum predictorum ac subditorum, quod tunc ad omnem requisitionem nostri capitanei et rectorum nostrorum, qui erunt in locis predictis, mittere in suum subsidium gentes sufficientes pro succursu et deffensione locorum predictorum.

Preterea cum in partibus et locis subiectis suae magnitudini intelleximus esse quam plures nostros cives et fideles captivatos etc.

. . . .

Fecimus tibi dare exema ad valorem ducatorum mille . . . . . easdem res et exema eidem domino imperatori et aliis qui tibi videbuntur, pro meliori executione negotii tibi comissi presentare.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch 10.

CCXXVIII. 1406. Indict. VII. 18. Maii.

Одговоръ посланицима Србскогъ Деспота Стефана Лазаревића, брата госпов Єлене а уяка нѣногъ сына Балше, на више точки.

Capta. Quod respondeatur oratoribus magnifici domini despoti, filii

condam comitis Lazari, fratri et avunculo dominae Helenae et Balsae Strazamiri, ad ambasiatam nobis expositam parte; et primo ad primam partem, per quam dictus dominus effectualiter nos precatur, quod velimus indulgere predictis dominae Helenae et Balsae eius filio, et recipere eos ad gratiam nostram, restituendo sibi loca sua, accepta et aquisita per nos et cet. Quod sicut ipsi magnifico domino dispoti et omnibus dominis de inde notorium esse potest; inter magnificum dominum Georgium Strazamiri, maritum dictae dominae Helenae et patrem dicti Balsae dum vixit, et nos ac nostrum dominium, fuit sincerus et perfectus amor et caritas, nec unquam ulla materia vel causa discordiae inter nos fuit, ymo ipsum semper habuimus in nostrum nobilem carissimum et perfectum amicum, observando sibi integraliter et ipse nobis ea de quibus secum in concordia fueramus, quando ad preces et instantiam suam accepimus loca Scutari et Drivasti, pro quibus dabamus sibi omni anno ducatos mille de introitibus locorum predictorum, et ita fecimus et eramus dispositi facere dicto eius filio, nisi mater et ipse fuissent obliti amoris et benivolentiae supradictae, et beneficiorum genitori suo per nos illatorum; et ipsi immemores predictorum, nulla causa a nobis vel nostris precedente, ex arrupto nulla nobis vel nostris no-

ticia data, armata manu et hostiliter loca et terras nostras predictas occuparunt et acceperunt a nobis, propter quod nobis necesse fuit, pro recuperatione locorum nostrorum et conservatione nostri honoris, procedere contra eos, et terras ac loca sua, et fecimus armatam galearum octo, in qua expedimus magnam pecuniae quantitatem, qua armata procedente contra terras et loca eorum et favente domino, iusticiam et causam nostram, licet non fuerit sine maxima expensa ut dictum est et strage nostrorum, nos recuperavimus dicta loca nostra, et acquisivimus sua, in qua acquisitione fuit nobis expediens facere subditis et habitatoribus terrarum multas permissiones, de conservando et defendendo eos toto posse nostro, a quibuslibet ipsos offendere volentibus et de aliis, propter quas cum honore nostro, quem conservare intendimus, nullo modo reliquere, nec alicui dare possemus dictas terras, ymo illas ut promisimus conservare regere et gubernare intendimus; et propterea rogamus ipsum d o m i n u m d i s p o t i, quatenus si non complacemus sibi, juxta suam requisitionem, placeat habere nos merito excusatos. Unum tamen contemplatione suae m a g n i t u d i n i s facere volumus, videlicet quod parati sumus oblivisci injuriarum illatarum nobis, et recipere ipsam dominam H e l e n a m et dominum B a l s a m eius filium, ad nostram gratiam et in nostros benivolos et amicos, volen

do se gerere sicut debent facere illi, qui volunt esse amici et benivoli aliorum, et in casu quo velint se reducere ad habitandum civitatem nostram Veneciarum, vel aliquem ex aliis locis nostris in aliis partibus, quam in locis Albaniae, providere ita de eis, quod poterunt honorabiliter ducere vitam suam.

Ad aliam partem per quam ipse nobis notificat, quod respectu erroris quem alias commisit, quum adhaesit Turcho, dispositus est omnino velle mori christianum et cet. Respondeatur, quod ista sua deliberatio iudicio nostro est sancta utilis et bona, et satis ample persuadere scimus, quod constanter perseveret in illa, quia indubitanter tenemus, quod stante ipso in ista sua dispositione, dominus juvabit, defendet et conservabit eum ab insidiis et oppresionibus Turchorum predictorum. Verum quia dicit, quod velimus dare sibi nostrum favorem galearum nostrarum, quae obstent quod Turchi transire non possint in Gretiam, ad istud dicimus, quod toti mundo notorium est, quidquid fecimus pro defensione et honore fidei catolicae contra Turchos predictos, et ita esset semper dispositio nostra, quotiescunque posse facere videremus. Sed veritas est, quod ad presens nostrae galee sint nobis necessariae in aliis arduis factis nostris, ita quod non videmus quia pro nunc ipsas vigilare facere possimus

ad predicta, sine magno disturbio et preiudicio agendorum nostrorum.

Ad aliam autem per quam requirit nobis unam litteram patentem, qua mediante in casu, quo per Turchos oppressus esset, possit se cum suis nobilibus et sua familia ac bonis suis reducere ad terras et loca nostra, Respondeatur, quod licet certi simus, quod istud non occurret mediante divino auxilio, tamen ob contemplationem suam, sumus parati facere sibi fieri litteras antedictas, veniendo et intrando semper cum securitate locorum nostrorum predictorum.

Illi autem oratori, qui petit pro parte domini Volchi, seu dominae Marae, certam possessionem quae est in Durachio, et similiter certa jocalia, quae hic sunt, quae fuerunt dominae Marae et cet. Respondeatur quod faciemus jocalia praedicta, quae hic sunt, poni in manibus viri nobilis, ser Petri Guoro, et comittemus eidem, quod quociescunque ipsa domina Mara sive dominus Volchus restitui faciet nostris civibus aliquam pecuniam, vel aliqua sua bona intromissa per eum, ipse assignet sibi jocalia antedicta. De domo autem quae est in Durachio, scribemus rectori nostro, quod nuncio et procuratori dicti domini Volchi praedicti seu dominae Marae, facere debeat de dicta domo juris et justitiae expeditum et summarium complementum.

Ad illam vero partem, quam subiunxerunt, quod velimus sibi prebere nostrum favorem, quo mediante possint secure reverti ad suum dominum, cum dubitent de lignis regis Ladslai, quae sunt in Jadra, respondeatur, quod si ad presens galee nostrae forent hic, nos daremus sibi securitatem predictam, sed nos non videmus unum modum istud facere possendi; sed quia nos consideramus, quod lignum cum quo venerunt, est bonum et satis magnum, nos dicimus, quod ponendo ipsum bene in ordine et in puncto, ita quod sit bene copertum, videmus clare, quod secure redire poterunt ad partes suas.

Secr. Cons. Rogat. Libro III. ch. 22. et 23.

CCXXIX. 1406. Indict. XIV. 8. Junii.

Одговоръ посланицима краля Ладислава Напульскогъ и Хервое дуке Сплетскогъ, у послу госпое Єлене и Балше, зактевающимъ да узете одъ ови градове и землѣ Млетчићи даду Сандалу.

Capta. Quod detur responsio ambasiatoribus serenissimi Domini regis Ladislai ac magnitici domini Crauoye comitis seu duche Spaleti, ad ambasiatas eorum, per quas in effectu precantur nostrum dominium, quod velimus dare Sandali, qui est dominus in partibus Albaniae, terras per nos acceptas dominae Helenae condam domini Georgii Strazamiri et eius filio Balsae, re-

tinendo nobis illas, quas primitus habebamus et Dulcignum, cum ipse dominus rex asserat, dictas terras esse de jurisdictione sua, et dictum Sandali fore sibi subditum, ac suos antecessores dominasse dictis terris et cet. Allegando magnum et singularem amorem, qui est inter ipsum dominum regem et nos, quod dominus rex debet esse certissimus, quod singularis affectio quam gerimus majestati suae, sicut vidisse potuit per effectum, induceret nos tantum ad faciendum de rebus gratis et acceptis suae serenitati, quae cum honore nostro fieri possent, quantum alicuius regis et principis nunc viventis, et similiter faceret caritas quam portamus magnifico domino Crauoie, sed veritas rei est, quod vivente domino Georgio Strazamiri, descendente domini Balsae Strazamiri et aliorum de dicta domo, qui longissimis temporibus dominati sunt dictis terris, et non valente se valere ab insidiis et oppressionibus Turchorum, in quorum manibus de die in diem debere venire et capitare terras suas, ipse cum magna instantia requisivit nos et rogavit, quod vellemus pro honore fidei catolicae, et conservatione tot fidelium animarum, quot erant in illis partibus, accipere terras Scutari et Drivasti cum contrata superiori, quae erat magis ad fronterias Turchorum, et illas ab eis defendere et conservare, quia conservantibus nobis et defendentibus eas, non dubitabat melius et

ceat habere nos merito excusatos; utendo istis et aliis similibus bonis verbis, cum utroque dictorum ambasiatorum, secundum quod cadet in proposito, ut habeant causam remanendi melius contenti de nostra responsione.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 25. et 26.

CCXXX. 1406. Indict. XIV. 12. Junii.

Закључено, посланику госпое Маре предати оне драгоцености, кое су биле негда госпое Тодоре, и дати іой писмо отворено за Млетачке области, као што е дато деспоту Стефану Лазаревићу.

Capta: Quod ut ambassator dominae Marae, qui venit ad nostram praesentiam principaliter pro habendo illa jocalia, quae fuerunt domine Todorae, recedebat bene contentus, ordinetur: quod sicut captum erat, quod ipsa jocalia poni deberent in manibus viri nobilis ser Petri Guoro, qui ipsa assignaret eidem, quin satisfactum esset illis nostris civibus, qui debent habere, et dictus ambassiator asserat, quod iam debet esse satisfactum civibus nostris, quia terminus jam lapsus est, et ipsa domina credat dicta jocalia esse magni valoris, nec sunt majoris extimationis ducatorum: ·II· centorum, dicta jocalia dare debeant isti ambasiatori suo, ut ipse ferat dictae dominae praedicta jocalia et recedat bene contentus.

Insuper quia dicta domina requirit, quod in casu quo ipsam oportebat exire de terris

et locis suis, concedatur eidem de gratia, quod possit venire et se reducere, ad terras et loca nostra. Vadit pars: quod sibi fieri debeat una littera patens, vigore cuius possit in dicto casu se reducere ad terras et loca nostra, per eum modum et forma, quibus ordinatum est, de domino dispoto Stefano, filio condam comitis Lazari.

Misti del Senato XLVII. ch. 52

CCXXXI. 1406. 12. Junii.

Посланнцима краля Неапольског Ладислава и Хервое одговорити, да Млетчићи засадъ немогу известанъ одговоръ дати на ньово то захтеванѣ, да се уступи Будва Сандалу.

Capta. Quia oratores domini regis Ladislai et similiter Crauoye, audita responsione nostra pridie eis facta, secundum quod fuerat per nostra consilia deliberatum, replicare et dicere habuerunt, quod placeret nostro dominio, considerato quod Sandali alias fuit dominus Bude et habuit dominium eius, et quod nos ipsum ita vocamus dominum Budae in privilegio nostro civilitatis, dare et concedere sibi dictum locum, et sic dixerunt de tribus vel quatvor villis quas tenemus, quas dicunt esse et spectare ad dominium et iurisdictionem Catari, cuius ipse est dominus; et veritas sit, quod pro nobis et dominio nostro non faciat ita ex arupto dare determinatam responsionem oratoribus predictis, sed exspectare et videre,

in quibus terminis remanebit orator noster cum Turcho; considerato etiam quod ipse Turchus et similiter dispositus Sclavoniae (sic, loco dispotus) et domina Mara requisiverunt nobis similiter dicta loca, considerato etiam, quod non est danda dicta responsio, nisi habeatur bona informatio a rectoribus nostris de dictis factis; vadit pars quod respondeatur dictis oratoribus quod sicut sibi pridie diximus, dominus rex et similiter Crouoia, debent esse certissimi, quod in his quae cum honore nostro possemus, complaceremus libenter eis, sed veritas est, quod non habemus illam plenam informationem quae necessaria foret, in factis predictis; sed nos mittemus de brevi de nostris nobilibus ad illas partes, qui videbunt dicta loca, et accipient plenam informationem omnium predictorum, qua habita nos postea faciemus ipsi domino regi et similiter Crauoie illam responsionem, quae erit rationabilis et honesta, aut per nuncium aut per litteras nostras.

Secr. Consil. Rog. Lib. III. ch. 27.

CCXXII. 1406. Indict. XV. 30. Decembris.

Заключено: позватя неке властеле у сенатъ, да даду свое мненѣ о стварима тичуѣимъ се госпое Єлене и сина нѣногъ Балше, како бы се могао одговоръ дати посланицима овн.

Capta: Quod ut possit dari expeditio istis ambaxiatoribus dominae Helenae Stra-

cimir et filii sui Balsae, ad ea quae ipsi requirunt parte eorum, viri nobiles ser Johannes Capello, ser Benedictus Contareno, ser Marcus Barbadico et ser Franciscus Quirino, qui sunt informati bene de conditionibus et factis illarum partium, possint venire stare arrengare et dicere opiniones suas in isto consilio rogatorum, quandocumque tractabitur de factis praedictis, non ponendo ballotam.

Misti del Senato XLVII. ch. 89.

CCXXXIII. 1406. Indict. XV. 30. Decembris.

Условія подъ коима су готови Млетчићи помирити се са госпоіомъ Єленомъ и синомъ нѣнимъ Балшомъ, кои преко свои посланика моле, да іи пріиме Млетчићи на милость.

Capta. Cum sit danda expeditio oratoribus dominae Helenae Straçamiri et Balsae eius filii, qui fuerunt hic iam multis diebus, et multum sollicitant expeditionem suam, considerato quod illi qui fuerunt deputati sibi auditores, fuerunt pluries cum eis, et habuerunt eorum intentionem, quae esset: quod dominatio nostra dignaretur indulgere eis, et recipere ipsos ad gratiam suam, providendo, quod habeant pro suo reductu de gratia speciali locum Drivasti et Budvam, et aliqua casalia, quae sunt subtus Dulcignum, ducatos mille; nam intedunt esse et

erunt semper fidelissimi servitores nostri. Vadit pars, consideratis etiam terminis in quibus sunt dictae partes, et expensa maxima, quam ibi facimus sine aliquo fructu, et facere oporteret et tamen dubium est, quem finem caperent finaliter dicta loca; quod respondeatur et dicatur oratoribus antedictis per dominium, cum illis bonis et utilibus verbis quae videbuntur, quod ipsi vident et cognoscunt, quantum domini sui, non memores beneficiorum marito et patri suo illatorum, qui totaliter venisset in fortiam Turchorum, nisi fecissemus intromissionem, quam fecimus de locis illis, que erant in fronteriis eorum, hostiliter et armata manu, nulla a nobis vel nostris causa precedente, acceperunt nobis dicta loca, sed Christus, qui est iustus iudex, dedit nobis gratiam, quod non solum ipsa recuperavimus, sed acquisivimus sua, ut ipsi et ceteri exemplum caperent, contra fidem suam et contra jus et iusticiam nolle capere aliena loca. Et certe si respiceremus ad nequitiam suam, et mala opera sua, nullo modo ipsos ad gratiam caperemus, ymo ubique persequeremus, velut capitalissimos inimicos; sed nos volumus imitari naturam nostram et mores antecessorum nostrorum, qui semper sciverunt et parcere voluerunt, ut Christus nos et statum nostrum protegat et defendat; ac conservet, ut hucusque fecit felicibus in crementis, et dicimus quod simus contenti dictos dominam Helenam

et filium dominum Balsam recipere ad gratiam nostram, et oblivisci injuriarum nobis et nostris illatarum. Et ultra hoc ex ampliore benignitate nostra, ut possint ducere vitam suam, collegium domini, consiliarii capitum et sapientes consilii et ordinum, habeant libertatem, faciendo quam melius poterunt pro nobis, promittere possendi, quod de introitibus locorum de inde, dentur sibi omni anno ducati mille, uti fecimus domino Georgio patri et marito suo, et ultra hoc pro sua habitatione, ut secure possint stare cum personis et familiis suis, locum Bude, cum juribus et iurisdictionibus suis, et ista donec erunt fideles filii et servitores nostri, nec facient nec tentabunt aut fieri et tentari aliquid facient, contra nos vel statum, terras et loca nostra. Et si dicti oratores volent acceptare istam benignitatem et gratiam nostram bene quidem, quando autem acceptare nolent, dicatur eis, quod qui noluerit benedictionem prorogabitur ab eo, et quod aliud facere sibi nolumus, et quod possint ad benplacitum suum ire pro factis suis.

Ser Rambertus Quirino sapiens consilii vult partem sociorum suorum usque ad illam particulam, in qua fit mentio, quod sumus contenti recipere ipsos dominos ad gratiam nostram, sed vult, quod postea subiungatur eis, quod ut videant per effectum istam nostram intentionem et dispositionem, sumus contenti, quod in casu quo velint venire Venetias

ad habitandum, vel ad aliquam aliam ex terris nostris, quod promitti possint predictis usque ad quantitatem ducatorum ·MM· omni semestri medietatem, habitando ubi voluerint extra territoria nostra, providere taliter de vita eorum et suae familiae, quod honeste poterunt ducere vitam suam, et quod poterunt bene et rationabiliter contentari, et si de ista nostra responsione remanebunt contenti bene quidem, et in isto casu fieri debeat ut superius dictum est et promissum, si autem non forent contenti, tunc dici eis debeat, quod aliam responsionem sibi dare cum honore nostro non possimus, sed certe judicio nostro pro dictis dominis faceret contentari de ista nostra responsione et oblatione.

Secr. Cons. Rogator. Lib. III. ch. 51.

CCXXXIV. 1406. Indict. XV. 4. Januarii.

Заключено пристати на то, да еданъ посланикъ, Балшинъ отиде до свогъ господара, да му предложи на одобренѣ условія помиреня, на коя Млетчићи пристаю.

Quia de mandato dominii, viri nobiles ser Franciscus Cornaro caput consilii et ser Johannes Capello, qui tractaverunt cum ambasiatoribus Balsae Straçamiri et dominae Helenae eius matris, ea pro quibus venerunt ad presentiam nostram, dixerunt eis illa quae capta fuerunt in rogatis; qui illis auditis finaliter dicere habuerunt,

quod inspecta libertate sua, videbant non posse acceptare oblationem sibi factam, nisi iret unus eorum personaliter ad ipsum dominum suum et rediret. Sed sperabant ymo indubie tenebant. quod ipse dominus suus, dominus Balsa, acceptaret gratiam nostram et vellet esse et remanere filius et servitor nostri dominii, ad quae verba et quam requisitionem, dicti nobiles noluerunt sibi dare responsionem sine licentia dominii et istius consilii. Vadit pars: considerato quod honeste istud denegari non posset, quod dici sibi debeat, quod postquam ita placet eis, placet etiam nobis, sed ex nunc nos dicimus, quod volumus remanere in libertate nostra, sicut ipse dominus est in sua, ita quod in reditu illius qui ibit, utraque pars remaneat in sua libertate, et tunc in reditu suo venietur ad istud consilium, et providebitur et fiet, secundum quod captum et deliberatum fuerit, per istud consilium rogatorum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 51.

CCXXXV. 1407. Ind. XV. 7. Marcii.

Дае се власть коллегію дуждовомъ, да може све што е нуждно предузети и заключити ради помиреня съ Балшомъ, еръ су места освоена у Албаніи стеснѣна одъ нѣгове войске у великой опасности.

Capta, Quia sicut habetur per litteras rectorum nostrorum partium Albaniae, et specialiter loci Antivari, et etiam clara

habetur informatio per ambasiatores dicti loci, qui nuper venerunt ad nostram presentiam, et ab aliis personis, ipsa loca compelluntur in tantum et molestantur a gentibus Balsae et Albanensium ac Turchorum, quae omnia quasi procedunt ex malo animo et intentione Balsae, quod nisi adhibeatur remedium, in dando subventionem seu providendo de locis praedictis, ipsa loca subiacebunt manifesto periculo, et viam provisionis et modum habilem habére pensemus cum meliori avantagio nostro, quam mittere gentes armorum ad illas partes, sed non sit bonum propalare hoc, ut ipse modus consequatur meliorem effectum; vadit pars, quod collegium domini, consiliarii capitum et sapientum consilii et ordinum, habeant libertatem, ad provisionem dictorum fáctorum, praticandi, tractandi et concludendi per omnes illas vias et modos, qui et quae ipsi collegio seu maiori parti videbuntur, pro meliori executione rei et agendorum de inde, ac conservatione nostri status.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 57.

CCXXXVI. 1407. 15. Decembris.

Нареҗуе се, да луждовъ колегиум може са посланицима Хервое и Сандаля уговарати, преко свои одреҗени чланова, о предложеню исти, кои оћеду да помажу Млетчиħима, бранећи отете одъ Балше землѣ противъ овога, ако они даду Сандалу Будву и Антивари.

Capta. Quia quae proponuntur nostro dominio pro parte Creuoye et Sandali,

super facto habendi a nobis Buduam et certum alium locum nostrum, ex his quae acquisivimus de manibus Balsae Straçimiri, videlicet Antivari; et super aliis capitulis expositis per ipsos, offerendo se de volendo cum gentibus suis conservare reliquas terras nostras, omnibus suis expensis, sunt talis naturae, quod super illis est habenda bona advertentia et consideratio, ac bene videre, tractare et sentire vias, modos et ordines, cum quibus vellet attendere ad istud factum; Vadit pars: quod collegium domini, consiliarii capitum et sapientes consilii et ordinum, habeant libertatem possendi deputare oratoribus eorum auditores, aliquos ex illis de dicto collegio, qui habeant potestatem essendi cum dictis semel et pluries, audiendi praticandi et tractandi omnia illa, quae sibi videbuntur utilia et necessaria, pro bona conclusione agendorum predictorum, non possendo tamen aliquid concludere nec firmare, sine deliberatione et voluntate consilii rogatorum, quae deliberatio quando fieri debebit, dabitur etiam responsio aliis capitulis expositis per eosdem.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 83.

CCXXXVII. 1407. Ind. I. mense Junii.

Заключенѣ мира замеђу Млетчиѣа съ едне, и госпов Єлене и сина іой Балше съ друге стране.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo sep-

timo mense Iunii. Indictione prima. Ad marithimam Antibari prope flumen Xelesnice. Presentibus nobilibus viris vaivoda Nicola Zaulo et Cursachio, viro domini comitis Teopie Raico Moneta, Tadeo de Crispis et Marino Karoli mercatoribus Venetis in Dulcineo, ac nobis notariis infrascriptis. Ibique magnifica domina Helena filia quondam magnifici domini comitis Lazari, et consors quondam magnifici domini Georgii Stracimiri, et magnificus dominus Balsa filius supradictorum quondam domini Georgii et domine Helene. Avidi effici boni filii et devoti amici serenissime ducalis dominationis Venetiarum, uti fuerunt progenitores sui, venerunt ad infrascriptas compositionem, conventionem et pacem cum spectabilibus et nobilibus viris, domino Roberto Mauroceno et domino Jacobo de Ripa milite, nomine suprascripte dominationis Venetiarum, provisoribus sindicis et procuratoribus in partibus Albanie, sicut videtur per instrumentum sindicatus a nobis notariis visum et lectum, scriptum manu Johannis de Bonisio de Venetiis imperialis notarii, bullatum bulla plumbea. Qui tamquam procuratores et sindici dominii Venetiarum predicti convenerunt et promiserunt dictis domine Helene et domino Balse nomine proprio, et similiter prenominati domina Helena et dominus Balsa convenerunt et promiserunt dictis dominis provisoribus nomine dominii Ve-

neciarum predicti, sicuti continetur et apparet per subscriptas conventiones et capitula. Et primo dicti domina Helena et dominus Balsa fuerunt contenti et promiserunt, sunt contenti, atque promittunt nomine suo proprio, causa levandi omnem scandalum vel errorem, qui fuissent vel esse possent inter aliquam partium, dare et facere consignari in manibus supradictorum sindicorum vel aliorum, nomine dominationis Venetiarum, omnes villas, aquas, insulas, terras, domos, nobiles viros, habitatores, rationem et pertinentias, que spectarent vel possent spectare aliquo modo prefate dominationi Venetiarum, de eo quod sibi fuit consignatum per bone memorie dominum Georgium Stratimir, cum illis condicionibus et modis qui pertineant ad teritorium Scutari et Drivasti libere et sine contradictione, et renuntiare omnibus rationibus quas dicta domina Helena, et dominus Balsa haberent vel aliquo modo habere possent, in locis et pertinentiis supradictis, ratificando, et confirmando sine aliqua contradictione, et omnia loca, et pertinentias supradictas secundum quod bone memorie dominus Georgius ipsa dedit dominio Venetiarum predicto. Item quod omnes pertinentie et confinia Dulcigni libera sint dominationis Venetiarum. Et Antivarum secundum conditionem quam fecimus usque in diem presentem. Et predicti dominus Robertus et dominus Jacobus nomine dominationis supradicte,

volentes ostendere gratiam, et benignitatem dominationis, promittunt dare et consignare predictis domine Helene et domino Balse vel alteri ipsorum nomine, castrum et civitatem B u d o e cum omnibus suis pertinentiis, declarando quod propter confirmationem dicti amoris et pacis, dictus dominus Balsa est contentus, et vult venire Venetias cum dictis dominis provisoribus, habito consilio d o m i n i d i s p o t i, et d o m i n e M a r e, ad presentiam dominationis, ad petendum gratias que sibi videbuntur, acceptando gratiose id quod sibi dominatio; intelligendo quod S a b o i a n a debeat manere sicut manet, donec dominus B a l s a habuerit a dominatione gratiam que sibi videbitur. Et intelligatur, quod tempore quo ascendet dominus Balsa galeam causa eundi Venetias, altera pars alteri et altera alteri consignabitur vel faciet consignari omnia suprascripta, que fuerit assignanda, quorum supra est facta mentio. Et est sciendum quod omnes cives et habitatores locorum, que altera pars tribuet alteri, recipiantur ad gratiam, et sibi pareantur, et quod omnes captivi utriusque partis liberentur, et similiter remittantur omnes offense, quas aliquo modo fecerit altera pars alteri. Ac bullatis et factis presentibus scripturis ac factis sacramentis a partibus, intelligatur de presenti, et habeatur pro firmo esse factam bonam et perfectam pacem. Et quod abinde citra, utraque partium predictarum et earum subditi, possint ire stare

praticare mercimoniari et conversari in terris utrinque, cum earum personis et bonis tute et libere, ac tractari ut boni amici, non intelligendo in his personas bannitas, ac debeat utraque partium facere proclamari in die sancti Johannis proximo, scilicet lune die vigesimo mensis presentis, in omnibus suis terris et locis publice, quod facta est bona et perfecta pax. Ac fiat ratio cujuscunque debiti, quo aliquis subditorum partium deberet habere a subditis alterius temporibus lapsis, promittentibus ad invicem dictis partibus, non deviare nec auferre aliquo modo subditos alterius, ac non acceptare verba alicujus pravi, qui vellet ponere scandalum aut discordiam inter partes, imo facere punitionem de talibus, sicut erit iustum. Non faciendo aliquam stricturam vel devetum subditis alterutrius partium, imo cum amplis libertatibus stetur in bona compositione et tuta pace, sicut tempore bone memorie domini Georgii Stracimiri. Et quod subditi ab altera alteri non auferantur. Promittentes dicti domina Helena, et dominus Balsa suo nomine proprio, et dicti dominus Robertus Mauroseno, et dominus Jacobus de Ripa miles nomine dominii Venetiarum predicti, altera pars alteri, et altera alteri, cum solemnibus promissionibus omnia predicta, et quelibet predictorum, plene et sine contradictione adimplere, et observare, et non contrafacere ipsis, vel alicui ipsorum, aliquibus ratione causa

modo vel ingenio, sub pena ducatorum quinque millia auri dandorum, et solvendorum a parte non observante parti que observabit, totiens quotiens predicti aut alicui predictorum esset quomodolibet contrafactum. Nichilominus remanente presenti scriptura in pleno vigore et robore. Promittentes etiam dicti domina Helena et dominus Balsa, dictis domino Roberto, et domino Jacobo nominibus quibus supra, obligare et facere obligari magnificos dominos, dominum dispotum, dominum comitem Theopiam, et dominam Maram, ad faciendum quod dicti domina Helena et dominus Balsa obtinebunt, et observabunt omnia supradicta, et erunt obsides de hoc sub pena predicta. Et mittent hinc ad unum mensem proximum, literas bullatas eorum sigillis, per quas ipsi se obligabunt. ut superius dictum est. Promittentes etiam dicti domina Helena, et dominus Balsa, quod supradicta, et quelibet predictorum confirmabit dominus Balsa Venetiis nomine suo et dicte domine Helene. Et de hoc fieri possint unum vel plura publica instrumenta, sicut aderit opportunum.

Ego Jacobus de Languschis de Venetiis quondam Johannis de Papia, publicus imperiali auctoritate notarius et cancellarius prenominatorum dominorum, omnibus predictis dum agerentur et fierent presens fui, et rogatus a partibus supradictis, presens instrumentum manu propria scripsi, et posui me-

um consuetum signum in testimonium omnium predictorum.

Commemoriale X. ch. 73.

CCXXVIII. 1407. Indict. I, 11. Octobris.

Заключено дати помоћь и месечну пенаію некимъ Скадранима, кои су воевали на страни Млетчића противъ Балше, па су были зароблѣни и осакаћени по заповести Балше.

Cum accesserit Venetias quidam Descus filius Cressiae de Scutaro, ad praesentiam dominationis nostrae, qui dedit castrum Dulcigni, nobili viro ser Marino Caravello, nunc capitaneo nostro Culphy, qui viriliter expugnando contra gentes Balsae, pro honore dominationis nostrae, fuit acriter percussus, ex qua percussione cecidit ab equo, ex quo captus fuit et ductus ad praesentiam dicti Balsae, qui sibi fecit amputari manus pedem et nares, propter quod petat de gratia a nostro dominio, quod subveniatur sibi, ut possit sustentare vitam suam; Vadit pars: quod propter sua bona portamenta et pro sustentatione vitae suae, et ut detur exemplum aliis faciendi honorem nostri dominii, et considerato, quod quum fuit captus a gentibus Balsae ut profertur, nullum praemium a dominio nostro habebat, detur sibi hic in Venetiis, ut possit repatriare, ducati duodecim auri de pecunia nostri comunis, et yperpera duodeçim singulo mense de introytibus Scu-

tari, ut possit sustentare vitam suam, ut pium et justum est, et hoc ad beneplacitum dominii.

Et similiter dentur ducati XII. hic in Venetiis, et yperpere XII. quolibet mense de introytibus Scutari, Alexio Camesa, qui viriliter expugnando cum inimicis, fuit captus et ductus ad praesentiam Balsae, qui sibi fecit amputari, nasum lingvam et unam manum; revocando omnem aliam provisionem sibi promissam, et hoc ad beneplacitum dominii.

Misti del Senato XLVII. ch. 145.

CCXXXIX. 1408. Indict. I. 6. Junii. in Durachio.

Уговоръ мира између Млетчиħа и Балше Срацимировогъ.

Instrumentum pacis facte cum domino Balsa Stracimir, mediatione comitis Nichete, habentis auctoritatem a Balsa predicto.

In nome de Cristo. Amen. In l' anno de la nativita de quello MCCCCVIII, prima indicione, a di VI del mese de Zugno. Jo Giacomo da Riva chavalier, per la illustrissima ducal signoria de Veniexa sindico e provededor in le parte de Albania, in sembre cum el nobel homo misser Ruberto Morexini, el qual a le infrascripte cose fo absente siando romaxo a Scutari, per certa bona caxon, habiando a trattar le sotto ditte cose plenis-

sima liberta e comandamento insolidum, como apar per un instrumento de sindicado e procura, fatto per man de Zuhane fo de ser Nicolo de Bonixe de Veniexa, per imperial autorita noder publico, in l' ano de la nativita de Cristo mille quatrocento otto, a di XXII del mese de Fevrer, e scrivan a la corte dogal del ilustrissimo et excelso signor messer Michiel Sten, per la dio gratia doxe de Veniexa e da i suoi conseij, como plenamente in quel se leze, e da mi noder infrascripto vezudo e letto, cognosando la benignita de la sovra ditta excelsa dogal signoria de Veniexa, la qual sempre fo plena de misericordia e per reverentia e preghiere e per l' amor del magnifico signor messer lo conte Theopia, si como sindico e procurador de la prelibata signoria, in luogo e per nome de quela, recevo i magnifici, e nobel dona, madona Helena fia fo del conte Lazaro signor de Sclavonia, e dona fo del magnifico signor Zorzi Stracimir de la parte de Zenta, e Balsa so fio, con tutti suo subditi, in gratia amor, concordio, paxe e dilection de la excelsa e potente nominada, remetando ai preditti madona Helena e Balsa, et ai suoi subditi tute inzurie, et offexe, che hanno fatto ala preditta signoria, et a suo subditi, dessignando, o veramente fazando designar a i preditti madona Helena e Balsa so fio o altri per lor, sotto specia d' amor e bona di-

letion, Budoa cum le so pertinentie, et a queli madona Helena e Balsa far dar oltra de questo, de le intrade de Scutari ogni ano ducati ·M· Vcento doro, in do pagamenti, zoe la mita in la festa de nadal, l'altra mita in la festa de sancta Maria de avosto, que lo e sta ditto pronunciado et arbitraria mente sentenciado, como qui de sotto apar, per lo magnifico signor misser lo conte Theopia et per lo nobel et egregio homo messer Piero Rimondo, per la ducal signoria de Veniexa bailo e capitanio de Durazo, sindici e procuratori per i ditti madona Helena e Balsa constituidi, la qual pronunciacion et arbitraria sententia siegue in questa forma de verbo ad verbum.

In nome de dio. In l'anno de la nativita di quello mille quattro cento e oto, a di VI Zugno, prima indicion. Nui conte Theopia signor del Albano, e Piero Rimondo per la excelsa ducal signoria de Veniexa bailo e capitanio de Durazo. Zudexi et arbitri eletti per la magnifica dona madona Helena, fia del signor conte Lazaro signor de Sclavonia, e dona fo del signor Zorzi Stracimir signor de le parte de Zenta, e per lo magnifico signor misser Balsa, fio del ditto signor misser Zorzi, e de madonna Helena preditti, a meter paxe e concordio de tute le discordie, differentie, che tra la prelibata ducal signoria de Veniexa, e i preditti madona Helena e Balsa, come apar per una carta de

sindicado a plen mandada a nui conte Topia e Piero Rimondo per li preditti madonna Helena e Balsa so fio, scripta in letera sclava, e bollada de la so bolla, translatada in latin como qui de sotto se contien. Nui Helena fia che fo del signor conte Lazaro signor de Sclavonia, e fu dona del signor Zorzi Stracimir signor de le parte de Zenta, e mi Balsa fio del ditto signor Zorzi e de madona Helena. A cadaun che vedera questa letera honorevol salude.

Sapia che per li tempi passadi, cum la excellentissima ducal signoria de Veniexa manda li suo provedidori, signor Ruberto Morexini e signor Jacomo da Riva chavalier, per mo in questa parte per la paxe e concordio, e perchi semo contenti metemo da nostra parte a questo fatto ch i possa condenar e far, e che definiscano tute queste cose soraditte, el signor conte Topia, el signor Piero Arimundo da Veniexa bailo e capitanio de Durazo e del so distretto. E perche el ditto signor da Veniexa e plen de raxon e fama la qual ha cum lui senza nissuna nostra contradition, tanto quanto le nostre persone proprie, sopra la nostra fe, e per tute queste cose sovrascripte comandassemo a scriver questa nostra litera per lo nostro cancelier, in la nostra corte Berislavichi, ala nativitade del nostro signor Yesu Christo, MCCCCVIII indicion prima, adi VII Mazo, e per plu confermation de questa letera, la fessemo bollar

de nostra bolla. E pertanto. Nui conte Teopia e Piero Pimondo zudexi e sindici eletti per i ditti madona Helena e Balsa so fio, como apar per lo ditto so sindicado, scripto de sovra, vojando tuor via tutte le diferentie, desinsion, e discordie che ha i preditti madona Helena e misser Balsa so fio, cum la prefata signoria de Veniexia, e per vigor de la libertade podesta e bailia a nui per i dicti concessa e tribuida, invocando il nome de Cristo e de la soa gloriosa madre madonna Santa Maria, vòiando seguir in tutto e per tutto quelle cose siano salude magnificentia e, grandeza et exaltation de la preditta signoria, etiamdio quelle cose sia salude de li ditti madonna Helena e misser Balsa, determinemo sententiemo e distinimo, che la ditta madonna Helena e Balsa so fio, debia recever gratia e paxe e concordio da la excelsa signoria de Veniexa, over dal Nobel homo misser Ruberto Morexini, como apar per lo ditto sindicado, scripto per man de Zuhanne fio fo de ser Nicolo de Bonixe da Veniexa, per autorita imperial noder publico, a di XXV Fevrer MCCCCVIII prima indicion, e da mi noder infrascritto vezudo e letto, bollado de la bolla de san Marco de plombo, habiando cadaun de lor liberta insolidum sora de questi fatti, el qual misser Ruberto fo absente a le preditte cose, siando romaxo ale parte de Scutari per bona caxon, e che i ditti madonna Helena e Balsa debia lassar per questo muodo

liberamente tutti i luoghi terre ville casali fameie e zentilhomeni, al presente i tien in le parte santa Maria de Rotezo, cum i suo boni et confini, videlicet case terre et homeni, e quanto la ditta chiexa de possieder, de raxon andando suso el passo de Suterman per i confini de Rotezo, e de quel passo non se impazar per alcun muodo, e da Suterman fina ad Antivari, e da Antivari vignando e circumdando da le parte del mar verso Dolcegno, infina la Boiana, vignando per suxo per lo fiume e per la riva del lago, infin ascendando per mezo Suterman, cum tutte terre luoghi forteze casali boiari inesse, cussi in monte como in pian, infra questi termeni e contrade. E da laltra parte veramente de la Boiana comenzando da Lupoglavo, vignando verso Alesso, tutto el lago isole castelli fortecce e terre domination, cussi al monte como al pian, e quanto se contien per publici istrumenti, fatti tra la prefata signoria de Veniexa, e el magnifico signor misser Zorzi Stracimir so padre, da qual tuti luogi non se possano ni debiano impazar. E se alcuna cosa de quelle tegnisse al presente, che libera mente e senza alcuna altra contradicion debia relassar, dar e consignar ala prefata signoria de Veniexa, over ai suo provededori o a suo comessi.

Fazando dar e consignar la prefata signoria de Veniexa, over in suo provededori prenominadi, per nome de la ditta signoria

de Veniexa, ai ditti madona Helena e Balsa, el castel de Budoa cum tutte le so raxon, e pertinentie dentro e de fuora, cum tutti i suo homeni boiari casali terreni e ville, romagnando ai preditti madonna Helena e Balsa, da le confine sovradicte de madonna sancta Mara de Rotezo verso i Pastrovichi e Budoa e Lustiza e le saline cum tutta la parte de la Saboiana, Zenta de sovra, e oltra de quello de dari e fari dar ogni anno de le intrade de Scutari ducati mille e cinquecento doro; recevando la prefata signoria de Veniexa i ditti madonna Helena e Balsa in la so benignita e gratia, et alor perdonar et remetter tutte le ofese et inzurie, fatte per i ditti madona Helena e Balsa ala prelibada signoria de Veniexa e so luogi e subditi. Ancora che tutti i prisoni tien le parte preditte, debiano far liberamente relassar, e che nissuna de le parte non debia tuor li buiari e fameie lun a latro, e che infra XV di proximi, le parte preditte debiano haver consignado luna a laltra libera mente tutte le cose preditte segondo como de sovra e scripto, da puo che i haveianno zurado. E per observation de le preditte cose, e zascuna de quelle, zoe che li ditti madona Helena e Balsa prometera e zurera de mantegnir et osservar bona paxe a la prefata ducal signoria de Veniexa, et ai suo luogi e suditi, e dar per segurta i magnifici signori miser lo dispoti Stefano so barba, madonna Maria dona fo

del magnifico misser Volco, Thodoro Cauora signor de Belgrado, Juan Castriothi e Mirchsta signor de la Valona. E mi conte Topia so suoxero, me obligo, che i ditti madona Helena e Balsa, osservera e fara oservar tute le cose predicte, sotto pena de ducati M Vcento doro da fie dada e pagada ala parte, che observera per la parte che non observera o observare non fara. I qual prenominadi misser Jacomo da Riva chavalier, como sindico e provededor de la prefata ducal signoria de Veniexa, da una de le parte, et magnifico signor conte Topia et nobel homo misser Piero Rimondo como zudexi arbitri de i preditti madona Helena e Balsa da laltra parte, i qual insembre zura e se impromette de mantegnir et observar una parte alaltra, e l' altra al altra, tutte le cose sopraditte ai termeni preditti, sotto obligacion di beni di so principal presente, e che die vegnir, si mobeli como stabeli, sotto la pena predicta da fir dada e pagada, como e ditto de sovra, promettando a mi noder infrascripto como publica persona, per nome et in luogo de ogni persona a chi spectasse o possesse spectar in futurum, de oservar, et attender le cose predicte cum tutte le renunciacion et obligacion che aspetta a la raxon, reservando a i dicti madonna Helena e misser Balsa, de posser domandar tutte quelle gratie i paresse a la prefata signoria de Veniexa.

Actum extra Durachium prope eclesiam sancti Laurencii, sub tentorio predicti magnifici domini comitis Tobie, presentibus reverendo patri domino minori dei gratia episcopo Durachiensi, Johanne episcopo Scutariensi, Feldo stipendiario in Durachio, Chursachi buiaro predicti domini comitis, et Petro Ungaro stipendiario Scutari, testibus ad hec vocatis, et aliis.

Subscriptio greca manu comitis Nichete.

Mi Piero Arimondo zudese arbitro in compagnia cum el ditto miser lo conte, a tute le cose sovraditte me scrissi de mia man e meto la mia bolla.

Comemoriale X. ch. 71.

CCXL. 1408. 8. Novembris, in Godigne.

Отворено писмо, коимъ госпоя Єлена и Балша проглашую и обявлюю своимъ поданицима, да е утврђенъ миръ између ньи и Млетака.

Litera aperta facta a domina Helena et Balsa de observatione pacis.

Nui madona Helena consorte, e Balsa fio del magnifico signor misser Zorzi Stracimir, femo assaver a tutti li nostri subditi, officiali e zentilhomeni nostri, che ben che mi Balsa non vada a Veniexa, a la presentia de la nostra ducal signoria, si como fo ditto cum li magnifici signori provididori, nui semo in accordo cum lor, che la pase sia bona e ferma, cussi per una parte e

per l' altra se debia osservar fra la dicta signoria, e soi subditi e nui, et che ogni homo possa liberamente andare, e far li fatti soi, e zascadun star si como stette in questo tempo passado da pui fatta la ditta paxe. E per fermeza mettemo la nostra bolla, dada in Godigne a d. VIIII de Novembre MCCCCVIII.

(Autenticum pacis preditte cum bulla Balse, et litera autentica supradicta cum bulla, tradite fuerunt viro nobili ser Francisco Justiniano, die XXI Marcii 1409.)

Commemoriale X. ch. 73.

CCXLI. 1408. Indict. II. 20. Januarii.

Наставленѣ за посланика Млетачкогъ Бенедикта Контарена, кои ће иѣи къ деспоту Стефану и госпои Марии, у послу госпое Єлене и Балше.

Quia est necessarium respondere, circa responsionem factam ambassiatoribus dominae Helene et Balsae, qui fuerunt ad nostram praesentiam, quibus responsum fuit: quod pro confirmatione eorum quae tractata fuerunt per nostros provisores cum Balsa predicto, mitteremus ad praesentiam despoti et dominae Marae nostrum ambassiatorem, qui ambassiatores cum ista nostra responsione recesserunt pro redeundo ad Balsam predictum. Vadit pars: quod comittatur et mandetur nobili viro ser Benedicto Contareno, comiti et capitaneo nostro Scutari, quod recepto nostro mandato, cum nostris litteris credentialibus,

intelligendo se, quod Balsa et domina Helena similiter mittant suos ambaxiatores ad presentiam domini despoti, ire debeat ad dictum dominum despotum et dominae Marae, et facta amicabili salutatione et oblatione, eis exponere, ea quae a nobis requisiverunt ambasiatores Balsae predicti, et responsionem quam eisdem fecimus, quarum requisitionis et responsionis copiam sibi mittatur pro sua informatione. Et subiungere quod nostra dominatio, considerato fraterno amore et perfecta amicitia vigente inter dominum despotum et nostrum dominium, nullum habens respectum, quod Balsa non observaverit, sicut promiserat per pacem factam et firmatam inter ipsum et provisores nostros predictos, pro contemplatione suae magnificentiae, sequentes mores nostros in obliviscendo iniurias receptas et volendo unumquemque ad gratiam reducere, sumus contenti coram magnificentia sua ratifficare et aprobare pacem, factam inter dominam Helenam et Balsam ex una parte et nostros provisores ex alia, observante et faciente dicto domino Balsa ea omnia, quae continentur in pace predicta facienda et observanda a parte sua, quam pacem, ipse nostro nomine, vigore libertatis, quam a nobis habet, affirmabit et ratifficabit, et si dictus Balsa, sive ambassiatores sui, suo nomine, erunt contenti facere et observare prout in dicta pace continetur, tunc similiter nostro nomine, faciat et observet, procurando

quod per dictum Balsam, observentur et fiant omnia punctaliter, quae facere tenetur vigore pacis praedictae, quam pacem dictus ser Benedictus in publicam formam penes se habet.

Et quia idem Balsa multum optat habere locum Antivari, sed in pace nihil continetur, quod dictum locum habere debeat, si dictus Balsa requireret illum, respondere debeat, quod si dictus Balsa veniet Venetias, non dubitat quod per nostrum dominium sibi dabitur locus praedictus, prout eidem dixerunt provisores nostri.

Si vero dicta domina Helena et dominus Balsa non erunt contenti stare dicte paci, tunc debeat dictus ser Benedictus dicere, quod nullum aliud mandatum habet a nobis, nisi faciendi et observandi, sicut in dicta pace continetur, et in isto casu, ut dictus Balsa non destrueret contractam nostram, ad damna subditorum et fidelium nostrorum, cum illis verbis et rationibus, quae suae sapientiae videbuntur, procuret et sollicitet, quod inter partes fiant sufferentiae, dicens, quod nullum aliud mandatum habet a nobis, sed quod scribet intentionem dicti Balsae et matris nostro dominio, et expectabit nostrum mandatum, et sic facere debeat, scribendo presto omnia pro nostra informatione.

Et quia sumus informati, quod Pasayt capitaneus Turchi, qui est cum gentibus suis in partibus Scopiae, multum

potest cum Turcho, domino suo, ita quod si haberemus ipsum favorabilem et propicium, esset causa reducendi nos ad bonam conclusionem pro hiis, quae intendimus agere cum dicto Turcho, tam pro factis Albaniae, quam pro aliis, comittatur dicto ser Benedicto Contareno, quod cum nostris litteris credulitatis mittere debeat ad Basaytum capitaneum Scopiae, Thomasium notarium Sclavum, et sibi comittere, quod dicto Pasaytho, cum illis verbis amoris et dilectionis, quae sibi videbuntur, debeat demonstrare et ostendere, amorem et dilectionem, quam gerit nostrum dominium Pasayto predicto, et quod pro vivendo in bona pace et fraternitate cum dominio suo, intendimus mittere ad presentiam dicti domini sui, ambaxiatorem nostrum, de intentione nostra ad plenum informatum, et ideo si sibi placet, et de hoc dictus Thomas eundem Pasaytum attente rogare debeat, scribere dicto Turcho domino suo, ita quod possimus esse concordes cum eo, de hiis quae secum agere habebimus; habeat idem Thomas libertatem, promittendi Pasayto predicto, nostro nomine, singulo anno, ducatos mille de introytibus dictorum locorum, et quum hoc non posset obtinere, promittere debeat dictos ducatos absoluto, faciente dicto Thomasio, hanc nostram intentionem, per illum strictum et cautum modum, qui suae prudentiae videbitur, ut facta nostra sint secreta, et insuper habeat libertatem, collegium

domini, consiliarii capitum et sapientum, mittere per dictum Thomasium Pasayto predicto aliquod exemum, ad valorem ducatorum triginta.

Et debeat dictus ser Benedictus ire ad exequendum mandatum nostrum praedictum cum illa famulia, quae sibi videbitur pro honore nostri dominii, faciendo quam minorem expensam poterit, et dimittat ad regimen et gubernationem loci sibi comissi, usque reditum suum, virum nobilem ser Andream Marcello, et mittantur dicto ser Benedicto litterae et syndicatus necessarii occasione praedicta.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 137.

(Скоро сасвимъ исто ово, само мало пространіе, налази се іошъ еданпутъ заключено у истой III. кньиги, на стр. 144.)

CCXLII. 1408. 20. Januarii.

Пуномоћно писмо и наставленѣ за Бенедикта Контарена посланика Млетачкогъ къ деспоту Стефану и госпоій Марн.

Nos Michael Steno, dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili viro Benedicto Contareno, presentialiter comiti et capitaneo nostro Scutari, quatenus recepto presenti nostro mandato, debeas significare dominae Helenae et domino Balsae, quod pro possendo exequi ea quae diximus et dedimus in responsum ambaxiatoribus suis, qui fuerunt nuper

ad nostram presentiam, ac pro exhibendo celerem expeditionem ad ea, quae agere habemus cum suis magnificentiis, nos constituamus te in nostrum ambaxiatorem, iturum ad presentiam domini despoti et dominae Marae, pro concludendo et confirmando pacem tractatam per nostros provisores cum suis magnificentiis, quemadmodum suis ambaxiatoribus promisimus. Et pro tanto quandocunque erunt in puncto mittere et mittent suos sindicos et ambaxiatores, subito eris in puncto eundi et te repperiendi ad dominos antedictos.

Et cum habueris responsionem a predictis domina Helena et Balsa, quod sint parati mittere suos sindicos et ambaxiatores ad predictos dominum despotum et dominam Maram, et dato ordine de termino et tempore debito, volumus quod dimissa terra Scutari, in illa custodia et sub illo rectore, quem et quam tibi dicemus inferius, in bona gratià tu vadas noster ambaxiator, et sindicus ad dominos antedictos, videlicet ad dominum despotum et dominam Maram, et ad Pasaytum voivodam Turchorum, si tibi videbitur. Intelligendo te taliter, quod vadas et sis ibidem, quum ambaxiatores et sindici alterius partis illuc venient. Quibus cum fueris ad presentiam suam, presentabis nostras litteras credentiae, quas tibi misimus, et factis dictis dominis convenientibus salutationibus et oblationibus, de-

beas exponere. Quod deus novit, libenter et de bono animo vidissemus magnificam personam ipsius Balsae, tamquam nobilem civem nostrum hic Venetiis, ut cognovisset optimam intentionem nostram et radicem veri amoris, quam firmaveramus in mente nostra, et ulterius gratiam quam fecissemus sibi, si venisset ut promiserat, ita quod dolemus, quod crediderit illis, qui non bene consuluerunt sibi, et non suis magnificentiis. Sed non obstante quod non venerit ad presentiam nostram, quia a natura nostra et progenitorum nostrorum semper fuit et est, uti benignitate et clementia, tamen adhuc, intuytu et respectu ipsorum domini despoti et dominae Marae, sumus contenti quod cognoscat benignitatem et gratiam nostram, quae est, quod pax facta per nostros provisores, et magnificentias suas approbata et laudata, etiam per nos confirmetur et ratificetur et cet. Cum illis verbis contentis in responsione data ambaxiatoribus suis, cuius responsionis copiam tibi mittimus pro tua informatione, et cum aliis similibus verbis, quae tuae sapientiae videbuntur, tenendo modum, quod ad presentiam ipsorum dominorum et saltim domini despoti, confirmetur cum integritate pax suprascripta, facta per nostros provisores, et de hoc fiant instrumenta seu litterae patentes secundum quod erit opus; ac ulterius, quod predicti domini d e s p o t u s et domina M a r a, quae fuerunt plezii, se constituant plezios et secu-

ritates per instrumenta vel litteras, pro firmitate et observatione omnium promissorum, cum cautelis necessariis et opportunis. Declarando quod nostra intentio est de habendo totam contractam desuper Scutarum liberam, et villas et pertinentias Dulcigni, sine aliqua conditione alicuius primarii nec hominis, habentis aggere super illis; et quod non sint obedientes alii domino quam nobis, et quod de illis villis casalibus territoriis et hominibus dominatio nostra possit facere et disponere, secundum quod sibi videbitur et placebit, juxta formam dictae pacis.

Et si dicti domini erunt contenti ad hoc, ita quod fiat confirmatio suprascripta, cum dictis modis, procura tunc mittere executioni id quod conclusum et factum erit et opus fuerit pro pace predicta, cum illis bonis et utilibus provisionibus custodiis et ordinibus, qui et quae requiruntur, avisando te, quod in contributione Budvae tu habeas advertentiam, de essendo primo in possessionem illarum rerum, quae debent tibi dari, et habendo talem cautionem, quod non habeas dubitare. Et ut sis de omnibus provisus et plene informatus, mittimus tibi copiam pactorum pacis, factae per nostros provisores, ad cautelam, licet per eosdem auctentica in forma tibi foret dimissa.

Et quia dubitamus quod Balsa nolet contentari ad pacta, contenta in instrumentis

pacis suprascriptae, nam semper appetitus suus extitit et est, ad habendum Antivarum, et sic per alios suos ambaxiatores et ambaxiatores domini despotae et dominae Marae, et nunc per istos suos petitum et requisitum est a nobis. Et allegabitur, quod per nostros provisores fuit sibi promissum oretenus dictus locus. ipso veniente Venetias, ad petendum illum de gratia a nostro dominio; idcircho ad hoc poteris ei respondere, quod omni vice qua veniet ad nostram presentiam, ad petendum de gratia locum predictum, sicut promisit, ob intuitum domini despoti et bonae memoriae quondam domini Georgii patris sui, et dominae Marae, ac voivodae Basayti, quos habemus et tenemus in caros amicos, et pro ipsis faceremus omnia possibilia et honesta, nos faciemus sibi omne id quod promissum fuit sibi per nostros provisores, taliter quod merito habebit contentari, sperantes quod per dictum suum adventum, et per experientiam quam videbit, ex nostro dominio erga magnificam personam suam, animus eius unietur et conformabitur in tali et tanto amore et sincera et bona voluntate, cum dominio nostro, perpetuo duratura, quod nunquam aliquis suspectus nec rancor, in mente alicuius partium esse poterit nec nutriri, imo propter sua bona opera et perseverantiam, quam faciet in filiali devotione et confraternitate mutui amoris, nos semper habebimus ipsum in bonum et verum filium et dilectum nobilem

nostrum, et erimus sibi favorabiles in suis indigentiis, tam versus subditos suos, qui sibi offendissent, quam ad augmentum et conservationem sui status; de quo se reddat certissimum. Et sumus contenti in dicto casu facere sibi promissiones necessarias si opus erit, obligante ipso se vice versa, ad conservationem et defensionem locorum nostrorum. Et pro tanto in conclusione, stante ipso constante ad volendum Antivarum, tu potes respondere et procurare ac instare prudenter, quod huc veniat ad postulandum ipsum locum, iuxta promissionem pactorum, cum suprascriptis et aliis bonis verbis et rationibus, quae tibi videbuntur, dicendo et allegando, quod non veniente ipso huc ad nostram presentiam, nos non tenemur facere mentionem de dicto loco, sicut scit, nec sumus obligati ad dictam promissionem; et in hoc casu stante ipso firmo de non veniendo Venetias, procura removere ipsum a dicta petitione Antivari, cum illis bonis modis, qui tibi videbuntur, nam non esset honor nostri dominii ad faciendum aliter, quem super omnia nos apreciamus.

Et quum expertus fueris per omnes istos modos, et ipse non vellet contentari, tunc procura dextro et cauto modo, convenire cum Pasayto, et experiri, si per viam monetae, videlicet usque ad summam ducatorum M in anno, vel ab ipsa summa infra, avantazando comune nostrum quantum melius po-

teris, de intratis Antivari, ipse Pasaytus vellet se obligare, ad tenendum modum, quod Balsa staret firmus ad pacem predictam, factam per provisores nostros predictos.

Et quum factis omnibus istis experientiis non prodesset, qui Balsa seu sui nomine suo, starent pur constantes et firmi ad volendum Antivarum, et non velle venire Venetias, debeas experiri, si per viam pecuniae hoc factum posset aptari; in hoc casu sumus contenti, quod promittere possis usque ad summam ducatorum ·II mille in anno, de intratis dictorum locorum nostrorum, in duobus terminis in anno per medietatem, offerendo ad partem ad partem, usque ad dictam summam, cum quam maiori avantagio nostri comunis fieri poterit; et quod de Antivaro, nec de aliqua alia terra nostra, ipse non agat plus mentionem, habendo menti quod Balsa det nobis omnes villas territoria et iurisdictiones, quae de jure spectant vel spectare possent ad dictam terram Antivari. Et Sancta Maria de Rotezo et etiam fortilicium, quod fecit de Zelestina, quod est de pertinentiis predictis, cum omnibus hominibus et juribus liberis, quae nobis spectant; et non contentando ad hoc, sumus contenti, quod de residuo a Saboiane, quum per pacta pacis debebat sic stare, quousque veniret ad postulandum gratiam nostro dominio, sibi fiat libera quietatio et donatio, remanentibus nobis

pertinentiis Scutari et aliarum nostrarum terrarum, sicut antiquitus de jure sibi spectant.

Et quum vero Balsa non vellet attendere ad supra dictum factum de provisione ·II· mille ducatorum, sumus contenti pro exeundo de istis laboribus et ponendo illud paesium in illa quam meliori pace fieri poterit, quod debeas dare predicto Balsae, ipsum locum Antivari, existente primo in concordio secum, quod pro firmitate securitatis pacis, considerato quot partibus et promissionibus deffecit, ac pro non incurrendo in istas inconvenientias, nec non pro observatione promissorum, ipse debeat tibi dare illos obsides, qui erunt sufficientes, ultra plezeriam dictorum dominorum, ut dictum est supra, qui obsides sint de filiis Georgii Juras, Alexii Sotuma, Nicole Zauli, et aliorum suorum maiorum curialium cuiuslibet conditionis, et magis potentium, quos habet apud se. In contributione autem Antivari cum modis suprascriptis, debeas observare illos modos, qui alias comissi fuerunt per istud cosilium nostris provisoribus, quorum modorum copiam pressentialiter tibi mittimus, pro tua informatione; verum volumus quod tu procures habere totam aliam ripam fluminis Boianae, a duobus miliaribus infra terram, aut illam partem, quae saltem videbitur magis necessaria et utilis a Scutaro usque mare, quantum cognosces esse de pertinentiis Scutari, nam informati sumus, quod ista rippa est in

maximo damno Scutari, ipsa existente de Balsa; recordando tibi, quod per istam rem solam, non vellemus propterea, quod pax desisteret. Et dando Antivarum ut dictum est, procura de faciendo sic, quod non des sibi aliquem denarium, sicut continetur in pace facta per provisores.

Si autem non foret modus de possendo concordari cum Balsa per modos superius dictos, sed quod pur vellet Antivarum libere, et non dare obsides, nam avisati sumus, quod in eo casu ipse non obtinebit aliquam pacem, et procurabit aquirere residuum nostrorum locorum, et cognoscitur evidenter, quod foret sibi magis abile ad guerizandum, habente ipso unam terram, quam non habente aliquam, volumus quod facta per te illa honesta excusatione, quae tibi videbitur, domino despoto et dominae Marae et aliis dominis, qui tibi videbuntur, et justificatis nostris juribus, qualiter per nos non deffecit, nec defficit ad volendum Balsam pro filio nostro, accepto ab illis amicabili comeatu, debeas redire ad regimen tuum Scutari.

Et quia non facit pro nobis ad standum in guerra, nec etiam in expensis, sumus contenti, quod in casu quo non moveatur novitas per Balsam ad aliquem locorum nostrorum, tu dissimules cum ipso quam melius potes, et procura toto posse tuo, quod fiant sufferentiae inter partes, et quod interim tu

scribes nostro dominio; et si pur dictus Balsa moveret seu moveri faceret aliquam novitatem ad nostra loca, possitis guerizare et substinere nostrum honorem, procurando posse tuo, de retrahendo et habendo tecum de suis nobilibus, de illis videlicet, qui videbuntur magis utiles factis nostris, possendo sibi promittere de territoriis et intratis de inde, secundum quod tuae discretioni videbitur, pro bono et honore nostro, ac destructione Balsae, ac salute nostrorum locorum.

Eundo ad presentiam domini despoti, debeas dimittere loco tui ad regimen et custodiam Scutari, virum nobilem ser Andream Marcello, qui stet et teneat jus et justitiam, cum bona custodia terrae, secundum quod sibi mandabimus per litteras nostras.

Mittimus tibi litteras credentiales, sindicatum super hiis, et alias litteras pertinentes factis predictis, et copiam pactorum, quae habuimus cum domino Georgio Strazimiro, et quae habemus cum Coya, pro tua informatione.

Et quia per nostros provisores sumus informati, quod inter alia nostrae gentes equestres et pedestres, existentes in partibus illis, sunt male in ordine, et esset opus ut renovarentur, facimus tibi notum, quod pro securitate et conforto dictorum nostrorum locorum et subditorum nostrorum, mittemus tibi aliquas gentes ab equo et pede, quae erunt

avantagiatae et presto quantum poterimus, pro reaptando gentes et terras nostras, sicut fuerit opus, et interim poteritis providere, sicut tibi melius videbitur, avisando te, quod pro prestiori expeditione, mittemus homines armorum sine equis, cum selis et armis, quia sumus informati, quod de inde poterunt presto se fulcire equis.

Habeas menti de tractando istas res cum domino despoto, et cum aliis qui requiruntur, tantum secrete, quantum fieri potest, et in pauciori numero personarum, quo fieri poterit.

Insuper avisamus te, quod comittimus baiulo nostro Durachii, quod ad omnem requisitionem tuam, debeat tibi dare brigantinum, qui ibi est armatus, ut possis ipsum tenere et operari in lacu et alibi, secundum quod tibi videbitur fore necesse, nam informati sumus, quod est multum utilis factis nostris.

Et quia propter res dictas superius, erit opus dicto ser Benedicto Contareno habere unum notarium discretum, pro ducendo secum, et pro mittendo ad Sandalum et ad Catarinos, et ad alia loca ubi erit opus, et de inde sit nisi unus, qui non posset removeri, nec exerceri extra locum, vadit pars, quod mittatur unus noster sufficiens notarius, ille qui videbitur collegio, qui vadat et sit ad obedientiam ser Benedicti Contareno, portando sibi litteras et alias scripturas, secundum

quod sibi mandabitur per collegium antedictum, et possit expendere ducatos duos cum dimidio in die, ducendo illam familiam, quae sibi videbitur necessaria.

Secr. Cons. Rogat. Libro III. ch. 138.

CCXLIII. 1408. die 12. Februarii.

Заключено: да луждовъ саветъ може ступити у договаранѣ са некимъ лицемъ, кое Млетчићима нуди поуздано средство, да могу натерати Балшу на покорность и на миръ.

Capta. Quia cedit ad dubium si facta partium Albaniae sequi debeant tali modo, quod remaneamus in concordio et quiete cum Balsa, an in guerra, et presentialiter pervenerit ad manus nostri dominii certus partitus et certus modus utilis remedii et provisionis, ad quae si attendimus et vigillamus, poterit esse de levi causa inducendi Balsam et compellendi ipsum ad faciendum de rebus, quae redundant ad bonum utile et comodum nostrorum locorum in partibus Albaniae, nam aliter cognosceret cadere ad destructionem suam, sed ipsa persona, quae pro parte dominorum suorum nobis proposuit hoc factum, tantum stricte nos rogavit, ut habeamus ipsam secretam, quantum potuit. Et bonum sit non derelinquere factum predictum, considerato bono fructu qui sequi poterit deo dante; vadit pars: quod collegium domini, consiliarii capitum et sapientum utriusque manus, habeant libertatem practicandi

raciocinandi et revidendi super factis predictis, secundum quod melius et utilius sibi videbitur, pro utili et bono nostro, non concludendo tamen in aliquo, nisi cum auctoritate istius consilii, in quo poterit deliberari secundum quod melius apparebit, licet facta predicta sint naturae et conditionis, quae in nullo actu dominium nostrum norit facere contributionem alicuius expensae.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 144.

CCXLIV. 1409. Indict. II. 15. Martii.

Одговоръ на предложеня општине Которске, коя нуди Млетчићима, да имъ помаже у рату противъ Балше, подъ некимъ условіяма.

Cum iam pluribus diebus venerit ad presentiam nostram unus ambaxiator comunitatis Catari, expositurus sub litteris credentiae, aliqua capitula, pro parte illius comunitatis, ob quam causam et quia ipse requisivit, hoc factum haberi secretum, tunc data fuit libertas collegio praticandi ratiotinandi et respondendi super factis predictis, sicut eidem collegio melius videretur, non concludendo tamen in aliquo, nisi cum auctoritate huius consilii. Et super ipsis capitulis per collegium habita sit consideratio, sed non videatur, quod ipse ambaxiator habeat aliquem syndicatum, nec libertatem, nam dicit venisse cum littera credentiae et cum ipsis capitulis, pro sciendo et habendo intentionem nostram,

et requirat habere responsum. Vadit pars, quod respondeatur et dicatur dicto ambaxiatori, quod semper dileximus illam comunitatem et cives, et sic nunc teste deo diligimus sincero corde, et cognovimus in eisdem bonum animum et optimam voluntatem et dispositionem erga honores nostri dominii, tamquam in bonis et veris amicis, et une plus oblationes suas nobis factas, de quibus multum regratiamur eis. Verum ad capitula, nobis porrecta, quorum effectus est: quod illa comunitas se offert velle esse nobiscum a d g u e r r a m, si illam haberemus c u m B a l s a, cum certis conditionibus inclusis, ipsa communitate existente libera a tributo ducatorum mille, quos solita est dare B a l s a e. Et quod veniente dominatione nostra ad pacem cum Balsa, ipsa comunitas includatur in ipsa pace, et ulterius, quod nostra dominatio teneatur ipsam comunitatem defendere per mare ab omni persona, et cet. Dicatur quod misimus ambaxiatam nostram tractandam per comitem et capitaneum nostrum Scutari, in partibus Albaniae, et non possumus comprehendere conclusionem factorum adhuc aut pacis aut guerrae cum Balsa. Et si pax et concordium esset et sequeretur, ista non haberent locum, si autem aliter sequeretur, videlicet guerra, quod essemus contenti habere illam comunitatem nobiscum, et esse sibi favorabiles, et ipsam favorabilem factis nostris de inde, et promittere de defendendo illos cives in mari

et tenere pro caris amicis. Jam comunitas quae deinde sentire poterit quid sequetur de pace aut guerra, et etiam nos poterimus sibi facere dari notitiam de hac, et poterit tunc mittere suum sindicum cum instrumento et libertate ad plenum ad querendum id, quod sit justum et rationabile, quia illa tunc ipsos audiemus, et nos poterimus facere tractare et concludere, secundum quod nobis conveniens apparebit.

Secr. Consil. Rog. Lib. IV. ch. 3.

CCXLV. 1409. 3. Augusti.

Заключено: одредити неколико чланова савета, да уговарају са госпоіомъ Єленомъ матеромъ Балшиномъ, коя є дошла у Млетке, да моли за опроштенѣ и да се мири са Млетчићима.

Capta. Cum domina Helena mater Balsae Strazimiri, in effectu dixerit nostro dominio, quod ipsa est illa et non filius suus, quae est in culpa et defectu eorum, quae comissa sunt contra nostrum dominium, et propterea petit veniam et supplicat, ut dignemur habere ipsam et filium recomendatum, ut possint et habeant cum honore suo unde vivere, vadit pars, quod mittantur ad dictam dominam Helenam, duo sapientes consilii et unus sapiens ordinum, qui debeant sibi repplicare verba suprascripta, quae ipsa exposuit nostro dominio, et respondere ei nostri parte, quod sicut non dubitamus habet memoriae, fuit inter

nos et magnificae memoriae dominum Georgium Strazimiri virum suum, sincera et cordialis dilectio, propter quam similiter habebamus et tenebamus ipsam dominam et natum suum in nostros filios carissimos, et sic sumus dispositi facere nunc et in futurum, dummodo non deficiant a parte sua. Et licet sicut ipsa scit, hic amor et ista dilecto nunquam fuerit interrupta, nostro defectu, tamen sequentes benignos mores nostrorum progenitorum et nostrum, considerata venia quam petit, et bona et optima dispositione, quam promittit habere ad honores et benplacita nostra, sumus contenti parcere eis et habere eos recomendatos, sperantes, quod effectus suorum operum correspondebit verbis et promissionibus suis; circa vero factum providendi ut habeant unde vivere, respondemus quod semper fuimus et sumus parati circa hoc facere id quod sit justum et rationabile, et propterea si placet ei super hoc suo vivere aliquid dicere vel declarare, ipsi audient et reportabunt nostro dominio, quod respondebit prout nobis videbitur. Et cum his quae habuerint et audierint a dicta domina, revertantur ad dominium, ut possit postea provideri per istud consilium, prout videbitur melius et securius pro nostro dominio.

Dominus et ser Nicolaus Vieturi sapiens consilii, volunt suprascriptam partem per to-

tum, salvo: quod ad dicendum et exequendum predicta mittantur nobiles viri ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus de Rippa miles, qui sunt informati de praticatis in Albania.

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 47.

CCXLVI. 1409. 27. Augusti.

Заключено одговорити кнезу Задарскомъ, да даде на знанѣ дуки Хервою, да ће нѣгови посланици у Млетцима бити добро дошли.

Capta. Quod respondeatur provisoribus nostris Jadrae, ad ea quae nobis scripserunt super ambasiata sibi facta ex parte Duche Creuoie, quod audivimus et intelleximus omnia sibi dicta ex parte Creuoie predicti, audivimus etiam responsionem per eos factam ben et sapienter, pro quibus omnibus sapientiam et solicitudinem suam merito commendantes respondemus, quod nobis multum placuerunt ea quae responderunt predicto ambaxiatori Creuoie. Verum quia tetigerunt, quod dictus ambasiator dixerat, quod si videretur dictis nostris provisoribus, libenter mitteret suam ambasiatam Venetias et cet. ad hoc dicatur: respondeatur provisoribus predictis, quod multum placeret nobis, quod dictus Creuoia mitteret Venetias ambasiatam suam; et propterea si dicti nostri provisores viderent aliquem modum possendi notificare facere vel alium modum tenere bonum et idoneum, quod dictus Creuoia mitteret suam ambasiatam, hoc multum

placeret nobis, quia libenter vellemus, quod dicta ambasiata huc veniret; faciendo hoc ita honeste et cauto modo, quod non posset perpendere a nobis hoc procedere.

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 52.

CCXLVII. 1409. 2. Septembris.

Наставленѣ за господу, кои ћеду се састаяти и договарати са госпоіомъ Єленомъ, удовицомъ Ђорђа Срацимира, о условіяма помиреня између Млетака съ едне и госпое Єлене и Балше съ друге стране.

Capta. Cum actenus nihil factum vel conclusum sit cum domina Elena Stracimiri, quae diu hic stetit, et bonum sit ymo penitus necessarium, providere super factis suis, ut nos sciamus et ipsa sciat, qualiter habeamus vivere simul. Vadit pars; quod ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus de Rippa miles, cum uno ex sapientibus ordinum, ire debeant ad dictam dominam Elenam, totiens quotiens fuerit opportunum, ad praticandum secum super his, quae petit a nostro dominio. Quibus ex nunc comittatur, quod debeant procurare et instare secum, cum illis modis verbis et rationibus, quae suis sapientiis videbuntur, quod ipsa sit contenta, non velle nec petere aliquam terram castrum vel fortilitium partium Albaniae a nostro dominio preter Budam, quae sibi alias promissa fuit. Et in isto casu, si erit contenta ut supra, possint promittere sibi no-

mine nostri dominii, ad partem ad partem usque ad summam ducatorum duorum millium auri, de redditu singulo ano de introitibus locorum de inde, et a dicta quantitate infra sicut melius poterunt, pro bono nostri dominii, remanentibus in libertate et potestate nostra omnibus terris locis fortiliciis et districtibus, qui et quae sunt a Sutormano versus lacum, usque ad Boianam, ad introitum flumarie, et sic veniendo per mare usque sanctam Mariam de Reteo, secundum formam pacis factae in Durachio. Et quum istud obtineri non posset, quod obtineatur saltem a Sutormano per coronam montanae de super Antibarum, versus et subtus Dulcignum, declarando per talem modum loca et villa quae sunt intra istos confines et districtus, quod quilibet cognoscat sua.

Item quod dicta domina Elena et Balsa promittant, quod per suos non fient aliquae novitates furta vel robariae nostris subditis, quia e converso nos similiter promittemus. Et si per aliquem de suis comitterentur aliquae robariae vel furta contra aliquos ex nostris, quod ipsi facient fieri debitas restitutiones et satisfactiones cum effectu, et similiter si per nostros fierent novitates furta vel robarie contra suos, quod nostra dominatio teneatur facere fieri debitam restitutionem vel emendam, et insuper procurare, quod ruinetur illa bastita de Celestrina.

Et si poterunt obtinere ut predicitur, bene quidem, sin autem trahant ab ea quidquid poterunt, et postea cum his quae habuerint de intentione sua, venientes ad istud consilium et providebitur sicut melius apparebit.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 55.

CCXLVIII. 1409 7. Septembris

Заключено, писати кнезу и капетану Скадарскомъ, да пошлѣ Пазаиту поглавару Турака у предѣлу Скопля, тайнимъ путемъ 250 дуката, као половину оии годишнъи 500 дуката, кое су му Млетчићи обећали.

Capta. Quod scribatur et mandetur comiti et capitaneo Scutari, quod recepto presenti nostro mandato, debeat mittere Pasayto capitaneo Turchorum in partibus Scopiae, ducatos ducentos et quinquaginta in auro, per illum secretum modum qui sibi videbitur, qui sint pro medietate ducatorum quingentorum, quos habere debet annuatim a nobis. Ut idem Pasaytus cognoscat, quod simus dispositi attendere et observare sibi per nos promissa.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 55.

CCXLIX. 1409. 16. Novembris.

Наставленѣ за кнеза и капетана Скадарскогъ, како ће говорити посланику Турскомъ о условіяма мира између Млетака и госпое Єлене и Балше уговоренимъ, и писмомъ в заклетвомъ већъ потврђенимъ, кадъ є госпоя Єлена была у Млетцима.

Cum inter alia quae considerari debent, principaliter debeamus velle conservationem

honoris nostri, quia nil aliud plus auget vel diminuit honorem, quam observantia vel inobservantia juramenti et promissionum, et successive deficiente credulitate et fide, omnia tam apud deum quam homines mundi erunt in peius; et propterea quia vitandum est omnino, non incurrere in hunc errorem et infamiam. Vadit pars: quod super istis factis Albaniae, considerata promissione nuper facta cum sacramento per litteras nostras bullatas, datas in manibus dominae Elenae, matris Balsae Strazimiri, et parte pridie capta contra dictam promissionem, provideatur in hunc modum. Videlicet: quod scribatur et mandetur et comiti et capitaneo Scutari, quod debeat esse cum Petro Longo ambasiatore Turchi, et ei dicere, quod fecimus cum domina Elena, existente hic Venetiis, aliquam conventionem, in qua inter alia continetur, quod utraque pars debeat esse sollicita, ad ducendum differentias existentes inter nos et ipsam et Balsam, ad pacem firmam et conclusivam. Et quia sensimus multa esse innovata in partibus illis, quae nobis non erant nota, tamen volentes uti nostra benignitate sollita, rogamus dictum oratorem Turchi, quod si aliqua pax firma non esset secuta, debeat operari et facere, quod fiat pax inter partes, secundum formam, quae fuit oblata ambasiatoribus despoti et dominae Marae et dicti Balsae, quum fuerunt

Venetiis, videlicet: de dando eis Budam et salinas, et ducatos MVcentum de provisione annuali; et informetur rector noster praedictus ad plenum de dicta forma pacis, alias praticata, retinendo tamen omnino pro nostro dominio la Xaboianam, etiam la Celestinam, si ipsam habuisset, qua pace sequente faciat sibi reddi litteras nostras, quas nuper dedimus dictae dominae Elenae in Venetiis. Et si dicta pax sequi poterit benequidem, quum vero non, videtur nobis quod simus absoluti a sacramento et ab observantia litterarum nostrarum datarum dictae dominae Elenae, quia non observant partem illam contentam in eis, de procurando pacem, quia non attendit neo vult pacem, ad quam procurandam utraque pars tenetur. Et in hoc casu observare debeat noster rector praedictus ea, quae nuper sibi scripsimus, postquam sensimus occursa et gesta per eum in partibus illis. Si vero dictus Petrus inde recessisset et ut est dictum, nulla alia pax firma secuta fuisset, debeat ipse practicare et offerre dictae dominae Elenae et Balsae pacem, in forma suprascripta, et si concludere poterit benequidem, quum vero non, exequi debeat ultimum mandatum nostrum, pridie sibi scriptum et factum, postquam sensimus occursa et gesta per eum de inde. Sed nihilominus informare debeat nos, de responsionibus dictae dominae Elenae et Balsae, et secutis de inde, ut de hinc cum

dicto Petro Longo oratore Turchi, possimus praticare super forma dictae pacis, et aliter prout videbitur huic consilio.

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 75.

CCL. 1409. 21. Septembris.

Наставленѣ за господу, кои се погађаю са госпоiомъ Єленомъ, удовицомъ Ђорђа Срацимирова, о условiяма подъ коима ћe се коначно заключити миръ између Млетака и госпоє Єлене и нѣногъ сина Балше.

Cum multum faciat pro nostro dominio devenire ad bonam conclusionem et concordium cum domina Elena Strazimiri, matre Balsae, et non stare ampluis in istis terminis, considerata pace nuper facta per ambasiatorem nostrum, nobilem virum ser Franciscum Justiniano, cum Musuman Calabi domino Turchorum, in qua continetur, quod dictus dominus est contentus, quod dominatio nostra habeat castra loca et terras et habentias eorum, quae dominatio nostra tenet in partibus Albaniae, quae fuerunt condam Georgii Srazimiri et Balsae eius filii, per illum modum, quo nostra dominatio illa tenet et habet, et cum concordio, quod cum dicto Balsa habet; et quia dictus ser Franciscus declarat ostendisse pacem factam in millesimo quadringentesimo octavo, die decimo septimo Junii, per nostros provisores, in qua remanet in suspenso id, quod debet esse de contrata

de la Xaboiana, donec Balsa veniet Venetias, ad petendum gratiam a nostro dominio, qui sicut notum est non venit, et tenet et possidet dictam contratam et etiam magnam partem confinium aliarum terrarum nostrarum, cum maximo damno nostrorum jurium et terrarum nostrarum de inde. Et cum istis diebus elapsis fuerit praticatum et omnis possibilis experientia facta, per ser Robertum Mauroceno et ser Jacobum de Rippa militem, qui de nostro mandato iverunt ad dictam dominam Elenam, ut esset contenta, quod tota Xaboiana remaneret nostro dominio, cum tota rippa Boianae a parte sancti Nicolai cum suo monasterio sancti Nicolai usque Scutarum, et sancta Maria de Roteço et fortilicium Celestrine similiter remaneret nostro dominio, et ob hoc nostra dominatio daret dicto Balsae Buduam cum suis pertinentiis et salinis et ducatorum ·II· mille in anno, secundum partem captam in hoc consilio, et remaneat sibi Crayna; de quo prefata domina Elena non fuit contenta. Et bonum et utile sit non dare causam quod recedat in discordia a nobis, ut non procuraret cum fratre suo et aliis suis amicis in notificando Turcho, quod non esset in pace nobiscum, pro destruendo pacem predictam; Vadit pars: quod mittantur ad dictam dominam Elenam dicti ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus de Rippa miles, ad

praticandum et procurandum de essendo in concordia cum domina Elena prefata, et quod remaneret toto posse suo, nostro dominio tota contrata Xaboianae, cum omnibus terris et locis, quae in ea sunt, incipiendo a Sutermano per totam coronam montanae, quae finit per oppositum Scutari, ubi fit transitus ad aliam partem, et veniendo a Scutari et eundo per rippam Boianae usque ad sanctum Nicolaum, et a sancto Nicolao per mare usque ad sanctam Mariam de Roteço, et a sancta Maria de Roteço cum villis et hominibus dictae ecclesie usque ad Sutermanum, et remanentibus dictae dominae Elenae et Balsae Budua et habentiis et pertinentiis suis, et ultra hoc promittatur eis ducatorum mille in anno, de introitibus dictorum locorum. Et si hoc obtinere poterunt ben quidem, quin non, procurare debeant, quod remaneant nostro dominio villae et loca de Propat, quae sunt inter Antivarum et Dulcignum, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, usque ad confinia Dulcigni et de Xaboiana, unum milliare infra terram a rippa Boianae per totum, incipiendo a Scutari et eundo usque ad sanctum Nicolaum, et a sancto Nicolao usque Dulcignum, cum omnibus villis domibus et hominibus, qui et quae essent infra dictum milliare, cum suis juribus et pertinentiis, ultra alias terras et civitates et loca quae habemus.

Et propter hoc possint promittere dictae dominae Elenae Buduam, ut superius continetur et ducatos quingentos usque mille in anno.

Ser Leonardus Victuri sapiens ordinum, vult partem suprascriptam, dando ducatos duo millia.

Ser Jacobus de Rippa miles vult dictam partem ser Marci Dandulo, cum instancia et sequenti additione, videlicet. Et si obtineri non possit, ut in dicta parte continetur, tunc ut non remaneat quin dicta pars concludatur, debeant procurare dicti duo qui ibunt, quod remaneat nostro dominio civitas Dulcigni cum suis pertinentiis villis et hominibus, specifice cum dominio suo, veniendo recte usque ad sanctum Georgium et inde usque ad sanctum Nicolaum, Fuxie Boianae et abbatia cum suis villis et confinibus, et molendina, de quibus est dra (sic) et Antivarum, per costam montanae usque ad confinia de Propat, cum villis et hominibus et fortilicium Celestrine, incipiendo a marina a parte Dulcigni et capiendo a sancta Mama, eundo sursum usque ad fossum quod est super Juoislavi, eundo sic a la figara, quae est sub via qua itur Scutarum, eundo sursum versus villam de li Sturti, quae est ecclesiae sancti Georgii, quae est super territorio Antivari, et ita sursum in lo lesim, in mon-

tanea, quae est supra li Mirchoe, et ita sursum in montanea sanctae Tacumiae versus lacum, et ita per summitatem montanee ad Schalam, et ita per summitatem montaneae usque ad summitatem montaneae de Suterman, et ab illa parte montaneae ad quandam arborem, quae vocatur Metuduço, versus villam de li Chiruçi, et ita in summitate montaneae di la Usuta usque i Pastronich, et ita infra usque ad villam de li Susam, quae est sanctae Mariae de Roteço, infra versus marinam. Et remaneat similiter sancta Maria de Roteço cum suis confinibus villis et hominibus et dominio; et similiter remaneat nostro dominio villa de li Sestan, intelligendo quod ser Marinus de Elia possideat territoria sua, quae habet in Propat. Quibus sic habitis, possint dicti nostri duo promittere dictae dominae Elenae et Balsae eius filio, Buduam cum omnibus suis habentiis et pertinentiis, prout continetur superius, non dando sibi aliquam quantitatem denariorum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 60.

CCLI. 1409. Ind. III. 11. Januarii.

Одговоръ посланику Іована Кастріоте на нѣгова предложеня.

Capta: Quod respondeatur huic oratori magnifici domini Johannis Castrioti, qui ad conspectum nostri dominii comparuit cum certis requisitionibus atque capitulis.

Et primo ad primum capitulum per quod asserit, ipsum esse astactum a Turchis, et habere proprium natum in obsidem apud eos, ac quotidie infestari, ut ipsos Turchos permittat per passus et loca sua descendere ad territoria et loca nostrae dominationi subjecta, quod facere noluit modo aliquo vel ingenio, tam intuitu dei et conservatione fidei Christianae, quam amore nostri dominii, petens a nostro dominio aliquem locum tutum, ad quem tempore necessitatis possit recurrere si oprimeretur a Turchis, offerensque velle servire nostro dominio cum suis gentibus, cum decenti provisione, nec non ad secundum capitulum, quod videtur esse unum et iddem, per quod dicit, quod nisi foveatur a nostro dominio, et ex necessitate et opressione ipsorum Turchorum, si eum opporteret eis adhaerere et obedientiae eorum Turchorum subire, habeatur merito excusatus.

Respondeatur eidem, quod de sua bona voluntate et sincera dilectione, quas gerit erga nostrum dominium regraciamur eidem. Verum pro multis bonis respectibus videtur nobis bonum et facere pro sua magnificentia, quod aliqualiter pro nunc non debeat querere, nec innovare seu facere rem, quae inducere possit ipsum in discordiam cum Turcho; ymo presenti tempore sic quomodo melius potest debeat pertransire. Nam debet esse certissimus, quod si occureret casus, quod possemus facere de rebus, quae cederent ad ho-

norem nostri dominii et bonum suae magnificentiae, semper reperiret nos promptos ad bonum et honorem suae magnificentiae, tamquam boni et cari filii nostri dominii.

Ad tertium vero capitulum per quod dicit, quod mensurae et pondera vitualium et rerum ac mercationum, quae expediuntur in Durachio, Scutaro et Alexio, semper solita in uno statu permanere, quasi singulo anno mutantur per officiales dictorum locorum, cum maxima confusione habentium agere in dictis locis.

Respondeatur, quod mandabimus nostris rectoribus de inde, quod ipsas debeant reducere et tenere ad mensuram et statum pristinum, quia hoc nobis displicet, quantum displicere posset! nam nostrum dominium non intendit, quod aliquid innovetur contra debitum rationis, nec in praeiudicium nostrorum locorum et dominorum ac vicinorum circumstantium.

(Intimatum fuit statim capitulum in forma opportuna istis rectoribus; videlicet baiulo et capitaneo Durachii; comiti et capitaneo Scutari; provisori Alexii; potestati Antibari; comiti et capitaneo Dulcigni.)

Misti del Senato XLVIII. ch. 121.

CCLII. 1409. Indict. II. 9 Februarii.

Заключено, да онай годишньи данакъ, кои Млетчићи мораю Турцима давати за своѥ землѣ у Албаніи, имаю плаћати тамошньи жительи као прирезъ.

Capta. Quia per formam compositionis

tractate per nobilem virum ser Franciscum Justiniano, oratorem nostrum et nunc baiulum Constantinopolis, cum magnifico domino Musulmano Zalabi, nos sumus obligati dare et assignari facere sibi in Constantinopoli, per totum mensem Augusti proximi, dicto domino vel suo nuntio et procuratori, pro locis Albaniae quae tenemus, ducatos mille auri de intratis de inde, et sic de anno in annum, et Pasayto capitaneo suo in partibus Scopiae ducatos ·V· centum omni anno, et iustum et conveniens sit, quod subditi nostri loocorum praedictorum, in quorum utilitatem et emolumentum convertitur compositio antedicta, quia per illam pacifice poterunt gaudere territoriis possessionibus et bonis suis, solvant dictam pecuniam, secundum quod faciunt Patracenses pro civitate Patrasii. Vadit pars: quod per nostras litteras ad cautelam informari debeat comes et capitaneus noster Scutari, de forma et terminis dictae compositionis, et quomodo ipsa pecunia solvi debet in termino antedicto; mandando eidem, quod quanto prestius poterit, det operam de conferendo cum aliis rectoribus nostris Albaniae et cum progniariis, super forma et modo inveniendis ad faciendum, quod pecunia praedicta per subditos nostros dictarum partium persolvatur. Procurando quod dicti modi sint quam magis comunes et honesti esse poterunt. Ita quod toto posse suo nullus habeat

causam justam querellae, et quod cuncti solvant id, quod per sortem sibi tanget, et significando nobis presto omnia quae fecerit in factis praedictis, ut simus de omnibus informati. Avisando ipsum ad cautelam, quod per informationem quam habemus, Georgius Strazimir et Balsa eius filius, ista de causa posuerunt coltam suis subditis de uno ducato pro igne, ut posset solvere tributum Turchis pro terris predictis.

Et avisetur etiam ad cautelam, quod nobis videretur fore bonum ponere pro igne ducatum dimidium, unum ducatum et unum cum dimidio, secundum possibilitatem personarum, tantum quod subter supra veniatur ad rationem unius ducati pro igne.

Secr. Cons. Rogator. Lib. IV. ch. 91.

CCLIII. 1410. Indict. III. 12. Junii.

Посланику кнеза Никете одговарасе, да може ићи кући, а да ће на предложеня одъ нћга чинћна, донети одговоръ новъ управитель Скадра и Драча.

Capta: Cum fuerit jam diu hic Venetiis unus ambassiator comitis Nichetae, qui praesentavit multa capitula, et super praedictis habuerimus informationem a nostro comite et capitaneo Scutari, per eius litteras; et pro omni bono respectu utile sit differe ad dandum responsum ad dicta capitula, sitque et bonum non retinere amplius ipsum oratorem hic; Vadit pars: Quod dicatur ipsi

ambaxiatori, quod sumus de proximo missuri novum rectorem Scutarum et Durachium, per quos seu alterutrum eorum, seu per nostras litteras sibi faciemus respondere ad requisita per eum. Et propterea potest recedere ad libitum suum, et cum praedictis et similibus verbis expediatur.

Misti del Senato XLVIII. ch. 150.

CCLIV. 1410. 8. Augusti

Одговоръ датъ посланику господара Волка сина цара Лазара, на предложеня одъ нѣга чинѣна.

Quod isti ambaxiatori magnifici domini Volchi, filii quondam comitis Lazari, domini Raxiae, respondeatur in hac forma ad capitula nobis porrecta, ut inferius continetur.

Et primo ad primam partem, per quam ipse dominus Volchus se recomendat nostro dominio, et suplicat acceptari pro nobile cive civitatis nostrae Venetiarum; offerendo se et statum suum et terras ad honores nostros etc. Respondeatur, quod semper dileximus quondam genitorem suum sincero corde, et sic amamus et intendimus amare ipsum magnificum dominum Volchum, et habere et tenere pro bono filio et amico nostro carissimo, et statum suum habere intime recomissum. Super facto vero nobilis civilitatis Venetiarum, opus est ut provideamus

cum nostris consiliis ordinatis terrae, sicut semper est solitum observari.

Ad secundam partem, per quam petit ut dignemur facere fieri sibi unam litteram patentem, per quam mandetur omnibus nostris rectoribus, potestatibus et capitaneis, quatenus habere possit receptum cum arnesiis et bonis suis, ut factum fuit suis attinentibus. Respondeatur, quod amentes (sic) ipsum magnificum dominum et proponentes in mente nostra illam fiduciam firmam de ipso, quam faceremus de filio et bono amico, sumus contenti et sic ordinabimus et comittemus omnibus nostris rectoribus partium de inde, quatenus debeant receptare videre et honorare personam suam et suos, cum suis bonis et havere, dulciter et caritative, sicut proprios et cariores cives nostros, et sicut magnificentiam suam decet, cum illa comitiva, quae sit securtatis locorum nostrorum. Et ex nunc captum sit, quod sic debeat scribi rectoribus nostris, mandando cuilibet ipsorum, quatenus quando dictus dominus Volcho vellet venire vel mittere cum bonis et havere suo ad terras nostras, debeant eos receptare videre et honorare, ut dictum est, habendo tamen in omni casu advertentiam ad quantitatem et numerum personarum exeuntium secum, non excessivam, et ad securitatem, tutelam et conservationem terrarum et fortilitiorum nostrorum et locorum sibi comissorum, ut propter hanc concessionem nost-

ram aliquid sinistri, nec in detrimentum status nostri posset occurrere ullo modo.

Ad tertiam partem, per quam dicit sibi fuisse comissum per dominum suum Mussulman Zalapi, ut deberet mittere ad nos, quatenus nobis placeret destinare galeas nostras in suum subsidium, ut posset transire de Turchia in Greciam; dicendo, quod amat nostrum dominium super omnibus aliis dominationibus etc. Respondeatur, quod sicut ipse dominus Mussolman clare novit, semper dileximus ipsum et statum prosperum suum, et hoc pluries apparuit operum per effectum, quia semper fuimus in amore et bona pace simul. Et est verum, quod iam ipse transivit in Greciam, propter quod non est opus auxilio quod requirebat, sed bene debet esse certissimus, quod in omnibus quae cederent ad honorem exaltationem et augmentum suum, semper essemus parati et dispositi, sicut pro honorabili et caro amico nostro, et providissemus et provideremus, sicut videretur nobis conveniens et opportunum.

Ad quartam partem, per quam rogat et supplicat, ut dignemur velle summere ad gratiam dominam Elenam et filium Balsam, et habere illos pro recomendatis et servitoribus, et providere ut possint vivere cum honore sub dominio nostro etc. Respondeatur, quod ut notorium est toti mundo, semper progenitores nostri a natura et no-

strum dominium similiter, deum et humanitatem colentes, fuerunt benigni et latissimi ad parcendum omnibus recognitoribus culpae suae, et postposuerunt et obliti sunt omnes iniurias et offensas, sicut apparet operum per effectum. Nam totiens domina Elena et filius fecerunt latas promissiones et evidenter deffecerunt fide sua, et nihil de promissis obtinuerunt; et nunc de novo curi fecerunt territorium nostrum, et damnificaverunt subditos et fideles nostros dictarum partium. Actamen adhuc in complacentiam magnificentiae suae sumus parati sibi parcere; ita quod si placet magnifico domino Volcho praedicto, velle mittere ambassiatores suos super hac materia, et similiter per ipsos Balsam et matrem ad nostrum dominium, cum illis requisitionibus et modis, qui sint justi et rationabiles et honesti, tunc providebimus et erimus contenti facere de rebus, quae sint secundum deum et honorem nostri dominii, et de quibus ipsi poterunt merito contentari, dummodo dispositio sua sit observandi id quod effectualiter promittet nostro dominio. Cum conditione, quod utraque pars interim debeat se abstinere de inde ab offensis omnibus et damnis inferendis, quousque ambaxiatores redierint, et quod videbitur quid debebit sequi in facto praedicto, super quibus rectores nostri, quibus scribi debeat, debeant nos presto de omnibus informare.

Misti del Senato XLVIII. ch. 172.

CCLV. 1410. Indict. IV. 5. Januarii.

Привилегія великогъ войводе Босанскогъ Сандала на Млетачко граѣанство.

Privilegium magnifici et potentis domini Sandalli, magni voyvodae regni Bossinae, nec non domini aliarum terrarum maritimarum.

Michael Steno, dei gratia dux Venetiarum et cet. Universis et singulis, tam amicis quam fidelibus et tam praesentibus quam futuris, praesens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus tanto benignius consvevit personas honorabiles sibi devotas honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Sandallus, magnus voyvoda regni Bossinae, nec non dominus aliarum terrarum maritimarum, semper fuit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut promptis affectibus ostendit, qui in agendis ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus, promptum et devotum laudabiliter et incessanter se praebuit atque praebet, suplicationibus nobis sua parte porrectis gratio-

sius anuentes, praefatum magnificum et potentem dominum Sandallum, cum eius filiis et heredibus, ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus fecimus et facimus, atque pro nobile et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus beneficiis imunitatibus et honoribus, quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus et potens dominus Sandallus ac sui filii et heredes, in Venetiis et extra ubique locorum plenissime gaudeant perpetuo et utantur. Nobis quoque idem magnificus et potens dominus Sandallus per suum procuratorem legitimum, ad evangelia sancta dei, soleniter fidelitatis debitum prestitit juramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis millesimo quadringentesimo decimo, mensis Januarii die quinto, indictione quarta.

Liber privileg. I-mus, charta 168.

CCLVI. 1410. Indict. IV. 8 Aprilis.

Одговоръ посланницима Хервое дуке Сплѣтскогъ, на више предложенія. (Скраћено.)

Quod respondeatur reverendo patri domino archiepiscopo Spalatensi et sociis, solemnibus ambasiatoribus magnifici et excelsi domini Creuoye Spaleti, ad ambaxiatam quam fecerunt nostro dominio, secundum continentiam suorum capitulorum.

Et primo ad primam partem, differentiae inter serenissimum regem Hungariae et nostrum dominium, ... (Hervoja offert suam intercessionem, regratiantur sed dicunt ea non esse opus.)

Ad secundam partem vero, per quam dicunt, quod post discordias habitas per ipsum dominum Creuoyam cum serenissimo domino rege Hungariae, secuta pace, ipse dominus rex dedit et donavit sibi et heredibus suis perpetuis temporibus Spalletum et tres insulas, videlicet: Curçolam, Faram et Braciam, ac etiam castrum Almissii, Narentam et totam Craynam; et quia publice divulgatur, quod nostrum dominium vult habere omnes civitates Dalmatiae, ac insulas castra et loca maritima, ideo vellet perscire voluntatem dominationis nostrae,, utrum in his locis nostra dominatio concipit seu intendit impedire, et quam voluntatem in predictis nostra dominatio gerit circa ipsum. Et si pro custodia

sui dominii ipsum opporteret armare galeas seu barchas, vellet scire qualiter poterit esse tuta et a nostris tractata.

Capta. Respondeatur: Quod veritas est, ut potest sibi fore notum, quod novitus emimus justo titulo et juridice Jadram et alias omnes terras et loca Dalmatiae ac jurisdictiones illarum, a domino rege Ladislao, ut a vero dominatore rei, et pro magno precio; itaque de jure ille ad nostrum dominium pertinent atque spectant, et ideo alienatio non potest nec pertinet fieri ab alio, quam a nostro dominio, sed considerato quod ut prediximus, ipsum dominum Creuoyam dileximus semper et diligimus ac tenemus in bonum et verum amicum nostri dominii, et sic sumus certi versa vice, quod sit, et velit constantissime esse amicus noster bonus, sumus contenti quod teneat Spalletum et loca quae tenet ad presens, vivendo nobiscum in bona vicinantia, et tractabimus et tractari mandabimus loca et omnes habitatores locorum, quae ille dominus tenet ad presens, tam in mari quam in terra amicabiliter et fraterne, observante ipso sic versa vice a parte sua. Verum quod promittat non dare aliquo tempore auxilium, consilium, nec favorem contentium victualium nec armorum, nec alicuius rei, aliis terris et locis Dalmatiae, quae forent inimice inobedientes et rebelles nostro dominio. Nam nostra dominatio pro magnificentia sua et illa pro nobis, ex intuytu mutui amoris, debent

querere illa, quae sint conservativa perpetuae amicitiae et caritatis.

(Adest adhuc capitulum tertium per quod petit, ut recipiatur in civem et nobilem Venetum et ut titulus eius ponatur ita, ut mutetur voyvoda in dux Spaleti et partium inferiorum comes et cet. de quibus sunt multae diversae propositiones et opiniones, primum acceptatur, de secundo se excusant.)

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 111.

CCLVII. 1410. 31. Maii.

Уредба о новцима, кои ће имати течай и вредность у Млетачкой Далмацін.

Capta. Cum in civitate nostra Jadrae et partibus illis, currant et expendantur aliae monetae quam nostrae, videlicet monetae trium conditionum. Videlicet moneta quam cudit Creuoya et aliqui alii, videlicet grossos de bono argento valoris soldorum trium et minus, et expenduntur pro soldis quatvor; et soldini Hungariae, qui non valent denarios VIII et expenduntur pro uno soldo; et frignachi qui non tenent tres uncias argenti pro marcha, et etiam expenduntur pro uno soldo. Et hoc modo moneta nostra, videlicet grossi nostri, qui valent quatvor soldos, et soldus noster exeunt, de bursis nostris et dantur venientibus Jadram et ad partes illas, qui ipsam monetam nostram imbursant et dimittunt mo-

netas suas, quae sunt multo minoris valoris, cum tanto damno nostro, itaque bonum imo necessarium est providere, consideratis magnis expensis deinde, et quod in omni parte mondi quilibet dominus et quodlibet dominium multam advertentiam et provisionem semper habet ad factum monetarum. Vadit pars: Quod possint et debeant cudi et fieri una moneta, quae teneat tres uncias argenti pro marcha, et vadant XLII pro uncia, faciendo figuram sancti Marci apparati ab uno latere, et ab altero latere unum schutum altum, in quo sit nichil, ita quod erit ita modica differentia, quod considerato, quod de dictis fringnachis fiunt et cudiuntur cum diversis stampis, dicta nostra moneta capiet subito cursum. Et mandetur rectoribus Jadrae, quod teneant modum, quod expendatur dicta moneta, faciendo et ipsam recipi in solutionem nostrorum introytum. Et ut fiat de ipsa experientia, debeant cudi et fieri pro nunc de dictis frignachis usque ad ducatos mille, mittendo ad partem ad partem, ad partes Jadrae sicut erunt facti. Et secundum quod videbitur dictam monetam novam respondere utilitati nostrae, poterit provideri per hoc consilium prout bonum videbitur.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 118.

CCLVIII. 1410. 26. Julii.

Наставленѣ за байлыя Константинопольскогъ, кои има нѣи Турскомъ султану у послу Албаніе и Балше. (Скраћено.)

Ser Francisco Michael, baiulo in Constantinopoli, scribatur in hac forma: Capta in collegio.

Fecimus vobis assignare ducatos mille nonaginta unum, grossos decem et partes tresdecime ad aurum, pro resto et complemento annualis solutionis promissae.... Musulman Çalapi pro terris Albaniae, pro Patrassio et pro Nepanto.

Et propterea cum applicueritis in Constantinopolim, debeatis esse cum praecessore vestro et aliis mercatoribus nostris de inde, qui vobis videbuntur, et informare vos veridice de statu Musulman Çalapi. Et in casu quo Musulman Çalapi habeat dominium Greciae, vel sit in statu quod videatur vobis, quod sit recuperaturus statum suum Greciae, debeatis notificare per vestras litteras dicto Musulman Çalapi, quod habetis et estis paratus nostro nomine, facere et dare suae excellentiae, residuum et complementum solutionum presentis anni, alias ei promissarum pro factis Albaniae, Patrassi et Nepanti; et avisare suam magnificentiam nostri parte, quod sumus certi ipsum habere memoriae, quod sua excellentia promisit facere Balsam Strazimiri et

matrem observare nobis pacem et non damnificare territoria nostra. Et propterea cum suae excellentiae observemus promissa per nos dicta de causa, ita justum est, et sic requirimus et rogamus eum, quod observetur et observari faciant similiter ea, quae nobis promisit, et hoc dicimus quia Balsa et mater non observaverunt nobis pacem, ymo damnificaverunt et damnificant nobis territoria nostra, concludendo quod placeat ordinare, cui velit per nos assignari pecuniam antedictam, et illi cui ordinaverit ipsam assignare debeatis. Et quod sibi etiam placeat mandare et scribere Balsae, matri, et capitaneis suis existentibus in partibus illis, per modum, quod amplius non damnificent territoria et loca nostra, et quod nobis emendentur et reficiantur nobis damna illata. In casu vero quo reperiretis, quod Musulman Çalapi non esset dominus Greciae, vel esset in statu, quo non videretur vobis, ipsum esse recuperaturum dominium Greciae, non debeatis scribere sibi aliquid, sed retineatis pecuniam suprascriptam apud vos, et nos avisetis de statu dicti Musulman Çalapi et fratruum, et de omnibus aliis novis et conditionibus illarum partium.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. E. ch. 129.

CCLIX. 1410. Ind. III. 10. Augusti.

Привилегія на Млетачко граћанство Волка сына цара Лазара.

Privilegium magnifici et potentis domini Volcho, comitis Sclavoniae etc. ad honorem maioris consilii.

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas prevenire studet honoribus et dotalibus favoribus ampliare, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Volcho, filius quondam magnifici et potentis domini Lazari, comes Sclavoniae et cet. semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit notum fieri volumus unicuique, quod omni juris consiliorum et ordinamentorum nostrorum necessaria solemnitate servata, prefatum magnificum et potentem dominum Volcho, cum eius filiis et heredibus ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori

consilio fecimus et facimus, et de nobilibus de nostro maiori consilio in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsum sincere dilectionis et benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de nostro maiori consilio gaudent, prefatus magnificus et potens dominus Volcho et sui filii et heredes, in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. Nobis quoque prefatus magnificus et potens dominus Volcho per suum legitimum procuratorem ad sancta dei evangelia fidelitatis debitum prestitit iuramentum. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri iussimus et bulla nostra plumbea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo decimo, mensis augusti die decimo, terciae indictionis.

Providus vir Marinus de Stefano de Ragusio, nuncius et procurator predicti magnifici domini Volcho, iuravit in manum dicti sui domini.

Liber privileg. I-mus, charta 165.

CCLX. 1410. 20. Octobris.

Одговоръ управительима Задра у послу тврдинѣ Островице, кою Млетчиѣи гледе купити одъ войводе Сандала.

Capta. Cum castrum Ostroviç, de quo fit mentio in litteris nostrorum rectorum

Jadrae, sit situatum in loco, qui si perveniret ad manus regis Hungariae, cederet ad magnum periculum locorum nostrorum Dalmatiae, et si perveniret ad manus nostras vel conservaretur in manibus Sandali, ut est ad praesens, redundaret in magnam securitatem et commoditatem agendorum nostrorum in partibus illis Dalmatiae. Scribatur rectoribus nostris Jadrae in hac forma, videlicet.

Recepimus litteras vestras datas octavo mensis instantis, continentes castellanum castri Ostroviçae petiisse a vobis subsidium pro conservatione dicti castri, et responsionem per vos nuncio suo factam, et informationem vobis datam per illum Jadrensem, qui dicit nuncium dicti castellani ei motiçasse, quod quum dictum castrum tenere non posset, potius daret illud nostro dominio, quam alicui alteri. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis scribimus et mandamus, quatenus debeatis per illum modum, qui vobis prestior et securior videbitur, prosequi ad tractandum et induci faciendum castellanum dicti castri Ostroviçae, quod det et assignet dictum castrum in manibus et sub custodia nostri dominii. Et si illud castrum habere poteritis, debeatis ipsum accipere et custodiri facere bene et sufficienter, ut conservetur ad honorem nostrum. Quando vero ipsum castrum habere non possetis, debeatis dare dicto castellano

illum favorem et subsidium ballistariorum et peditum, usque ad viginti in vigintiquinque, qui vobis videbitur opportunus, pro bona custodia et conservatione dicti castri, ne perveniat ad manus regis Hungariae, vel subditorum aut sequatium suorum, quia cederet nimis ad damnum et periculum locorum nostrorum Dalmatiae. Verum quia posset ocurrere, quod pendendo tractatum de habendo dictum castrum in manibus nostri dominii, illud castrum posset propter dilationem subsidii subiacere periculo eundi ad manus alienas, volumus quod si vobis videbitur esse necessarium dicto castro subsidium, debeatis et pendente et non pendente tractatu, quum vobis videbitur expediens, dare et mittere dicto castellano dictum soldum nostrum, ne ullatenus vadat ad manus regis Hungariae, vel subditorum et sequatium suorum, sed perveniat ad manus nostri dominii si possibile fuerit, aut conservetur in manibus Sandali, prout est ad praesens. Et de omnibus quae sequentur debeatis nos prestissime informare, ac etiam de introitibus dicti loci et expensis, quas opporteret nos habere pro custodia dicti loci.

(Затимъ слѣдуе мало променѣно истѝ писмо, у комъ су найважніе промене ове:

Quod respondeatur rectoribus Jadrae, ad id quod scripserunt de subsidio eis quaesito per castellanum castri Ostrovyç... et

quod senserunt per medium Gabrielis Nosdrogna nobilis Jadrensis .... debeant significare Castellano predicto ... quod dominatio nostra habito respectu ad amorem, quem gerit domino suo Sandali, sibi precepit, quod castellano predicto pro honore et comodo dicti domini sui, dare debeant illud honestum subsidium, quod eis videbitur, in quantum sit ei necessarium ....
.. in quantum sentiret Sandali perdidisse statum suum et dictum castrum non posse conservare nomine suo tunc...........
.. possint expendere usque ad summam ducatorum trium millium vel quatvor millium, prout melius facere poterunt et cet.

А на листу 142 опеть има писмо „rectoribus Jadrae" о истомъ предмету, где стои: quod dictus castellanus (Ostroviçae) considerata conditione domini sui (Sandali) et qualiter facta sua cedunt, timens ne castrum illud sibi auferatur aliunde, libenter exiret de eo. ....

а ниже налаже інимъ се да могу дати:

.. usque ad quantitatem ducatorum quinque millium in totum solvendorum, habita possessione et tenuta dicti castri.)

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 139.

CCLXI. 1411. Indict. IV. 13. Aprilis.

Уговоръ куповние тврдинѣ Островице, кою су Млетчићи купили одъ войводе Сандала.

Instrumentum emptionis castri Ostro-

viçe et donationis facte illustrissimo dominio jurium civitatis Scardonae.

In Christi nomine. Amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo undecimo, indictione IV die XIII mensis Aprilis, tempore serenissimi principis et domini nostri, domini Michaelis Steno dei gratia ducis Venetiarum etc. nec non magnifici militis domino Zacharià Trivisano juris utriusque doctoris et honorabilis comitis civitatis Jadra, reverendus vir dominus Theodorus archidiaconus Bosinensis procurator, et procuratorio nomine magnifici domini Sandali Bosinie vaivodae supremi, nec non magnificae dominae, dominae Annae ejus socrus relictae domini Volzi banni, constituentium pro se ipsis, et eorum nomine proprio, et pro domina Catherina consorte prefati magnifici domini Sandali vaivode, et filia dicte domine Anne et dicti quondam domini Volzi bani, de qua de rati habitione promittentes, ut de procuratione patet, patentibus literis dictorum domini vaivode, et domine Anne socrus ejus, datis in castro Cluz, anno nativitatis dominice 1410, XXVIII mensis Decembris, in lytera sclavonica, appensione ipsius domini Sandali, et domine Anne duorum eorum sigillorum munitis, habens ad hoc factum speciale mandatum, ut dicto patet privilegio, dicto procuratorio nomine, dedit, vendidit, et tradidit, magnificis d. Zacharia Trivisano militi, utriusque juris doc-

tori, et pro ducali dominio Venetiarum honorabili comiti civitatis Jadre, nec non domino Petro Arimundo honorabili capitaneo ejusdem, ementibus et recipientibus vice et nomine prelibati illustrissimi ducalis dominii Venetiarum, habentibus ad hoc speciale mandatum, ut ipsius prelibate ducalis dominationis patet literis bulla plumbea pendente signatis, datis Venetiis ipsius ducalis dominii 1410, indictione V, die 8 mensis Novembris, presentibus, recipientibus, et stipulantibus vice et nomine prefati ducalis dominii civitatis Venetiarum, castrum Ostrovice, situm in Crovacia, infra suos veros confines, quos longos habet, et incomprehensibiles, nec scribi possent longitudine viarum, et innotorum nomen circumstantium, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, jurisdictionibus, servitutibus, et emolumentis villarum circumcirca sibi respondentium, montibus, planiciis, spaciis, collibus, vallibus, acquis et aquarum decursibus, agris cultis incultis, locorum et hominum servitutibus, respondentibus dicto castro honorantiis et omagiis, et cum omnibus massariciis, et munitionibus, que essent et sunt in dicto castro, exceptis villarum proprietatibus, specialium personarum, et signatim comitis Alexii prefati d. vayvode servitoris, et egregii militis domini Symonis de Detrico civis Jadrensis, et ser Gabrielis de Nosdrogna, villis que a rege Ladislao suo privilegio eisdem donata dignoscuntur, per suprascriptum dominum

vaivodam etiam suo privilegio confirmatae, et que tamen tenentur castro debitum redere, secundum consuetudinem nobilium castri villarum et locorum predictorum, et cum omnibus aliis, que jure dicti castri infra ejus metas habet, tenet, et possidet, habuerit, tenuerit, et possederit, per tempora longissima retroacta, et usque in presentem diem, et hoc precio et nomine precii ducatorum quinque millium auri boni, et justi ponderis et cunei Venetiarum, quod precium dictus procurator, et venditor antedictus fuit confessus et contentus habuisse, et recepisse, et sic re vera habuit, et eos prefati emptores, prelibati ducalis dominii Venetiarum eidem procuratori, dictis nominibus in presentia testium infrascriptorum, et mei notarii infrascripti, dederunt tradiderunt et numeraverunt quantitatem ipsam et dictum precium, exceptioni sibi dictis nominibus non dati non soluti, et non numerati precii, omnique alii legum auxilio omnino renuncians, promittens dictis nominibus per eos ejus constituentes et heredes et successores ipsis emptoribus dicto nomine stipulantibus et recipientibus, litem vel controversiam eis dicto nomine ullo tempore non inferre, nec inferrenti consentire, sed ipsum castrum tam in proprietate quam in possessione, ab omni homine, comuni, et universitate legitime defendere, et disbrigare, atque excalumniare, et predictam venditionem et omnia et singula suprascripta, et infrascripta

firma rata grata habere tenere, et non contrafacere vel venire, dictis nominibus per se vel alium aliqua ratione vel causa, de jure, vel de facto, sub pena dupli valoris dicti castri, qua pena soluta vel non, firma et incommutabilia remaneant omnia et singula suprascripta, et infrascripta. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, et observandis, dictis nominibus obligavit dictorum ejus constituentium omnia bona mobilia, et immobilia, et tam habita quam habenda. Item dictus procurator dictis nominibus ex causa donationis pure simpliciter et irevocabilis inter vivos, dedit, cessit transtulit et mandavit, prefatis dominis rectoribus Jadre, pro eodem ducali dominio Venetiarum recipientibus, ut super omnia jura et omnes actiones reales et personales utiles et directas, quas dicti sui constituentes habent seu unquam habuerint in civitate et districtu Scardonae, cum omnibus suis juribus, et pertinentiis, adiacentiis, redditibus, honoribus, et emolumentis, et in omnibus, que dicte terre Scardone spectant, spectarent, seu spectassent modo quocunque, dicto procuratori dictis nominibus dictos comitem, et capitaneum rectores predictos dicto nomine, ponentes in locum suum nominibus antedictis Ita quod amodo in antea, dictum ducale dominium possit dictam civitatem Scardonae, et omnia sibi pertinentia tenere dominari pro libito voluntatis, et possidere, salvis dicto domino Symoni militi, et Gabrieli juri-

bus eorum, ut in superiori dictum est, et promittens solenni stipulatione predictam cessionem donationem, et omnia et singula supra scripta firma rata, et grata habere tenere, et non contrafacere vel venire aliqua ratione et causa, de jure vel de facto, quam donationem in perpetum irrevocabiliter firmam habere, et tenere dictis nominibus promisit, dictis rectoribus dictis nominibus stipulantibus, sub pena viginti millia ducatorum auri, stipulatione solemni premissa, pro qua pena, et omnibus premissis dictis rectoribus dictis nominibus recipientibus, obligavit dictis nominibus omnia bona dictorum ejus constituentium, qua pena soluta, vel non, predicta omnia rata permaneant: ac promisit dictis nominibus dictam donationem non revocare in vita vel in morte suorum constituentium, neque occasione ingratitudinis, nec supravenientium liberorum occasione. Quam donationem, quia summam quingentorum aureorum excedere novit, et similiter plurium donationum vires obtinere dictis nominibus, voluit in tot partes divisam ac nulla excedere possit summam ·V· centum aureorum rei predicte donate, renuncians dictus procurator omnibus et singulis beneficiis, que sibi de jure competerent, et omnibus exceptionibus quibus contra premissa, vel aliquod premissorum posset aliquid quomodolibet excipi obici vel opponi.

Actum Jadrae in camera palatii supra dicti domini comitis et suae habitationis, presentibus nobilibus viris domino Guidone de Matafaris milite, et ser Thomasio de Petrigo civibus Jadre, et ser Bernardo Maripetro nobile cive Venetiarum, et Martino de Cremona habitatore Jadre, testibus rogatis et aliis.

Ego Joannes Binico, civis et habitator civitatis Padue, natus comendabilis viri ser Petri Bianco de Padua publicus imperiali auctoritate notarius, nec non cancellarius magnifici et generosi viri domini Andree Quirino, clarissimi comitis Jadre, et ipsius civitatis Jadre iuratus, suprascriptum venditionis instrumentum, ex nothis et prothocolis commendabilis viri ser Joannis de Casulis olim cancellarii comunis Jadre, de mandato et comissione prefati domini comitis scripsi, et in hanc formam publicam redegi, prout inveni, nihil in eo addens vel minuens, signumque meum tabellionatus apposui consuetum, sub die 4 mensis Augusti, indictione VII. in fidem et testimonium promissorum.

Commemoriale X. ch. 172.

CCLXII. 1411. Indict. IV. 8. Maii.

Одговоръ посланицима Сандаловимъ на два ньіова захтеваня, одъ кои едно тиче се града Котора.

Capta. Quod istis ambassatoribus magnifici domini Sandali, qui porrexerunt certa capitula pro parte domini sui, res-

pondeatur ad duo solummodo capitula pro nunc, ut inferius.

Et primo ad unum, per quod suplicant habere passagium nostrum unius galee, ut frater ipsius Sandali possit transire in Apuleam ad dominum regem, suis expensis et cet.

Respondeatur, quod in omnibus nobis possibilibus complacere suae magnificae fraternitati, sumus contenti concedere sibi transitum, itaque cum una ex galeis vel galeotis nostris ipse frater suus conducetur, sicut requirit, et ad nostras expensas, et sic offerimus.

Item detur libertas collegio praticandi sive praticare faciendi, per aliquos ex dictis datis pro auditoribus cum prefatis ambassatoribus Sandali, et similiter cum ambasata Catari, si posset teneri modus et trahi ab ipsis, in casu quo haberent libertatem, quod ipse Sandali foret contentus sive ambassatores predicti, nomine suo, pro certa pecunia, renunciare juribus quae dicit habere per directum sive per indirectum in Cataro, et quod ipsi ambaxiatores Catari nomine comunitatis illius se obligarent, solvere per annum dictam promissionem pecuniae, et experiendi per omnem modum et viam possibilem, quod haec intentio nostra sequi possit, pro contentamento cuiuslibet partium, nam hoc potente sequi, dominatio nostra haberet intentum suum, et remaneret sine sus-

pectu amica partium, et sine ulla expensa sua; et habita informatione a predictis ambaxiatis et tracto ab ipsis ambassiatoribus quidquid poterit super tali pratica et materia, debeant postea venire ad istud consilium, cum eo quod praticatum fuerit, et deliberari id quod huic consilio melius et utilius apparebit, pro bono agendorum nostrorum.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 175.

CCLXIII. 1411. Indict. IV. 20. Maii.

Одговоръ посланицима Сандала у послу Котора; у комъ нуде Млетчићи обадвема странама своe посредовањѣ.

Capta. Cum pridie captum foret in hoc consilio rogatorum, et accepta libertas de possendi praticare cum ambaxiatoribus Catari pro facto ipsius terrae Catari, de qua ipse Sandalli per suos anbaxiatores nos requisivit, ut velimus nos non impedire; et ipsi ambassatores Catari jam recesserint de Venetiis, itaque non potest sequi id quod captum fuit, nec quod fuit intentio tenere, de experiendo reducere partes ad terminos, quod nostra dominatio sine expensa et exbursatione pecuniae haberet intentum suum; et ipsis ambassatoribus sit conveniens respondere in forma honesta et convenienti, et cum respectu honoris et multarum consequentiarum super tali facto, et precipue nunc, quum Sandali habet secum ut dicitur, VII mille Turchorum. Vadit

pars, quod dici et responderi debeat super ipso capitulo dictis ambaxiatoribus Sandalli, quod veritas est, quod a nostro dominio non processit nec quaesivimus unquam accipere illam terram Catari in nos, sed est verum, quod illa comunitas a se et cives se moverunt ad proponendum et offerendum illam terram nostro dominio, asserendo et demonstrando, non fore obligatos alicui, sed fore in libera voluntate sua; et ex hoc miserunt suos ambaxiatores ad nostrum dominium; et nos multis consideratis et habitis multis respectibus, et maxime videntes animos suos promptos ad non standum in termino quo stant, et dubitantes ut ipsa terra non vadat et capitet ad manus potentiae, de qua ipse Sandali et alii nostri fratres et boni amici essent male contenti, et nostro dominio esset displicibile et molestum, dedimus aures eis et audivimus bene suam dispositionem. Sed nihilominus quia ipse dominus Sandalli nobis facit tot preces, et tantum caritative et fraterne requirit nos, ut placeat nobis non impedire nos de ipso Cataro, considerata intrinseca benivolentia et caritate, quam suae magnificae fraternitati gerimus, sumus contenti complacere magnificentiae suae, et non se impedire in dicta terra. Verum quia comprehendimus et videmus dispositionem et animos ipsorum Catarinorum valde ferventes ad non standum in hoc termino, ut est dictum et velle dare se alteri, et videmus quod re-

linquendo nos factum, sicut facere volumus in complacentiam suae magnificentiae, animi sui magis indurabuntur, et forte conabuntur capere partitum alium, qui esset damnosus sibi et non gratus nobis, dicimus quod utile foret et secura res, evitare talia dubia. Et propterea si placet suae magnificentiae, quod interponamus ad querendum de aptando differentias et discessiones, quae sunt inter suam magnificentiam et illam comunitatem Catari, et ponere concordium et bonum medium inter ipsas partes, ad hoc nos offerimus paratos leta mente, tanquam pro fratre et amicis nostris. Et in casu quo ipse Sandalli sit contentus vel sui ambaxiatores contententur de hoc, et assentiant huic opinioni, ex nunc captum sit, de interponendo nos in dicto facto, vel hic Venetiis inter ambaxiatores utriusque partis, vel de mittendo aliquem vel aliquos nostros, vel comittendo nostris capitaneis vel rectoribus hanc facendam, secundum quod melius videbitur collegio deputato, nam praticando ipsam facendam, de levi partes poterunt reduci ad tale concordium et terminos, quod haberemus intentum nostrum, secundum quod optamus.

Secr. Consil. Rog. Lib. IV. ch. 176.

CCLXIV. 1411. 4. Junii.

Наставленѣ за Млетачкогъ капетана Кулфа Адриатичкогъ, у послу Балше. (Скраћено.)

Nos Michael Steno dei gratia dux

Venetiarum et cet. Comittimus tibi Petro Lauredano, capitaneo nostro Culfi . . . (овде се найпре говори много о утврђеню Шибеника града, и о превозу посланика къ султану Турскомъ, а после продужуе као што иде) . . . et sollicitans iter tuum quantum prestius poteris, ire debeas Dulcignum, et ibi te informare debeas a rectore nostro dicti loci, de novis et conditionibus partium praedictarum, et de motibus et progressibus Balsae; et habita informatione debeas ire in flumarium Scutari et ire sanctum Serzium, et providere de loquendo cum comite et capitaneo nostro Scutari, et ab eo debeas te similiter informari de novis et conditionibus partium praedictarum, et de motibus et conditionibus Balsae, et sumpta omnium plenaria informatione, tam si dictus Balsa fecerit novitatem terris et locis nostris quam non, cum consilio dicti ser Jacobi Trevisano et comitis et capitanei nostri Scutari, scribere debeas dominae Helenae Stracimiri et Balsae, quod sicut ipsi sciunt, miserunt ad presentiam nostram aliquos ex suis, similiter scripserunt nostro dominio intentionem suam, et nostra dominatio eis respondit, quod per capitaneum suum Culfi eis faceret responsionem, et mitteret eum cum libertate tractandi et concludendi bonam pacem inter partes, et quod nostra dominatio volens observare promissa, misit te ad dictas partes et habes libertatem

a nobis tractandi et concludendi bonam pacem inter ipsos et nos, pro bono et quiete partium praedictarum, et quod propterea provideant de essendo tecum, vel de mittendo de suis, ut possis cum eis esse et facere ea, quae habeant pacem et quietem inducere inter partes.

Et quia sumus certi, quod dicta domina Helena et Balsa, audita requisitione tua, providebunt aut de loquendo tecum aut de mittendo aliquos ex suis ad te, pro videndo et sciendo intentionem nostram super pace tractanda inter partes; volumus quod simul cum dicto ser Jacobo Trivisano, debeas perquirere, investigare et sentire intentionem dictorum dominae Helenae et Balse, et quid vellent per nostrum dominium eis fieri, et quia non dubitamus, quod dicta domina Helena et Balsa petent, ut sibi dare debeamus Antibarum pro eorum habitatione et reductu, sicut alias fecerunt, volumus quod ad hoc respondere debeas, quod nostra dominatio, propter promissiones factas Antibarensibus hoc nullo modo pro honore nostro faceret. Sed ut videant et cognoscant, itentionem nostram esse bonam erga eos, et nos esse dispositos velle secum in pace vivere, nostra dominatio est contenta sibi dare Buduam cum salinis et jurisdictionibus suis, et ultra hoc contratam Saboianae, et ducatos mille in anno, sicut habebat quondam dominus Georgius Stracimiri, de in-

troitibus S c u t a r i; et si de hoc essent contenti bene quidem, quando non, damus tibi libertatem promittendi ducatos mille et quingentos in anno, cum aliis conditionibus suprascriptis; et si ad hoc non contentarent, sumus contenti quod promittere debeas eis ducatos duos mille in anno de introitibus S c u t a r i, dando similiter eis B u d u a m et S a b o i a n a m, prout superius continetur. Et si erunt contenti concludere pacem tecum per aliquem modorum suprascriptorum, tunc in bona gratia illam concludere debeas, et ob hoc tibi fieri fecimus sindicatum ad plenum, in forma necessaria et opportuna.

Si vero dicti d o m i n a H e l e n a e t B a l s a nolent venire ad pacem per aliquem modorum suprascriptorum, sed starent firmi et constantes in volendo A n t i b a r u m, tunc in isto casu sibi dicere et respondere debeas, quod tu non habes aliam libertatem nec mandatum a nostro dominio, et quod videtur tibi necessarium esse, postquam ad ea quae sibi offers ex parte nostri dominii, quae sunt iusta et rationabilia, nolunt condescendere, facere inter partes t r e u g u a s sive sufferentias, et factis dictis treuguis tu scribes nostro dominio intentionem suam et omnia quae petunt, et ipsi similiter possunt mittere ad presentiam nostram suos ambaxiatores, quibus tu facies nostro nomine salvum conductum ad plenum, ut possint inter partes reperiri de modis et viis possibilibus, per

quas ambae partes possint ad bonam conclusionem et pacem devenire. Et si erunt contenti facere dictas treuguas, procurare debeas, quod fiant per illud maius tempus, quod poteris obtinere, faciendo suis ambaxiatoribus salvum conductum nostro nomine, ut possint secure ad presentiam nostram venire . . . et cet.

(Слѣдує іошъ много о другимъ разнимъ стварима, па на краю ово:

Ser Petrus Ciurano vult: ut detur eis etiam Antibarum cum suis confinibus et Budva cum salinis et confinibus, et ducati mille in anno, saltem ut fiat pax.)

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch 181.

CCLXV. 1411 28. Augusti

Дае се власть кнезу и капетану Скадарскомъ, да може погодити Іована Кастріота и Ђорђа и Алексу Юраше, да помажу съ войскомъ Млетчићима противъ Балше, ако се овай небы помиріо.

Capta. Cum comes et capitaneus noster Scutari per litteras suas, datas die 12 mensis Julii elapsi, scripserit, quod post recessum nobilis viri Ser Petri Lauredano, capitanei nostri Culfi, pervenit ad pacem cum Balsa Stracimiri per illum modum, quem dictus capitaneus praticaverat, videlicet de dando Balsae Buduam cum pertinentiis suis, contratam Saboianae et ducatos ·II· mille in anno de introitibus Scutari, quae pax debebat usque 15 dies tunc proximos

confirmari et pacta reduci in scriptis; et subiungit dominus comes et capitaneus Scutari, quod putat quod dictus Balsa non observabit pacem predictam, per ea quae continue fecit, et quod per ea quae sentit, tempore vindemiarum idem Balsa veniet ad vindemiandum. Et per ea quae dictus Balsa solitus est facere, bonum et utile est providere, cum dictus comes et capitaneus Scutari scribat, quod Juannus Castrioti, qui est potens in partibus illis, multoties se obtulit ad servitia nostri dominii, et offert se mittere contra dictum Balsam, equos trecentos Turchorum, et equos duo mille de suis, et plures si plures erunt neçessarii, et deffendere et substinere territorium nostrum contra dictum Balsam, et quamlibet aliam personam, et dictas gentes mittere singulo anno totiens quotiens esset necessarium, habente dicto Juanno ducatos mille singulo anno a nostro dominio; vadit pars: quod respondeatur dicto nostro comiti et capitaneo Scutari, quod litteras, die predicto datas, recepimus et intelleximus diligenter, et quod credimus, quod Balsa fuerit contentus devenire ad pacem per modum superius descriptum, et quod illam observabit, sicut inter partes fuerit conventum; quam si observabit prout conventum erit, debeatis similiter illam vos ex parte nostri dominii observare et manutenere, et illi non cotrafacere ullo modo. Si vero dictus Balsa dictam pacem non con-

clusisset, et si conclusisset et postea illam non observaret, detur libertas dicto nostro comiti et capitaneo, accipiendi Juannum Castrioti ad provisionem nostram in hunc modum. Videlicet: quod dictus Juanus teneatur et debeat semper in omni casu necessitatis, tam contra Balsam, quam contra quamlibet aliam personam, volentem venire ad damna et opressionem terrarum et locorum nostrorum et territorii nostri, venire cum ·II· mille equis ex suis, et cum pluribus si plures essent necessarii, vel cum illa quantitate, quae erit ad hoc necessaria Et si de hoc erit contentus, debeat dictus noster comes et capitaneus Scutari, sibi promittere de provisione singulo anno ducatos mille, de introitibus nostris Scutari. Sed quia hic per aliquos fertur, eundem Juanum non esse potentem ad hoc, et fuerimus informati, quod Georgius et Lexius Juras essent potentes ad faciendum intentionem nostram, detur libertas dicto nostro comiti, quod possit expendere inter dictos Juannum, Georgium et Lexium Juras, dictos ducatos mille de introitibus Scutari singulo anno, dividendo illos inter praedictos, prout dicto nostro comiti melius videbitur. Et si dicti Georgius et Lexius Juras nollent nobiscum esse, et dictus Juanus sit potens ad hoc, detur libertas dicto comiti, componendi cum dicto Juanno, dando sibi dictos mille ducatos, ut superius continetur.

Ser Victor Superantio sapiens ordinum vult, quod sibi promittantur, videlicet: Juanni Castrioti, Georgio et Lexio Juras inter omnes, ducati mille et quingenti singulo anno de introitibus Scutari.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 189.

CCLXVI. 1411. (Indict. IV.) 9. Januarii.

Налаже се кнезу и капетану Скадарскомъ, да свакояко гледи заключити са Балшомъ миръ или примиріе, како бы Млетчићи могли изъ нѣгови предѣла добивати жито.

Capta. Quod auctoritate huius consilii scribatur et mandetur comiti et capitaneo Scutari, quod quia non sunt secutae treuguae inter nostrum dominium et dominam Elenam et Balsam, prout fuisset et esset intentionis nostri dominii, redundavit ad magnum incommodum nostrum, quia secundum informationem nobis datam, per illam viam habuissemus magnam quantitatem frumenti. Et quod propterea debeat omnino procurare et sollicitare, de veniendo ad pacem cum Balsa et domina Elena predictis, secundum quod habet in mandatis, vel de faciendo treuguas et sufferentias per illud maius tempus quo poterit, ut de dictis partibus possimus frumentum habere, pro ubertate terrae nostrae.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 226.

CCLXVII. 1412. Indict. V. 10. Aprilis.

Управительима Задра налаже се, да гледе повратити ако и за новце, тврдиню Островицу, кою су неки Морлаци преваромъ освоили.

Capta. Cum rectores nostri Jadrae scripserint nostro dominio, quod castrum Ostrovich, quod emimus a Sandalo, furatum et acceptum sit per certos Murlachos, quod non est sine infamia nostri dominii, et incomodo nostrorum locorum de inde; et experimentandum sit, de recuperando dictum castrum, si hoc fieri potest per denarios; Vadit pars: quod scribatur nostris rectoribus Jadrae, quod displicentur intelleximus litteras suas, per quas nobis scripserunt, castrum Ostrovich acceptum et furatum fuisse de manibus nostrorum per illos Murlachos de inde, quod videmus processisse propter malam custodiam, quae fiebat. Sed quia optamus ipsum recuperare pro honore nostro et commodo locorum nostrorum de inde, detur dictis rectoribus libertas, possendi expendere usque ad summam ducatorum trium millium, et ab inde infra, prout melius facere poterunt, illis qui acceperunt et tenent castrum predictum, si volunt illud dare et restituere nostro dominio. Et si haberent modum, dictum castrum per viam pecuniae vel per aliam viam posse recuperare et habere, tunc sequantur ad tractatum, et nobis presto scribant in quibus terminis erunt,

ut de pecunia mittenda possimus providere, prout erit necessarium.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 10.

CCLXVIII. 1412. 22. Aprilis.

Одговоръ посланику великогъ войводе Сандала, на разна предложеня.

Capta. Cum ad presentiam nostri dominii nuper comparuerit unus ambaxiator magnifici domini Sandali, et explicaverit tria in effectu; videlicet, primo; in excusando se erga nostrum dominium, si sicut notum est, ivit personaliter ad dominum regem Hungariae, quoniam si hoc fecit, processit tanquam requisitus multocies et obligatus sibi; et quod non obstante, quod pluries recusavisset ire, denique non possendo aliter facere, ipsum oportuit ire; notificando et clarificando nostrum dominium, quod quia semper habuit maximam reverentiam et optimam dispositionem et affectionem nostro dominio, et etiam quia scit primitus fuisse obligatum nobis, quam domino regi predicto, velimus esse certos, quod nunquam tractaret nec consentiret facere rem, quae foret contra honorem nostri dominii et statum nostrum, nunc nec in futurum. Secundo, quod quia sicut notum est alias, ipse et eius consors et socera depositari fecerunt in Venetiis ad cameram nostram frumenti, ducatos ·XII· mille cum certis pactis et conditionibus, et amba-

xator suus asserat habere literam credentiae domini Sandali, et litteras consortis et socerae, placeat et velimus facere pecuniam suam dividi et aptari, secundum quod ad eos tangunt.

Tertio, quod recomendat nostro dominio Balsam, rogando nos ut placeat nobis assumere ipsum ad gratiam, et dicendo quod est dispositus velle esse bonus filius et servitor nostri dominii, et servare promissiones quas faciet, et si hucusque non servavit et fecit ultra voluntatem et mandata nostra, fecit ob teneritatem annorum et iuventutem suam. Sed quod ipse Sandali obligabit se et promittet, quod Balsa attendet et observabit omnes promissiones et cet.

Ad quae omnia, quia praefatus ambaxiator requirit responsionem a nostro dominio, est bonum et conveniens respondere, vadit pars: quod fieri debet responsio sibi in hac forma. Et primo ad primam partem accessus ipsius Sandali ad dominum regem Hungariae, dicatur: quod quia semper tenuimus ipsum magnificum dominum in honorabilem amicum nostrum, et optime dispositum ad honores nostros, sicut nobis fecit oretenus explicari et dici, idcirco reddimus nos certos, quod licet iverit ad dominum regem, idem dominus Sandalli propter promissiones factas nobis alias, non fecisset nec faceret aut tractaret aliquid contra nos, nunc et in futurum.

Ad secundam partem de facto ducatorum XII mille, quos dictus Sandalli requirit pro se, et nomine socere et consortis, dicendo habere litteras pro parte ipsarum dominarum et cet. Respondeatur, quod audivimus expositionem sui ambaxiatoris in hac parte, et vidimus suam litteram libertatis datae suo ambaxatori; et licet sit etiam una littera pro parte duarum dominarum sic large facta, tamen propter ordines nostros dicimus, nos non posse movere talem pecuniam conditionatam et obligatam in tali modo et forma, sicut est et fuit intentionis suae et dominarum praedictarum, ac sicut notatum est in libris officii, ubi est pecunia depositata. Et propterea, nisi veniret aliqua persona cum litteris et sindicatu ad plenum, pro parte ipsarum dominarum, non possemus ullo modo movere scripturam de pecunia, nec translatare aut facere ullam divisionem, quam personam cum miserit ad nos, faciemus iuxta voluntatem suam vigore sindicatus.

Ad tertiam partem de facto Balsae, respondeatur, quod sicut notum potest esse ipsi magnifico Sandalli et toti mundo, nunquam defecit pro nobis, tenere et tractare ipsum Balsam tanquam filium et bonum amicum, et sic faceremus in futurum. Sed observantibus nobis tales modos amoris erga ipsum Balsam, et assumendo ipsum ad gratiam nostram, et ab alia parte ipse moveat guerram et intendat ad damna nostrorum subditorum

et locorum, hoc esse contra omne debitum et conveniens; tamen quia offert se idem dominus Sandali, promissionem facere pro ipso Balsa, et tenere modum, quod observabit promissa, respondemus: quod si idem Sandalli et Balsa mittent ad nos aliquos suos cum sindicatu et libertate ad plenum, ob respectum suae magnificentiae, disponemus facere de rebus, quae erunt iustae et rationabiles erga ipsum, removente se et abstinente nunc et in futurum a novitatibus et damnis inferendis locis et subditis nostris.

Secr. Cons. Rogat. Libro V. ch. 16.

CCLXIX. 1412. 22. Aprilis.

Одговоръ посланику Балше, кои моли за опроштенѣ и обећава за будуће миръ и добро пріятельство.

Capta. Cum pro parte Balsae accesserit ad nostram praesentiam unus eius ambaxiator, cum literis credentiae et cum multis recomendationibus ad nostrum dominium, suplicando, ut dignemur ipsum assumere ad gratiam nostram, et velle sibi parcere, quoniam si aliquid fecit in praeteritum ultra mentem et voluntatem nostri dominii, hoc processit ex teneritate annorum et inventute sua, sed quod est dispositus velle esse noster bonus filius et servitor, et nunquam recedere a benplacitis et mandatis nostris, promittendo observare omnia, quae nobis promittet, cum omni firmitate. Verum ut possit vivere sub

gratia et benivolentia nostri dominii, suplicat ut dignemur sibi dare et restituere ea, quae remanserunt post mortem quondam patris sui; quia semper erit fidelissimus et obediens nostro dominio. Et bonum sit facere responsionem condignam dicto ambassatori Balsae, in forma quae sit cum honore nostri dominii, vadit pars: quod respondeatur dicto ambaxiatori, quod ipse Balsa debet multocies comprehendisse optimam intentionem nostri dominii, quae semper fuit, assumere ipsum ad gratiam, dummodo voluisset attendere et observare promissiones factas nostro dominio; sed existentibus nobis in bona dispositione tractatus concordii, ipse intulit damna nostris locis et subditis. Actamen quia magnificus dominus Sandalli nos cum maxima instantia rogavit super hoc, ob intuitum et amorem ipsius domini dicimus, quod si ipse Balsa mittet ad nos aliquam personam simul cum alio ambaxatore domini Sandalli, qui ambo habeant libertatem in hoc et sindicatum ad plenum, cum venerint ad presen tiam nostram, disponemus facere erga ipsum de rebus quae sint iustae et rationabiles, ita quod merito habebit contentari, dummodo ipse Balsa se removeat et abstineat ab offensis et damnis inferendis locis et subditis nostris, quoniam sic mandabitur rectoribus nostris, quatenus erga ipsum debeant observare.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 16.

CCLXX. 1412. 29. Aprilis.

Заповесть капетану Кулфа, да што пре притече у помоћь граду Антивару, обседнутомъ и яко стеснѣномъ одъ войске Балшине.

Capta. Cum sicut habetur per litteras comitis et capitanei Scutari, et ser Victoris Delfino potestatis nostri Antibari, dicta civitas sit taliter undique assediata per gentes Balsae Strazimiri, quod in brevi spatio nisi provideatur, et eidem sucurratur, subiacet periculo amissionis, cum sit ad extremam necessitatem victualium. Et attenta fide et constantia nostrorum fidelium de inde, et etiam pro honore nostri dominii, sit necessarium providere; vadit pars: quod scribatur et mandetur nostro capitaneo Culphi, quod prestissime mittat ad partes nostras Albaniae, unam de galeis nostris Culphi, cum infrascripto ordine et comissione; videlicet quod quam prestius se conferat ad portum nostrum Antibari, pro hortamine loci nostri, et si in illis partibus ibi propingvis invenerit aliquam barcham seu navigium cum frumento, illam conducat ad dictum portum, et det dum ibi erit operam, cum omni sollicitudine, cum conservatione tam hominum et galee nostrae sibi comissae, quod dictum bladum conducatur ad civitatem nostram predictam Antibari, pro victu et sustentacione civitatis predictae; intelligendo se taliter cum potestate nostro

ipsius loci, quod pecuniam dicti bladi recipiat, et bladum presto et tute illuc valeat deferri. Informando etiam nostrum predictum potestatem, pro hortamine suo et aliorum nostrorum fidelium, quod hic Venetiis dedimus ordinem, quod fiat certa brigata gentis armorum et ballistariorum, et similiter facimus soldari de inde gentes, in bona quantitate. Et insuper quod ambaxator domini Sandalli ac etiam Balsae sunt hic ad nostram presentiam, pro concludendo bonam pacem nobiscum, cum quibus speramus presto venire ad bonam conclusionem, ita quod sint virilis animi sicut speramus, nam non desistemus facere de provisionibus in omni casu, ita quod se valeant defendere et sustinere ad honorem nostrum. Et cum his et aliis verbis debeat ipse supercomitus hortari ipsum potestatem et fideles nostros; et exonerato dicto blado et Antibarum conducto, recedat de inde eundo visitando alia loca nostra usque Scutarum, hortando rectores et fideles nostros de inde. Et hoc facto, revertatur ad capitaneum Culphi ad suam obedientiam. Ulterius mandetur rectoribus nostris Scutari, Dulcigni et Alexii, quod quantum habent gratiam nostram caram, debeant loco nostro Antibari, de bladis et quibuscunque sibi possibilibus, prestissime subvenire, habito tamen respectu ad conservationem locorum nostrorum sibi comissorum, ne dictus locus ad manus dicti Balsae perveniat, sed sub nos-

tro dominio et gubernatione feliciter conservetur.

Secr. Cons. Rogator. Lib. V. ch. 19.

CCLXXI. 1412. 29. Aprilis.

Налаже се кнезу и капетану Скадарскомъ, да пошлѣ едногъ властелина Млетачкогъ къ Сандалу съ молбомъ, да овай склони Балшу, да се повуче натрагъ са землѣ Млетачке одъ обсаде Антивара.

Capta. Cum propter extremam conditionem, ad quam se reperit civitas nostra Antibari, inter alias provisiones utilissimum sit providere, et per omnem modum possibilem querendum, quod Balsa se removeat ab assedio, a dicta civitate nostra, et istud presentialiter obtineri non possit, nisi per medium domini Sandalli, qui ut apparet per expositionem ambaxiatorum suorum, affectat valde, quod ipse Balsa remaneat in gratia nostra; vadit pars, quod mandetur comiti et capitaneo nostro Scutari, quod deinde cum nostris litteris apertis credulitatis, mittere debeat ad presentiam ipsius domini Sandalli, unum ex illis nostris nobilibus, qui ibi sunt, qui sibi magis sufficiens videatur; cui quidem nobili in effectu comittatur, quod refferat ipsi domino Sandalli responsionem, quam dedimus ambasiatoribus suis, ad requisitiones suas nobis factas, cuius responsionis copia deinde mittatur pro sua informatione. Informando eum

ultimate de modis, qui servari debent, ut translatio pecuniae, quam requisivit fieri possit, per illum modum et cum illis verbis, quae per collegium fuerint ordinatae; ultimate rogando ipsum cum illis bonis verbis, quae dicto collegio videbuntur, quod ut nos habeamus causam, magis benigne ostendere versus Balsam clementiam et benignitatem nostram, et recipere ipsum in filium et amicum, placeat cum effectu mandare, quod ipse Balsa se levet de territorio nostro, et a damnis et violentiis quibuscunque, nam hoc facto, respectu et contemplatione magnitudinis suae, faciemus eidem de rebus, de quibus tam ipse dominus Sandalli, quam Balsa habebunt rationabiliter contentari. Et facto quidquid boni, poterit circa hoc, revertatur Scutarum ipse noster nobilis, et de quibuscunque secutis, nostrum dominium per suas litteras debeat informare.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 19.

CCLXXII. 1412. 29. Aprilis.

Заключено, посланицима Сандала и Балше изявити, да остану у Млетцима и да чекаю нуждна пуномоћiя одъ свои господара, како бы се моглi свршити послови око новаца Сандалови и око мира съ Балшомъ, а уедно молити iй, да подѣйствую, да Балша войску свою повуче натрагъ.

Capta. Quod occasione novorum habitorum nuperrime de civitate nostra Antibari, quae nostro dominio sunt displicibilia et mo-

lesta. Vadit pars: quod ultra id quod captum fuit pridie, de respondendo ambasiatoribus domini Sandalli, ad ea quae nostro dominio exposuerunt, sicut huic consilio notum est, dicatur ambaxiatoribus predictis, quod nostra dominatio cupiens ob singularem affectionem, quam gerimus ad dominum suum, esset valde contenta, in quantum ipsis ambaxiatoribus videretur et placeret, quod vellent hic differre, quousque haberent responsionem et libertatem necessariam a domino suo, circa factum translatationis pecuniae, quam requisiverunt, cum simus avidi ipsi complacere, secundum requisitionem suam, dummodo observentur solenitates necessariae in tali materia, de quibus ipsum dominum suum, per nostrum ambasiatorem, oretenus informari fecimus, ita quod presto dictam responsionem habere poterunt, et similiter poterunt interesse praticis fiendis cum nuncio et ambasiatore Balsae, in quantum per ipsum Balsam eidem mittatur libertas et mandatum sufficiens ad condescendendum ad ea, quae sint convenientia et honesta, ad quae contemplatione domini sui erimus parati sincero corde. Et propterea si ipsis ambaxiatoribus placet, possunt scribere domino suo circa factum dictae libertatis et solenitatis necessariae, et ipsum etiam rogare, quod ut habeamus causam condescendendi ad ea, quae sint placida suae magnitudini et comoda ipsi Balsae, faciat cum effectu, quod ipse Balsa

cum exercitu et potentia sua se levet de territoriis nostris, et se abstineat a damnis et violentiis quibuscunque, ac mittat libertatem et mandatum sufficiens ambaxiatori suo; quia in isto casu ut est dictum principaliter, respectu et contemplatione dicti domini sui, complacebimus et condescendemus alacriter ad ea, quae sint justa, convenientia et honesta, ita quod ipse Balsa bene poterit contentari. Et si dicti ambaxiatores erunt contenti hic remanere bene quidem, quando vero non, committatur eis, quod dictam nostram responsionem domino suo nostri parte debeant per ordinem intimare, ut ipse clare comprehendat, quod a parte nostra simus parati facere id quod requirit, quod non potest nisi prodesse factis nostris.

Ambasiatori vero Balsae ultra id quod captum est dicatur, quod affectantes respectu et contemplatione dicti domini Sandalli, et etiam ob amorem, quem gessimus ad quondam dominum Georgium Strazimir patrem dicti Balsae, reducere et acceptare ipsum dominum suum ad gratiam nostram, et facere eidem de rebus, de quibus habeat multipliciter contentari, placet nobis et volumus, quod hic diferet quousque habuerit mandatum et bailiam sufficientem, ad praticandum et condescendendum ad ea, quae sint debita et honesta; quia speramus propter ordines quos apposuimus circa hoc, quod illam habebit de brevi, tamen si ipse simili-

ter vult scribere domino suo predicto circa hoc, istud est nobis gratum. Sed pro meliori conclusione factorum ipsum requirimus et hortamur, quod velit informare dominum suum predictum, et requirere, quod ut habeamus materiam benignius ostendendi erga eum gratiam nostram, velit se levare de territoriis nostris, et abstinere a quibuscunque violentiis atque damnis, quia faciendo sic cognoscemus clare, quod velit stare gratiae nostrae, quam inveniet paratam et bene dispositam ad honores et commoda sua, dummodo a parte sua non deficiat.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 20.

CCLXXIII. 1412. Indict. VI. 22. Novembris.

Како Балша и матя нѣгова Єлена, неђеду да шилю више посланике своє у Млетке, а Сандалови посланицы имаю власть и одъ Балше, радити о помиреню, то є заключено, да се съ овима преговоръ води о ми̍ру съ Балшомъ, подъ наведенимъ овде условіяма.

Capta in Rogatis. Cum ambassiatores domini Sandalli, qui dixerant et exposuerant nostro dominio habere plenariam libertatem a suo domino, et quod de omni eo quod concluderent, Balsa esset contentus, et quod dominus Sandalli teneret modum, quod Balsa observaret et teneret firmum et ratum, captum foret, ut deberet dici et responderi, quod quando Balsa mitteret ambasiatores suos ad nostram prae-

sentiam, cum libertate ad plenum, illotunc possemus tractare et concludere id, quod foret bonum pro partibus etcet. Et facta responsione ambassiatores Sandali dicant, quod id quod petunt et dicunt, petunt pro parte Sandali, cum scitu et voluntate tamen Balsae, qui Balsa iam dixit pluries misisse ad nos ambassiatores et nihil potuisse concludi, et quod mater ipsius Balsae, nec ipse Balsa vult plus mittere ambasiatam suam ad nos ullo modo, et quod dominus Sandalli dicit velle promittere nomine Balsae, quod observabit promissiones, aliter erit eius inimicus capitalis, et cum aliis similibus verbis, propter quae bonum est et facit pro nostro dominio, non stare in istis terminis, imo quaerere concordium et quietem pro pacifico statu aliarum nostrarum terrarum et locorum partium Albaniae, et antequam aliud occurrat de novo de ipsis locis. Vadit pars: quod debeat praticari et tractari per collegium, sive per deputandos ab ipso, cum ambassiatoribus Sandali, legitimando excusationes nostras, quibus moti sumus, ad faciendum sibi responsionem pridie datam, cum illis sapientibus verbis et rationibus, quae videbuntur deputatis ad hoc, et recordando modos servatos alias per Balsam, ob quos non possumus ita bene capere confidentiam; sed tamen ob intuitum et considerationem magnifici domini Sandali, condescendimus et contentamur, ad praticam et

tractatum, tenentes a firmo, quod ipse dominus Sandali, qui est civis et nobilis noster, et quem habemus in singularem amicum et benevolum nostri dominii, faciet observare promissiones, si ad aliquam conclusionem devenimus. Et exinde habeat collegium libertatem, possendi concludere cum modis et conditionibus, notatis in parte pridie posita ad consilium, per sapientem consilii et sapientes ordinum, in qua continetur, quod possit fieri promissio de illis duabus terris, videlicet: Dulcigni et Budue, et de provisione ducatorum mille in anno, quae provisio fieri possit ultimate, quando aliter fieri non possit, devento ad ultimum, avantagiando in omnibus commune nostrum, quantum fieri poterit, cum aliis contentis in parte pridie posita, de qua supra fit mentio. Bene debeat in pratica et conclusione quae fiet, teneri modus et haberi promissionem, quod illi subditi et habitatores locorum, quae sibi dabuntur et alienabuntur, tractabuntur dulciter et benigne ac humane, et nulla fiet molestia nec novitas, occasione fidelitatis et temporis quo steterunt sub protectione nostra, et guerrarum secutarum hoc tempore.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 85.

CCLXXIV. 1412. Ind. VI. 26. Novemb.

Уговоръ мира између Балше Страцимира и Млетчића, као што е предатъ г. Сандалу, посредователю овогъ помирења.

Pax cum magnifico domino Balsa Stracimiri, MCCCCXII Indictione VI. die XXVI

Novembris, in forma litere misse magnifico domino Sandalio, mediatori predicta pace.

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etcet. magnifico et potenti domino Sandalio magno vaivode Bosine, amico diletto salutem, et sincere dilectionis affectum. Ex eo potissime rerum omnium creatori jugi devotionem teneri nos arbitramur, quod quasi patrimonium nobis a progenitoribus nostris relictum, affectionem pacis et concordie quodam innato desiderio possederimus, et illas totis conatibus semper fuerimus amplexati. Hinc est, quod cum vestra magnificentia mota pie caritatis affectione et pacis amenitate, qua nil suauius aut jocundius inter mortales haberi potest, miserit ad presentiam nostram spectabilem virum dominum Grubacium Debreavig honorabilem suum ambassiatorem, pro tractando et concludendo veram pacem atque concordiam, inter nos et nostrum comune ex una parte, et magnificum et potentem dominum Balsam Stracimiri quondam domini Georgi Stracimir de Balsis etcet. dominum Zente ex alia, cum inter partes ipsas guerrarum disturbia et dissidiorum vigeretur, pro quibus sedandis et removendis magnitudo vestra studiose et laudabiliter interposuit vices suas, nos qui ut supra diximus, pacem et concordiam quasi nobis hereditariam affectamus, et ad eas semper cum quibuscunque Christi fidelibus, totis spiritibus hanelamus, moti etiam requisitio-

nibus vestre magnitudinis, cui optamus facere aliquam notabilem et egregiam complacentiam, et volentes in hoc specialiter eidem vestre magnificentie complacere, contenti sumus ac placet nobis, cum supra dicto magnifico domino Balsa, puram veram sinceram et favente deo, perpetuo duraturam pacem atque concordiam introire atque concludere ac firmare, remissis eidem omnibus injuriis offensionibus damnis atque molestiis, dominio nostro per eum factis. Et ex nunc, ad instantiam et requistionem magnitudinis vestre, ipsam pacem et concordiam cum dicto domino Balsa introimus atque firmamus, cum istis tamen conditionibus atque modis, qui in dispositione magnificentie vestre dimittimus, quod pro stabilimento et firmitate predicte pacis possitis nomine nostro ac successorum nostrorum, dare ipsi domino Balse pro se et heredibus ejus, Dulcignum et Buduam cum omnibus et singulis eorum juribus pertinentiis districtibus et confiniis. Et insuper promittere, nomine nostro et successorum nostrorum, mille ducatos auri pro ipso domino Balsa, et heredibus suis, solvendos eisdem singulo anno de introitibus locorum nostrorum, que habemus in illis partibus, cum illis modis conditionibus et formis, cum quibus eos solvebamus olim magnifico domino Georgio patri suo. Et quod omnia alia loca, que vendita fuerunt, et data dominio nostro per eumdem dominum Georgium ejus patrem, debeant no-

bis expedite et sine ulla contradictione vel molestia, libere cum omnibus eorum juribus districtibus pertinentiis et confiniis in perpetuum remanere; damusque magnitudini vestre tenore presentium libertatem plenariam et arbitrium, disponendi et faciendi de predictis locis Dulcigni et Budue ac pertinentiis suis, et de promissione mille ducatorum suprascriptorum, cum supradicto domino Balsa, prout eidem magnitudini vestre videbitur et placebit. Nam suprascriptus dominus Grubacius ambasciator vester, vigore libertatis per vestras literas sibi tradite per patentes literas bulla vestra bullatas, nomine magnitudinis vestre promisit nostro dominio, quod eadem vestra magnificentia faciet cum effectu, quod idem dominus Balsa literis suis patentibus bullatis bulla sua, et factis solemniter suprascriptam pacem ratificabit, omologabit et approbabit, ac inviolabiliter observabit, nec eam infringet aliqua causa vel eventu. Item quod omnes gentes suas armigeras subito removebit ab infestatione et damnificatione locorum et subditorum nostrorum, et aliqua loca nostra et subditos non molestabit, nec molestari faciet aut permittet per suos subditos aut fideles, aliquo ingenio causa vel colore, neque de locis nostris aut ipsorum aliquo se intromittet in futurum vel impediet ullo modo. Item quod cives et subditos predictorum locorum Dulcigni et Budue, ac eorum districtuales tractabit humaniter et benigne, nec aliqua per eos

facta contra suam magnitudinem imputabit eisdem, nec ullam molestiam eis inferret dicta causa, sed omnia mandabit oblivioni, non aliter quam si contra eum numquam aliquid comisisset; tam subditos et fideles nostros, quam suos in statum pristinum ac terminos totaliter reducendo. Si autem contingeretur, quod idem magnificus dominus Balsa in aliquo pactorum ullo unquam tempore contrafaceret vel veniret, aliquo modo ingenio colore vel causa, tunc idem dominus Balsa teneatur restituere dominio nostro predicta loca Dulcigni et Budue, cum omnibus eorum pertinentiis juribus districtibus et confiniis, integra et illesa, quod si nollet illa reddere nostro dominio, tunc et in eo casu eadem vestra magnificentia teneatur etiam nobiscum et dare nostro dominio suprascripto auxilium et favorem opportunum, pro compellendo dictum dominum Balsam ad restituendum eidem nostro dominio dicta loca, ut dictum est. Et insuper, quod ex tunc libertati simus et absoluti nos et successores nostri, a dando eidem domino Balse et heredibus suis, sepe dictos mille ducatos singulis annis ut supra diximus. Promittimus enim tenore presentium, quod cum predicte litere ratificationis et approbationis suprascriptorum ipsius magnifici domini Balse, pervenerint ad manus rectorum nostrorum, qui sunt in locis predictis Dulcigni et Budue, vel capitanei nostri Scutari, idem rectores dictorum locorum vel capitaneus

Scutari ad placitum et requistionem vestre magnificentie, prenominato domino Balse, vel cuicumque legitimo suo nuntio, habenti super inde ab eo arbitrium et libertatem, recipiendi et acceptandi eadem loca Dulcigni et Budue cum eorum districtibus et pertinentiis, libere consignabuntur; et similiter disponemus et ordinabimus cum effectu, quod supra scripti mille ducati eidem domino Balse, et ejus heredibus, per nos et successores nostros, cum illis conditionibus modis et formis, quibus prelibato genitori suo solvebantur, annuatim persolventur. Remansimus enim supra predictis concordes cum prenotato domino Grubacio, ambasciatore vestre magnificentie, qui ex nunc vigore libertatis per vestras literas ei tradite, promisit nostro dominio vestro nomine, predicta omnia se facturum, et effectualiter curaturum. In quorum fidem et evidentiam pleniorem presentes literas fieri jussimus, et bulle nostre plumbee pendentis munimine roborari.

Data in nostro ducali palatio, die vigesimo mensis Novembris, indictione VI, millesimo quadringentesimo duodecimo.

Predicta pax in forma litere, que remansit apud serenissimum ducale dominium cum bulla sua plumbea, et bulla aurea ipsius domini Sandalis pendentibus.

Comemoriale X. ch. 132.

CCLXXV. 1412. Ind. VI. 26. Novem.

Отворено писмо дужда Млетачкогъ, о миру закљученомъ са Балшомъ, и о условіяма истогъ мира.

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes advenerint salutem, et sincere dilectionis affectum. Tenore presentium vobis facimus manifestum, quod cum magnificus et potens **dominus Sandalius** magnus vaivoda Bosine, motus pia caritatis affectione ac pacis dulcedine, qua nihil suavius inter mundana gustari potest, misisset ad presentiam nostram spectabilem virum dominum **Grubacium Dobreavig** honorabilem suum ambasciatorem, ad tractandum et concludendum veram pacem atque concordiam inter nos et nostrum comune ex una parte, et magnificum et potentem dominum **Balsam Stracimiri** quondam **domini Georgi Stracimiri de Balsis**, dominum Zente etc ex alia, cum inter ipsas partes guerrarum disturbia et discidiorum vigeretur, pro quibus sedandis, et removendis, idem magnificus dominus Sandalius studiose et laudabiliter interposuit vices suas. Nos qui pacem et concordiam semper cum omnibus affectavimus, et semper affectamus, et ad eas semper totis spiritibus hanelamus, moti etiam requisitiónibus et instantia ipsius magnifici domini Sandalii, et volentes in hoc ei specialiter complacere, contenti

fuimus et placuit nobis, ac contentamus et nobis placet, cum suprascripto magnifico domino Balsa puram veram sinceram et favente deo, perpetuo duraturam pacem atque concordiam introire, concludere atque firmare, remissis eidem omnibus injuriis, offensionibus damnis atque molestiis dominio nostro per eum factis. Et ex nunc ad instantiam et requisitionem ejusdem magnifici domini Sandalii, ipsam pacem et concordiam cum dicto domino Balsa introimus atque firmamus cum istis condictionibus atque modis, quod in dispositionem ipsius magnifici domini Sandalii dimittimus, quod pro stabilimento et firmitate predicte pacis possit nomine nostro ac successorum nostrorum, dare ipsi domino Balse pro se et heredibus ejus, Dulcignum et Buduam cum omnibus et singulis eorum juribus pertinentiis districtibus et confiniis. Et insuper promittere nomine nostro et successorum nostrorum, mille ducatos auri pro ipso domino Balsa et heredibus suis, solvendos eisdem singullo anno de introitibus locorum nostrorum, que habemus in illis partibus, cum illis modis condictionibus et formis, cum quibus eos solvebamus olim magnifico domino Georgio patri suo, et quod omnia alia loca, que vendita fuerunt et data dominio nostro per eumdem dominum Georgium ejus patrem, debeant nobis expedite et sine ulla contradictione et molestia libere, cum eorum juribus districtibus pertinentiis et confiniis

in perpetuum remanere. Dedimusque predicto magnifico domino Sandalio, tenore nostrarum patentium literarum, que suprascripto ambasciatori sue magnificentie fecimus exiberi, libertatem plenariam et arbitrium, disponendi et faciendi de predictis locis Dulcigni et Budue ac pertinentiis suis, et de promissione mille ducatorum suprascriptorum, cum supradicto domino Balsa, prout eidem magnitudini sue videbitur et placebit. Nam suprascriptus dominus Grubacius ambasciator predicti domini Sandalii, vigore libertatis per literas prelibati sui domini sibi tradite, per has patentes literas, quas ipse ambasciator sigillo ipsius domini Sandali, quod secum habebat, in fidem, robur, et testimonium supra et infra scriptorum impressit, munivit et roboravit, nomine dicti domini sui promisit nostro dominio, quod idem dominus Sandalius ejus dominus, faciet cum effectu, quod sepe dictus dominus Balsa literis suis patentibus bullis ejus bullatis et factis, solemniter suprascriptam pacem ratificabit, omologabit et approbabit, et inviolabiliter observabit, nec eam infringet aliqua causa vel eventu. Item quod omnes gentes suas armigeras subito removebit ab infestatione et damnificatione locorum et subditorum nostrorum, et aliqua loca nostra et subditos non molestabit nec molestare faciet aut permittet per suos subditos aut fideles, aliquo ingenio causa vel colore. Neque de locis nostris aut ipsorum aliquo se intromittet in fu-

turum vel impediet ullo modo. Item quod cives et subditos predictorum locorum Dulcigni et Budue ac eorum districtuales, tractabit humaniter et benigne, nec aliqua per eos facta contra suam magnitudinem imputabit eisdem, nec aliquam molestiam eis inferret dicta causa, sed omnia mandabit oblivioni non aliter quam contra eum nunquam aliquid commisisset; tam subditos et fideles nostros quam suos, in statum pristinum ac terminos totaliter reducendo. Si autem contingeret quod idem magnificus dominus Balsa in aliquo pactorum ullo umquam tempore cotrafaceret vel veniret, aliquo modo ingenio colore vel causa, tunc idem Balsa teneatur restituere dominio nostro predicta loca Dulcigni et Budue, cum omnibus eorum pertinentiis juribus districtibus et confiniis integra et illesa. Quod si nollet illa reddere nostro dominio, tunc et in eo casu dominus Sandalius suprascriptus teneatur esse nobiscum, et dare nostro dominio suprascripto auxilium et favorem opportunum, pro compellendo dictum dominum Balsam, ad restituendum eidem nostro dominio dicta loca, ut dictum est. Et insuper quod ex tunc liberati simus et absoluti, nos et successores nostri, a dando eidem domino Balse et heredibus suis sepe dictos mille ducatos singulis annis, ut supra diximus. Promittimus enim tenore litterarum nostrarum suprascriptarum, et ita promittimus per presentes, quod cum predicte litere ratificationis, et approbationis su-

prascriptorum ipsius magnifici domini Balse pervenerint ad manus rectorum nostrorum, qui sunt in locis predictis Dulcigni et Budue, vel capitanei nostri Scutari, ipsi nostri rectores dictorum locorum vel capitaneus noster Scutari, ad bene placitum et requisitionem ipsius magnifici domini Sandali, prenominato domino Balse, vel cuicumque legitimo suo nuntio, habenti super inde arbitrium et libertatem ab ipso recipiendi et acceptandi, eadem loca Dulcigni et Budue cum eorum districtibus et pertinentiis libere consignabuntur. Et similiter disponemus et ordinabimus cum effectu, quod supra scripti mille ducati eidem domino Balse et ejus heredibus, per nos et successores nostros, cum illis conditionibus, modis et formis, quibus prelibato domino Georgio Stracimiri genitori suo solvebantur, annuatim persolventur. Remansimus enim super predictis concordes cum prenotato domino Grubacio, ambasciatore domini Sandalii, qui ex nunc vigore libertatis per literas magnifici ejus domini sibi tradite, promisit nostro dominio nomine sui domini sepe dicti, predicta omnia se facturum, et effectualiter curaturum. In quorum fidem et evidentiam pleniorem has nostras patentes literas bulla nostra plumbea pendente bullatas, antedictus dominus Grubacius impressione suprascripti sigilli magnifici domini Sandali sepe dicti, quod penes se habebat, ad cautelam munivit et roboravit, ex nunc nomine prenotati

domini sui ratificans, approbans et confirmans promissiones supra factas, nomine sui magnifici domini prelibati.

Data in nostro ducali palatio, die XXVI Novembris, indictione VI, millesimo quadringentesimo duodecimo.

Commemoriale X. ch. 133.

CCLXXVI. 1412. 29. Novembris.

Заповесть капетану Скадарскомъ, да како Балша одобри и потврди миръ, овомъ преда градове Будву и Улцинъ, и да строго испунява сва остала условія мира.

Litera missa capitaneo Scutari, pro executione ultra scriptorum.

Ad instantiam et requisitionem magnifici domini Sandalii magni vaivode Bosine, qui super inde misit nobis suam ambasciatam, devenimus ad pacem et concordiam cum magnifico domino Balsa Stracimiri quondam domini Georgii Stracimiri, domino Zente etc in forma, cujus copiam vobis mittimus in folio his incluso, pro informatione vestra plenaria. Et quum ut ibi videre poteritis, ratificante predicto domino Balsa pacem supra notatam, debetis facere consignari Dulcignum et Buduam cum omnibus juribus districtibus et pertinentiis suis, predicto domino Balse vel ejus nuntio, habenti super inde libertatem et arbitrium eadem acceptandi. Cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis scrivimus et mandamus, quatenus cum receperitis literas patentes ip-

sius domini Balse bulla sua bullatas, per quas ratificet dictam pacem et omnia et singula contenta in ea, debeatis dicta loca Dulcigni et Budue, ad omnem requisitionem suprascipti domini Sandalii, prenotato domino Balse, aut ejus legitimo nuntio, ut supra diximus, cum omnibus eorum juribus, pertinentiis, districtibus confiniis libere consignare, seu facere per rectores nostros dictorum locorum, quibus superinde scribimus per literas alligatas presentibus, quas eis mittere debeatis, libere consignari. Observando etiam et faciendo predicto domino Balse, de solutione annua mille ducatorum, et de omnibus aliis in dicta pace conventis, quantum in vobis fuerit, inviolabiliter observari. Mandamus autem vobis, quod ratificante ipso domino Balsa predictam pacem, prius quam consignetis eidem, et faciatis consignari predicta loca, debeatis dextro modo inde trahere omnes munitiones, tam victualium quam armorum cujuscumque generis sint, et reducere illa Scutari, nam volumus illa pro nostro comuni, ut justum est. etc. die XXVIIII Novembris MCCCCXII.

Commemoriale X. ch. 133.

CCLXXVII. 1412. 29. Novembris.

Налаже се кнезу и капетану Улцина, да на зактевањ капетана Скадарскогъ, преда градъ Улцинъ Балши.

Litera missa comiti et capitaneo Dulcigni pro dicta causa.

Ad instantiam et requisitionem magnifici domini Sandali magni vaivode Bos-

sine, qui superinde misit nobis suam ambasciatam, devenimus ad pacem et concordiam cum magnifico domino Balsa Stracimiri, domino Zente etc. Et cum ratificante predicto domino Balsa pacem supra notatam, capitaneus noster Scutari debet facere consignare Dulcignum et Buduam predicto domino Balse vel legitimo ejus nuntio. Idcirco tenore presentium fidelitati vestre, cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quod ad requisitionem capitanei nostri Scutari supradicti, cui dedimus oportunum ordinem super inde, consignari debeatis suprascripto domino Balse aut legitimo ejus nuntio, locum Dulcigni vobis commissum, cum omnibus suis districtibus pertinentiis et confiniis, quum sic in dicta pace conventum est. Mandamus autem vobis, quod ratificante predicto domino Balsa pacem supra notatam, prius quam consignetis eidem predictum locum Dulcigni, debeatis dextro modo inde trahere omnes munitiones, tam victualium quam armorum cujuscunque generis sint, et illa Scutari mittere, nam volumus illa pro nostro comuni, ut justum est.

Data ut supra (29. Novembris 1412.)

Similis in vulgari Bernando Jordano castellano Budue mutatis mutandis.

Comemoriale X. ch. 133.

CCLXXVIII. 1412. Ind VI. 29. Novem.

Обвезуе се altдуждъ Млетачкій, да ће крозъ четири месеца исплатити госп. Сандалу 6000 дуката, кое овай има у Млетцима уложене на доходакъ.

Litera data oratori magnifici domini Sandalii, de deposito VI mille ducatorum, quos dominium promittit eidem usque menses quatuor.

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Magnifico et potenti domino Sandalio magno vaivode Bosine, amico dilecto salutem et sincere dilectionis affectum.

Propter caritatem et sinceram affectionem, quam cognovimus vestram magnitudinem dominio nostro gerere, et nos ad eamdem magnificentiam vestram gerimus vice versa, semper facieremus pro ea quecumque possibilia nobis forent. Hinc est, quod cum spectabilis vir dominus Grubatius Dobreavig honorabilis vester orator a nobis requisiverit parte vestra, de certis depositis extrahendis, nos volentes dicte vestre magnitudini complacere, quamvis foret contra leges et ordines urbis nostre, contenti fuimus vestris requisitionibus assentiri. Verum idem orator vester contentus fuit, et remansit concors nobiscum, quod de tali deposito duodecim millia ducatorum medietas, videlicet ducati sex mille, usque menses quatuor vestre magnitudini consignentur, et reliqui sex mil-

le ducati, usque dictum terminum magnificis dominabus Banize et Catarine ipsius filie, similiter numerentur. Quare vestra magnitudo poterit ad dictum terminum mittere suum nuntium, aut scribere nobis, cui velit dari dictos sex mille ducatos, nam eos faciemus cuicumque volueritis ad dictum terminum integraliter assignari.

Data in nostro ducali palatio, die vigesimo nono mensis Novembris, indictione VI. MCCCCXII.

Comemoriale X. ch. 134.

CCLXXIX. 1412. Ind. VI. 29. Novem.

Писмо госпоін Банници и нѣной ћерки Катарини, у комъ обећава луждъ Млетачкій, да ће іимъ крозъ четири месеца вратити ньіови 6000 дуката, кое имаю уложене кодъ владе Млетачке.

Litera supra eadem materia, data oratori magnificarum dominarum Banize et Catarine ejus filie.

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Magnificis et potentissimis dominabus Banize relicte magnifici domini Volchi bani, et Catarine ejus filie, amicis dilectis salutem et sincere dilectionis affectum. Propter mutuam affectionem, que fuit olim inter magnificum dominum Volchum et nos., et nunc est inter magnitudinem vestram et nostrum dominium, semper pro vobis faceremus que-

cumque possibilia nobis forent. Hinc est, quod cum spectabilis vir, dominus Radozlauus orator vestre magnificentie a nobis requisiverit parte vestra, de certis depositis extrahendis, nos volentes dicte vestre magnitudini complacere, quamvis foret contra leges et ordines urbis nostre, contenti fuimus vestris requisitionibus assentiri. Verum idem orator vester contentus fuit et remansit concors nobiscum, quod de tali deposito duodecim millium ducatorum medietas, videlicet ducati sex mille, usque menses quatuor vestre magnitudini consignentur, et reliqui sex mille ducati magnifico domino Sandalio magno vaivode Bosine similiter numerentur. Quare vestra magnitudo poterit ad dictum terminum mittere suum nuntium, aut scribere nobis, cui dari velit dictos sex mille ducatos, nam eos faciemus cuicumque volueritis ad dictum terminum integraliter assignari. Data in nostro ducali palatio, die vigesimo nono mensis Novembris, indictione VI, MCCCCXII.

Comemoriale X. ch. 134.

CCLXXX. 1413. 2. Junii.

Налаже се проведитору Шибеничкомъ, да строго држи примиріе са кралѣмъ Угарскимъ и са кнезомъ Іованомъ Цетиньскимъ. (Скраћено.)

Capta. Cum provisor noster Sibenici nobis scripserit, qualiter comes Joannes de Citines intendebat tenere et occupare totum territorium Sibenicense,

qui illud equitaverat et circumiverat . . . . . si vero vellet tenere illam bastitam quam fecit, in hoc nullam difficultatem faciatis, sed permittatis eundem tenere et custodire dictam bastitam ad libitum suum, ita quod aliud territorium non occupetur; et quia dominus rex dicit similiter alias differentias ortas esse, occasione Scardonae et certarum villarum Ostrenize, quas dicit eidem obedientiam dedisse, terminavimus similiter, quod dictus ser Egidius esse debeat cum illo, qui mittetur nomine regis, ad videndum et concordandum differentias praedictas, ut forma treugue observetur, in qua treugua continetur: quod ambae partes tenere et possidere debeant totum et quidquid tenebant et possidebant tempore conclusionis treuguarum.

Secr. Cons. Rog. Lib. V. ch. 133.

(Овай comes Joannes de Citines, быо е у рату млетачко-угарскомъ на странџ цара и краля Сигисмунда и у непріятельству са Млетчиѣина, као што се види и изъ слѣдуюѣегъ заключеня:

Anno 1413. die 25. Augusti.

Collaudatur comes Sibinici ser Antonius a Bocholis, quod cum comite Johanne de Citines fecit salvum conductum.

Secr. Cons. Rog. Lib. V. ch. 150.)

CCLXXXI. 1413. 25. Augusti.

Одговараю посланику Хервов, молећемъ помоћь на мору да бы повратно градъ Сплѣтъ, кои му е отео Угарскій краль Жигмундъ, да то немогу Млетчићи учинити, ерь су са истимъ кралѣмъ заключили примиріе на петъ година.

Capta in rogatis. Comparuit ad praesentiam nostri dominii unus ambaxiator magnifici domini Creuoie, exponens qualiter dictus dominus est civis noster, et semper fecit omnia, quae putavit esse de beneplacito nostri dominii, et quod ad persvasionem nostram se alias pacificavit cum domino rege Sigismundo. Sed modo nuper sicut omnibus est manifestum, dictus dominus rex sibi accepit Spalatum, et procurat alias terras et loca sua accipere, quae omnia sunt contra sacramenta et promissiones, sibi factas per dictum dominum regem. Et propterea quod dictus Creuoia est civis noster, rogat instanter nostrum dominium, ut velimus ei dare auxilium galearum nostrarum, ut possit recuperare terram suam Spaleti, et alia loca sua; quia si dabimus sibi subsidium nostrum, ipse similiter per terram et cum gentibus suis erit cum nostro dominio, ad aquirendum Tragurium et alias terras Dalmatiae et cet. Vadit pars: quod respondeatur dicto ambaxiatori, quod multum gravat nostrum dominium, quod magnificus dominus suus Creuoia amiserit terram suam

Spaleti et alia loca sua, quia ipsum continue habuimus, habemus et habere intendimus, in nostrum carum et bonum amicum, et semper omnia quae facere possemus in comodum et honorem suum ac sui status, faceremus tamquam pro amico carissimo. Sed sicut dicto domino Creuoia notum est, fecimus cum serenissimo domino Romanorum rege treuguam per quinque annos, et illam promisimus usque dictum tempus firmiter observare. Et propterea dispositi observare treuguam praedictam pro honore nostro, non videmus quod possimus dicto domino Creuoie dare auxilium quod requirit; et propterea rogamus eundem, ut sibi placeat nostrum dominium habere merito excusatum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 150.

CCLXXXII. 1413. 18. Novembris.

Одговоръ посланику дуке Хервое на више нѣговы предложеня.

Capta in rogatis. Quod ambaxiatori magnifici domini Creuoie, ad ea quae nobis exposuit, respondeatur in hac forma:

Et primo, ad ea quae nobis exposuit, quod serenissimus dominus rex Romanorum et Hungariae, contra promissiones sibi factas multa fecit et attentavit contra dictum magnificum dominum Creuoiam et terras suas, mittendo capitaneos et bannos suos ad partes dicti domini Creuoie

et cet. respondeatur, quod propter amorem, quem gerimus dicto magnifico domino Crevoie, nostro dominio displicet quod dictus serenissimus dominus rex fecerit contra eum aliqua, quae sunt magnificentiae suae displicibilia et molesta.

Ad aliam autem partem quam nobis exposuit, videlicet; dominus Turchorum sibi miserat unam ambaxiatam cum sexaginta equis, ad offerendum dicto Crauoie triginta millia Turchorum pro succursu suo, et cet. Respondemus quod dictus magnificus dominus Crauoia est sapientissimus dominus, et potest in hoc terminare et disponere prout suae magnificentiae videtur, pro bono sui status.

Ad aliam vero partem per quam nobis notificavit, quod emimus Dalmatiam a serenissimo domino rege Ladislao pro magna quantitate denariorum, quam Dalmatiam poteramus aquirere, quia intendit per terram cum gentibus suis, et nos mittamus galeas nostras per mare, ad aquirendum totam Dalmatiam nostro nomine, et si nolemus sub nostro nomine dictas galeas mittere, quod illas mittamus sub suo nomine. Respondemus, quod cognoscimus bonam intentionem suae magnificentiae, sed sicut dictus magnificus dominus scit, nos sumus in treugua cum serenissimo domino rege Romanorum et Hungariae, quam treuguam sumus dispositi, pro honore nostri dominii, prout continue fecimus, effectualiter observare.

Ad requisitionem autem quam facit, quod mittamus unum nostrum, aut scribamus serenissimo domino regi Romanorum et Hungariae, quod de guerris et novitatibus, quas habuimus cum dicto domino rege, dictus dominus suus Crauoia nunquam se impedivit et cet. Respondeatur, quod considerato, quod dictus dominus suus nunquam se impedivit in hoc, non videtur nobis honestum, talem excusationem facere, quia ubi non est comissus defectus, non est necessarium ullam excusationem facere.

Ad id autem quod requirit, ut velimus mittere aut scribere magnifico domino Sandalli, qui est civis noster, quod se abstineat a damnis et novitatibus, inferrendis dicto domino suo Crauoie, et cet. Respondeatur, quod displicet nostro dominio, quod inter dominum suum Crauoiam et dictum dominum Sandali sit aliqua differentia, qui ipsos diligimus tanquam caros fratres nostros, et quia in brevi sumus missuri ad partes Dalmatiae unum nostrum, pro essendo cum dicto domino Sandali et rogando eundem ex parte nostri dominii, ut velit se a damnis suis abstinere, et in hoc faciemus quidquid poterimus, cum illa honestate qua poterimus.

Secr. Cons. Rog. Lib. V. ch. 163.

CCLXXXIII. 1414. 5. Junii.

Одговоръ посланику обштине Которске на нѣгове тужбе противъ Сандала и Балше.

Capta. Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii unus ambassiator comunitatis Catari, et exposuerit pro parte dictae comunitatis, quod ipsi iam diu fuerunt molestati multum a magnifico domino Sandali et a Balsa; qui dominus Sandali optabat occupare terram et castrum Catari, propter quod dederunt dicto Sandali datium salis, et ipse satisfacere debeat Balsae Strazimiri de eo, quod annuatim dicta comunitas Catari, dicto Balsae dabat et solvebát. Sed dictus Sandali vult habere fideiussionem ducatorum ·XII mille a comunitate Catari, et ob hoc retinet captivos quatvor suos cives, quos liberare non intendit, nisi prius habeat plezariam predictam. Et de hoc dictus ambassiator instanter rogavit nostrum dominium, ut dignemur dictam plezariam, dicto Sandali, nomine dictae comunitatis facere. Vadit pars: quod respondeatur dicto ambassiatori, quod veritas est quia semper amavimus comunitatem Catari, nobis displicuit et semper displiceret, quod dictae comunitati inferrentur novitates et injuriae, et vellemus quod pacifice et quiete vivere possent; et ad plezariam quam petunt per nostrum dominium fieri, nomine dictae comunitatis, magnifico domino Sandali, ducatis ·XII· mille, dicimus,

quod semper essemus dispositi in cunctis possibilibus dictae comunitati complacere, sed quia nostra dominatio non est consveta huiusmodi plezarias facere, et etiam certis aliis bonis causis et respectibus, non videmus posse dictae comunitati de dicta plezaria complacere, et rogamus dictam comunitatem, ut ob hoc placeat, si suae requisitioni non condescendimus, habere nostrum dominium excusatum.

Et quia dictus ambassiator dixit, quod alias dicta comunitas obtulit, velle dare nostro dominio dictam civitatem Catari, et quod sibi fuit responsum, quod non erat adhuc tempus, et quod istud tempus ipsi expectabant cum illa aviditate, qua expectabant antiqui patres existentes in nimbo, adventum Christi et cet. Respondeatur dicto ambassiatori, quod pro multis bonis respectibus non videtur nobis adhuc tempus, respondendi super facto accipiendi terram predictam.

Secr. Consil. Rog. Lib. V. ch. 185.

CCLXXXIV. 1415. 10. Maii.

Одговоръ на предложеня дуке Хервое Сплѣтскогъ.
(У краткомъ изводу.)

Ambassator ducis Crauoie proponit: Crauoia 1.) offert personam et statum suum nostro dominio; 2.) paratus est castrum Dalmisii ponere in manibus nostris; 3.) rogat certam quantitatem Salnitri, et funes

necessarios pro manganis; et 4.) ut possit recuperare terram Spaleti, rogat nostrum auxilium per mare; 5.) similiter rogat velimus eum recomendare dominae reginae Apuliae Johannae secundae, ut det ei auxilium ad recuperandam dictam civitatem; 6.) ultimo rogat ut eum includamus in pace, si quando pervenerimus ad eam cum domino rege Romanorum.

Respondeatur: ad primum: quod dominum ducem habemus pro bono et carissimo amico nostro; ad 2.) quod regratiamur ei, sed quod nobis magis placet, quod castrum Dalmisii sit in manibus suis, quam in nostris, quia existens in manibus suis reputamus quod sint in manibus nostris; ad 3.) conceditur ut dictus ambaxiator possit extrahere usque milliaria duo Sanitrii, et funes sufficientes pro duobus manganis, quae solvantur de denariis nostri comunis; ad 4.) quod pro presenti non possimus cum honore nostro suae magnificentiae dare subsidium; ad 5.) quod scribemus nostro consuli Apuliae in illa forma, quae erit rationabilis et honesta; ad 6-tum) licet videamus quod non possumus ad pacem venire cum dicto rege, tamen si pervenerimus ad aliquem tractatum pacis, ducem Creuoiam et statum suum habebimus recomissum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VI. ch. 49.

CCLXXXV. 1415. 5. Octobris.

Одговоръ посланику кнеза Сеньскогъ, тичући се дуке Хервое Сплѣтскогъ. (Скраћено.)

Capta: quod respondeatur domino episcopo Vigiliarum, ambassiatori magnifici domini Segniae, in hac forma:

(Ad 1, ... 2. ... 3 .....) ad 4-tum capitulum per quod rogat, ut scribamus domino duci Creuoie, ut cum dicto domino comite vellit habere pacem et amicitiam; respondemus, quod in complacentiam suam, quia et dictum magnificum dominum comitem Segne, et dictum dominum ducem Creuoiam, habemus in amicos nostros, in complacentiam dicti domini comitis, dictum dominum Creuoiam hortabimur; quod vellit secum in pace et amicitia vivere.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VI. ch. 72.

CCLXXXVI. 1415 8. Februarii.

Одговоръ на предложеня посланика Цариградскогъ Императора. (Скраћено.)

Capta: Quod spectabili et egregio militi, domino Nicolao de Monoiani, ambaxiatori domini imperatoris Constantinopolis, ad exposita per eum pro parte domini imperatoris predicti, respondeatur in hac forma; ad 1, 2, 3 . . (ове точке тичу се трговачки послова.)

Ad quartam partem, per quam nostro dominio significavit, dictum dominum imperatorem tenuisse de tempore in tempus praticam cum Amustafa, fratre Chierizi, et cum despoto Serviae, et domino Caramano, at quod si nostra dominatio, propter damna attentata per Turchos contra subditos nostros, vellet se movere contra Turchos, predicti domini se etiam moverent a parte terrae cum suis potentiis contra Turchos predictos, et ob hoc dictus ambassiator habet litteras directiuas dictis dominis et cet. Respondemus, quod ea quae dictus ambaxiator exposuit super facto praticae predictae, videmus et cognoscimus optimam dispositionem serenissimi domini imperatoris ad bonum et salutem Christianorum, et similiter quam habet erga nostrum dominium, sicut superius tetigimus suae maiestati regratiantes dicimus, quod quociescunque videbimus dominos predictos et dominum regem Hungariae paratos contra dictos Turchos, et habeamus pacem cum dicto domino rege Hungariae, semper inveniemur prompti ex parte nostra ad ea, quae concernant bonum et salutem Christianorum contra Turchos predictos.

Secr. Cons. Rog. Lib. VI. ch. 85.

CCLXXVII. 1416. 2. Aprilis.

Наставленѣ за посланика Млетачког, идуѣег къ Турском султану Кирици или Кришій. (Скраѣено.)

Capta. Quod fiat comissio nobili viro ser

Delphino Venerio, ituro ambassiatori nostro ad patres Turchie. . . . . .

Nos Thomas Mocenigo etc . . . . debeas ire noster ambassiator ad Chirizi Soldanum Turchorum. . . . . . .

Et si poteris obtinere et confirmare pacem per modos superius declaratos, volumus quod facies fieri litteras et praecepta, tam pro partibus Albaniae, quam pro omnibus partibus et locis, in efficaci et stricta forma, ad Balsam Straçimiri, ad Coiam, ad Juanum Castrioti, et ad Bitri Jonuna, et ad capitaneum castri Croye, et ad omnes alios suos capitaneos in partibus Albaniae, et in omnibus aliis partibus, pro observatione pacis, et conclusa dicta pace et habitis litteris suprascriptis. . . . .

Si vero obtinere non posses dictam pacem per modos superius declaratos, volumus quod dicere debeas dicto Chirici, quod non habeas libertatem posse aliud facere, et quod scribes nostro dominio; et sumpta licentia a dicto Chirici, venias super armata nostra predicta, super qua volumus quod sis provisor, et simul cum capitaneo nostro Culphi, debeatis summere omnem informationem possibilem in partibus illis, de viis et modis, quibus posset damnificari dictus Chirici ac eius loca et subditi, tam per terram quam per aquam, et specialiter per viam Charamani, Mustafe et Vlachi, et

si erit expediens, mittere aliquos nuntios secretos ad ipsos, ad inducendum illos ad damna et offensiónes Chirici, relinquimus hoc in libertate capitanei et tua, non obligando nostrum dominium in aliquo in speciali, sed dando eis spem, quod vos etiam providebitis ad damna et offensas Chirici, per omnes modos et vias possibiles, tam per terram quam per aquam.

Secr. Cons. Rog. Lib. VI. ch. 92.

CCLXXXVIII. 1416. 26 Aprilis.

Одговоръ кнезу Шибеничкомъ, тичући се тврдинѣ Омиша, кою Млетчићи желе за себе задобити, или за новце или иначе, ако може быти. (Скраћено.)

Capta. Quod scribatur ser Blasio Delphino, comiti Sibenici in hac forma: Duas litteras vestras recepimus, datas alteram quinto, alteram 15 mensis instantis, continentes omnia, quae circa negotia castri Almisii, usque nunc sunt secuta; et vidimus qualiter redeunte Bilo slao, uno ex castellanis Almissii de Bossina, cum eius familia, quidam Micatius de Ragusio castellanus Bistricae, eum ibi retinuit, et exinde qualiter unus alius novus castellanus cum triginta sociis noviter supervenerat, pro parte ducissae, loco Biloslavi et Ostoye sotii sui, qui ut scribitis, iam de dicto castro discessit, simul cum fratribus Biloslavi et eorum familiis, ac in Bossinam redierunt, prop-

ter quae concluditis, quod vobis non videtur, quod de illo facto per illam viam amplius sit sperandum, propter recessum illorum et adventum novi castellani . . . . . . quod nobis displicet . . . . . . Considerantes autem importantiam huius facti, et praesertim si dictum castrum Almisii ad manus personarum nobis non acceptarum deveniret, cupientesque illud pluribus respectibus in potestatem nostram reducere . . . . . . mandamus . . . . . . debeatis aut per viam ducissae, aut per viam regis Ostoye de Bossina, praticare si esset aliquis modus, per quem ipsum castrum habere possemus, vel per pecunias, vel per alium habilem modum . . . . damus vobis libertatem expendendi usque ad summam ducatorum quinque millium, de pecunia nostri communis, pro habendo dictum locum. . . . .

Secr. Cons. Rog. Lib. VI. ch. 95.

(Ниже има опетъ заключенѣ тичуће се истогъ посла одъ год. 1416. 7. Мая, у комъ стоій ово:

Capta. Cum pridie de mense Aprilis, propter mutationem castellanorum castri Almissii, captum fuit in isto consilio et mandatum, nobili viro ser Blaxio Delphino . . . . quod praticare et procurare deberet, habere ipsum locum et castrum Almisii, et fuerit sibi data libertas expendendi usque ad summam ducatorum quinque millium, dummodo hoc procederet de consensu aut regis Ostoye

de Bossina, aut dominae ducissae condam ducis Creuoiae, sicut in parte superius capta continetur etc.

Secr. Cons. Rog. Lib. VI. ch. 96.

А далѣ 29. Мая 1416. слѣдуе ово:

Cum die sexto mensis Junii captum fuerit in isto consilio, et data ampla libertas comiti nostro Sibenici, quod procuret habere nomine nostro castrum Almisii, et presertim a castellano qui noviter supervenerat nomine ducissae quondam ducis Creuoiae . . . . et ad presens habeatur, quod illud castrum devenit ad manus comitis Johannis de Citines, qui est subditus sive adherens regis Hungariae . . . . vadit pars, quod dicta pars penitus revocetur, ita quod de ipso loco se non intromittat ulterius, salvo si videret, quod comes Johannes vellet illud castrum dare. . . . .

А истога дана заключено е іошъ и ово:

Scribatur comiti Sibenici: . . . . super facto Almisii, de quo vobis data est lata spes ex parte cuiusdam ser Saraceni Cose, qui est ex confinatis Sibenici, et quem comes Johannes de Citina ut dicitur, elegit in castellanum dicti castri . . . . . debeatis obtinere dictum castrum Almisii, per viam concordii . . . . nec debeatis dictum castrum furtive neque per vim modo aliquo acceptare seu accipere.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VI. ch. 100.)

CCLXXXIX. 1417. 4. Maii.

Наставлењ капетану Кулфа тичуће се Балше.
(Скраћено.)

Quod fiat comissio nobili viro ser Jacobo Trivisano, capitaneo generali Culphi, ut infra. Nos Thomas Mocenigo etc. . . . . Factis deliberationibus et datis ordinibus suprascriptis, volumus quod ire debeas Scutarum, eundo usque sanctum Sercium, pro visitatione locorum et conforto subditorum nostrorum, informando te a rectore nostro Scutari, de novis omnibus occurrentibus, et quod sit solicitus et vigilet ad utilitatem et comodum locorum nostrorum, pro honore et statu nostri dominii; et si casus daret, quod essendo in flumeria Scutari, Balsa veniret ad colloquium tecum, vel aliquem ex suis mitteret, debeas cum ipso vel cum suis uti bonis et amicabilibus verbis, quae tuae sapientiae videbuntur, ut dictus Balsa habeat causam, perseverandi in benivolentia et pace nobiscum; et si quid esset vel occureret novi, studeas nobis significare, non possendo stare in dicto loca ultra tres dies.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VI. ch. 143.

CCXC. 1417. 16. Februarii.

Закљученѣ, послати нешто войске у градъ Скадаръ, почемъ се тамошньи кнезъ тужи, да се Балша опетъ непріятельски показуе. (Скраћено.)

Cum per ea quae scribit comes et capitaneus noster Scutari, significando de modis, quos tenet Balsa, in damnificando subditos et fideles nostros illarum partium, et ulterius quod subditi nostri de inde, videntes se damnificari, murmurant et tenent ratiocinamenta inter se conquerentes et cet. Bonum sit et utile pro securitate nostri status, in illis partibus providere. Vadit pars, quod de primis banderiis, quae fient sive scribentur ad nostrum stipendium, mitti debeant una de XXV vel XXX pagis, cum illis modis conditionibus et formis, quae melius collegio videbuntur, quam banderiam dictus comes et capitaneus debeat apud se retinere in castro Scutari, pro securitate et defensione loci predicti . . . . et ulterius sit in libertate dicti comitis . . . . procedendi contra illos, qui sibi apparerent suspecti . . . .

Et ulterius debeat dominium stipendiare de hinc equites triginta, qui se fulcire debeant equis de inde, sed debeant facere monstram armatam de hinc, et se expedire et ire cum dictis peditibus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VI. ch. 190.

CCXCI. 1418. 28. Maii.

Одговоръ кнезу Шибеничкомъ, да се одобрава уговоръ, кои е овай заключіо са кнезомъ Іованомъ Цетиньскимъ.

Quod respondeatur nostro comiti Sibenici in hac forma, videlicet:

Recepimus litteras vestras datas Sibenici, die vigesimo septimo Aprilis proxime praeteriti, effectualiter continentes, quod devenistis ad concordium cum comite Johanne de Cetinis et cet. et quod superinde factae sunt utrinque et sigillatae patentes litterae, et de omnibus contentis in vestris litteris suprascriptis plene remansimus informati; quibus intellectis vobis respondemus, quod contenti sumus, quod debeatis ipsum concordium confirmare per illud maius tempus, quod vobis erit possibile, et ultra illud tempus quod erit specificatum, per illud tempus, de quo postea partes erunt concordes, quo finito, pars quae vellet rumpere, debeat notificare alteri parti per quindecim dies ante.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 18.

CCXCII. 1418. 21. Julii.

Налогъ посланику идућемъ султану Турскомъ Кришій, да иште натрагъ за госпою ньіову, градове Авлону и Канину, кое су Турци освоили.

Quia sicut notum est, locus Avalone pervenit ad manus Turchorum, et con-

sideratis his, quod dicti Turchi dietim attentant contra nostros, et attentare possent contra insulam nostram Corphoy et navigia nostra inde transeuntia, bonum sit providere; Vadit pars: quod comittatur dicto nostro baiulo, ituro Constantinopolim, quod si ibit ad praesentiam dicti Chirici Turchi, et perveniet ad praticam pacis, debeat cum illis bonis modis et verbis, quae suae prudentiae videbuntur, instare et procurare, quod locus Avalonae et Caninae, et alia loca sua, restituantur dominae cuius erant, quia dominus suus fuit civis noster, et ipsa similiter civis nostra est. Et si videret, quod dictus dominus ad hoc condescendere nolet, detur eidem libertas, possendi promittere et expendere pro habendo locum praedictum Avalonae, Caninae et alia loca, quae tenebat dicta domina, in manibus nostris, usque ad quantitatem ducatorum ·VIII· mille et ab inde infra, quam melius facere poterit; et si videret, quod hoc obtinere non posset, et haberet impedire conclusionem pacis, debeat se retrahere a dicta requisitione, et sequatur formam suae comissionis.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 26.

CCXCIII. 1418. 23. Julii.

Наставленѣ за посланика идућегъ къ Турскомъ султану Кришій. (Скраћено.)

Comissio nobili viro Bertucio Diedo, ituro baiuloet ambassiatori ad Chirici soldanum Turchorum.

Nos Thomas Mocenigo etc. . . . . . concludere pacem, in forma pacis factae per ser Delphinum Venerio, cum hac additione, videlicet: quod cum sentiamus, quod ipse dominus Turchus mandaverit, quod caravanae quae consveverunt descendere cum plumbo aliisque mercationibus, ad loca nostra Durachii et Alexii, pro sale, et ad alia loca nostra Albaniae pro aliis mercationibus, amplius non permittantur venire ad loca nostra praedicta, volumus quod in dicta pace de hoc fieri facies specialem mentionem, et quod per litteras et nuntios suos, amoveat et casset omnia precepta et devetus, quos fecisset super praedictis, ita quod strate sint libere et aperte ac secure, ac quod caravane possint descendere, sicut consveverant per elapsum, in signum bonae amicitiae et dilectionis, sicut est debitum et honestum . . . . (insuper studeat aquirere loca Avalonam et Caninam et alia, ut est in parte de 21. Julii.)

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 27.

CCXCIV. 1419. 8 Aprilis.

Наставленѣ капетану Кулфа, како да обезбеди градове Скадаръ и Дривастъ противъ Балше, и како да овоме шкоди, што више може. (Скраћено.)

Scribatur capitaneo generali Culphy in hac forma:

Volentes securitati et conservationi locorum nostrorum Dalmatiae et Albaniae facere provisionem, fidelitati vestrae mandamus...... debeatis cum omnibus aliis galeis vobis comissis, et cum ballistariis, quos pro subventione locorum nostrorum Scutari et Drivasti mittimus, cum una galeota banchorum viginti .... ire prestissime versus Boianam .... et cum eritis apud Dulcignum, debeatis in dicto vestro accessu, quia ibi est una galeota, si vobis videbitur, antequam intretis Boianam, illam galeotam comburere vel capi facere .... per Boianam debeatis ire sursum quantum poteritis,.... et cum eritis sursum..... providere debeatis, de mittendo dictos ballistarios cum securitate, ad locum nostrum Scutari, faciendo illos ire per viam fluminis vel per viam terrae, ut vobis melius apparebit .... et missis dictis ballistariis ad locum nostrum Scutari ...... debeatis vigilare continue cum diligenti sollicitudine, ad ruinam, damnum et exterminium Balsae et locorum suorum, et inferre et inferri facere totis vestris viribus, omnibus modis quibus poteritis, per dictam Boianam et per omnes alias vias et loca, per quae vobis videbuntur, quam plura damna poteritis dicto Balsae et locis eius, faciendo illis cum securitate vestra galearum et zurmarum vobis comissarum, poni et fieri praedas, incendia et derobationes, et

alia quaeque, cum quibus ipsi Balsae et dictis locis suis damnum et laesionem inferre poteritis . . . .

Quia informationem habemus, Balsam multis de causis fore exosum valde suismet, de quibus essent et invenirentur, qui contra eum procurarent et facerent guerram et novitates, et tam de dominis circumstantibus et nobilibus, quam de aliis, volumus quod debeatis circa hoc scire et sentire a comite et capitaneo Scutari . . . . . . et si inveneritis et habere poteritis de praedictis, qui velint facere guerram et novitates contra Balsam, ... sumus contenti, quod possitis expendere mille ducatos, promittendo praedictis etc. . . . .

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 69.

CCXCV. 1419. 28. Maii.

Налаже се капетану Кулфа и кнезу Скадарском, да гледе предобити господаре Албаніе противъ Балше на Млетачку страну. (Скраћено.)

Cum pridie auctoritate istius consilii mandatum fuerit capitaneo nostro Culphy et comiti et provisori nostro Scutari, quod pro removendo Balsam ab insidiis locorum nostrorum partium Albaniae, possent expendere in dominis circumstantibus et nobilibus et aliis personis, qui facerent guerram dicto Balsae, usque ducatos mille, quae provisio esset multum utilis et fructuosa, si haberet

effectum; sed si non haberet effectum, necessario est providendum per aliam viam et modum, ut inimicus noster praedictus non stet ad campum circa loca nostra, et quod de cetero non habeat causam, nostras partes de inde molestandi, propterea vadit pars: quod comittatur iisdem...... debeant procurare et sollicitare .... de reducendo Juanum Castrioti, dominum Coiam, Tamisium magnum, et Georgium et Alexium Juras fratres, ad nostram provisionem annualem, continuis temporibus, cum hac conditione, quod si dedissent aliquod subsidium vel favorem ipsi Balsae, debeant illum removere, et si fieri posset, quod etiam faciant guerram et novitatem ipsi Balsae, et cum hac etiam alia conditione, quod de cetero non dent nec dari faciant aliquod subsidium vel favorem praedicto Balsae, sed debeant dare auxilium et favorem locis et subditis nostris, quando opprimerentur a Balsa praedicto, promittendo de provisione dicto Juano et domino Coia ducatos trecentos pro quolibet, et aliis illud minus, quod facere poterunt. ....

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 78.

CCXCVI. 1419. 10. Junii.

Наставленѣ за управителѣ Скадра, како да гледе шкодити Балши помоћу Турака, и како да га гледе упропаститиъ и живота лишити помоћу новаца и уцене, проглашене за нѣгову главу.

Cum per litteras potestatis nostri Dri-

vasti, quas capitaneus noster Culphy suis litteris introclusas misit nostro dominio, habeatur: dictam terram pervenisse ad manus Balsae, et dictum nostrum potestatem se reduxisse intra castrum; ex quo necessarium est facere provisionem; sed dicta provisio de hinc fieri non potest, nisi cum maxima expensa nostra; et propterea necessarium est per omnes modos et vias possibiles, ad recuperationem dictae terrae et ad destructionem dicti Balsae providere, vadit pars: quod quanto prestius esse potest, mitti debeant ad manus rectorum nostrorum Scutari, illorum videlicet, qui se reperient in regimine, et capitaneo nostro Culphy, si ibi erit, ducatos quinque millia, et mandetur dictis nostris rectoribus, quod debeant se intelligere cum capitaneo Schopie Turcho, vel cum aliis capitaneis, qui in partibus illis essent, si ad hoc erunt potentes, et cum eis ad compositionem venire, ad dictam summam ducatorum quinque millium et ab inde infra, sicut melius facere poterunt, si et in quantum dictum Balsam et gentes suas, expellat de campo et territorio nostro, et etiam quod sit contra dictum Balsam ad ruinam et destructionem suam, cum conditione, quod omnia fortilicia quae aquirentur, tam nostra quam dicti Balsae, remaneant nostro dominio. Et si ultra dictam quantitatem necessarium esset facere aliam promissionem dicto capitaneo Turchorum, quem ad hoc eligerent, detur eis liber-

tas, possendi eidem promittere loco illius provisionis, quae dabatur Balsae, ducatos mille in anno, promittente dicto capitaneo Turchorum, tam dictam nostram contratam, quam totum illud, quod teneremus in dictis partibus, defendere et custodire, tam a dicto Balsa, quam a quibuscunque aliis, volentibus loca nostra de inde molestare; et quia dicti rectores habuerunt in mandatis, soldandi de dominis et gentibus de inde, si dicti nostri rectores se concordarent cum dictis* Turchis, comittatur eis, quod aliam expensam non debeant facere in gentibus de inde.

Verum quia fertur, quod via a Scutari usque Schopiam non est bene secura, ordinetur et mandetur capitaneo nostro Culphy et rectoribus nostris Scutari, quod non existente dicta via secura, debeant facere conduci, usque Durachium, vel per aliam viam ut eis videbitur, unam personam sufficientem et aptam, quae vadat ad exequendum mandatum nostrum, prout superius continetur.

Et ulterius comittatur dictis nostris rectoribus, quod sicut dictus Balsa habet taleam ducatorum quatvor millium, sic publicare faciant taleam ducatorum octomillium, dando dictum Balsam vivum in manibus nostris, aut interficiendo eundem.

Alii volunt: Cum per experientiam videtur mala intentio et perversitas Balsae, inimi-

ci nostri, contra terras et loca nostra partium Albaniae, et nulla sit melior provisio ad obviandum suae pravae intentioni, quam querere eius mortem per omnem modum et viam possibilem, vadit pars: quod mandetur comiti et capitaneo nostro Scutari, vel successori suo et provisori nostro ibidem, quod si sibi videbitur, debeant reducere Stefanum Maramonte, attinentem dicti Balsae, quod det dictum Balsam in manibus nostri dominii, aut faciat ipsum mori, promittendo sibi, quod dominatio nostra sibi dabit omne auxilium, ut aquirere possit et habere dominium Dulcigni, Antibari, Budue et aliorum locorum, qui in praesenti possidentur per Balsam, a Boiana citra, et ulterius ducatos quatvor millia. Si autem praedictis nostris rectoribus per dictum modum non videretur posse obtinere dictam nostram intentionem, debeant dicti rectores dare taleam ducatorum octo millium dicto Balsae, ita quod quicunque eum dederit in forciam nostram vivum, aut eum interfecerit, habeat ipsam taleam; et debeant ipsi rectores in locis Albaniae, facere ipsam taleam cridari et publicari, ut cunctis manifesta sit. Insuper detur libertas collegio, posse praticare cum illis personis, quae sibi videbuntur, ut saprascripta nostra intentio habeat effectum.

Ser Jeronimus Contareno vult: Quia sicut manifestum est civitas Drivasti

ivit ad manus Balsae, sed adhuc castrum tenetur per rectorem nostrum de inde, et bonum sit tenere modum de recuperando dictam civitatem, et hoc fieri non possit sine pecunia: vadit pars, quod mitti debeant Scutarum ducatorum ·IV· mille ultro illos, quos captum fuit mitti debere, qui expendi possint per rectores nostros Scutari, tam pro recuperatione dicti loci, per illa media et modos qui sibi videbuntur, quam in gentibus illarum partium fiendis, quam in gentibus pro expellendo ipsum Balsam de campo ab illis partibus. Et ulterius si videbitur dictis rectoribus, quod dicti rectores possint promittere ultra ducatos 4 millia, sicut pridie captum fuit, alios ducatos mille singulo anno de provisione, pro faciendo mori ipsum Balsam.

(Illud idem quod hic, continetur etiam in parte, capta die 13 Junii, in charta 83.)

Secr. Cons. Rogator. Lib. VII. ch. 82.

CCXCVII. 1419. 25. Julii.

Наставленѣ посланику Млетачкомъ кодъ султана Кришчіе, тичуће се Балше. (Скраћено.)

Nos Thomas Mocenigo, dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Bertuccio Diedo, baiulo nostro Constantinopolis . . . . . . ire debeas ambassiator noster, ad Chirici Soldanum Turchorum . . . . . pro confirmatione et conclusione bonae pacis . . . . .

Insuper si de facto Albaniae et Nepanti, pro quibus sicut tuis litteris nobis scripsisti, dictus Turchus, quando alia vice fuisti ad eius praesentiam, petiit sibi dari iuxta promissionem alias factam, ducatos mille centum, iterum fieret mentio, volumus te dicere . . . . . . et respondere, quod quando fuit facta promissio de dictis ducatis mille centum, tunc tenebamus Dulcignum, Buduam, Antivarum, Alexium, Scutarum et Drivastum, et quod Balsa tenet et occupat de praesenti Dulcignum, Buduam, Antivarum et Drivastum, quae sunt praesertim illa loca fructuosa et utilia, a quibus praecipue extrahebatur et habebatur utilitas, de qua stantibus locis ipsis in manibus dicti Balsae, nihil habemus, quia non sunt in potestate nostri dominii, et dicta causa non tenemur ad promissionem praedictam; sed si vellet operari et tenere modum, quod dicta loca, quae tenentur et occupata sunt per dictum Balsam, perveniant ad manus nostras et sub gubernatione et dominio nostro, sumus contenti . . . . . dari facere dicto Turcho . . . . omni anno ducatos mille . . . . . etc. . . . . promittente dicto Turcho manutenere et observare bonam pacem nostro dominio, et defendere loca praedicta ad honorem nostri dominii a qualibet persona, quae vellet loca ipsa molestare et damnificare, et specialiter ab illo Balsa . . etcet.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 92.

CCXCVIII. 1419. 25. Julii.

Одговоръ посланику Которскомъ тичући се Балше.

Capta. Quod isti ambassatori et cancellario comunitatis Catari respondeatur in hac forma:

Quod audivimus capitula quae nobis porrexit, pro parte comunitatis Catari, per quae capitula ample comprehendimus, quid petunt a nostro dominio; comprehendimus similiter bonam intentionem et voluntatem comunitatis praedictae, ad commoda et honores nostri dominii, et ad ruinam et destructionem illius nequissimi proditoris Balsae Strazimiri; et regratiamur dictae comunitati de eorum bona intentione et dispositione; sed quia contenta in dictis capitulis sunt magnae importantiae et etiam requirit, ut omnia fiant secrete, et maxime usque diem XV-tam Septembris proximi, potest ad libitum suum Catarum reverti, et dictam comunitatem nostri parte hortari, ut velit perseverare in hac sua bona voluntate, et dicere, quod disposuimus unum ex nostris mittere ad rectores nostros dictarum partium, et eos informare de intentione nostra super factis praedictis, qui rectores nostri circa occurrentia cum dicta comunitate providebunt, ad ea quae videbuntur opportuna et necessaria ad ruinam et destructionem Balsae praedicti.

Alii volunt respondeatur: . . . . ad requisita per dictam comunitatem dicimus, quod

consideratis terminis praesentibus et aliis nostris negotiis, non videtur nobis de attendendo ad ea, quae per dictam comunitatem requiruntur.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 93.

CCXCLIX. 1419. 31. Julii.

Наставлѣнѣ кнезу Скадарскомъ, на кои начинъ да гледи заключити миръ съ Балшомъ.

Quod scribatur comiti et capitaneo ac provisori Scutari in hac forma: Recepimus nuper quasdam litteras vestras, mensis elapsi sub diversis diebus datas, per quas nostro dominio distincte et ordinate significastis omnia secuuta de inde, postquam vos comes et capitaneus illuc applicuistis, pro quibus vestram sollicitudinem comendantes, vobis denotamus, quod notavimus ea quae nobis denotastis, super requisitione vobis facta per Balsam, de volendo venire ad pacem et ad gratiam nostri dominii. Notavimus similiter responsionem per vos factam, quae nobis placuit, quia aliam responsionem cum honore nostro facere non poteratis. Verum considerantes expensas, quas habemus in loco praedicto, cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis damus libertatem, quod si dictus Balsa requireret de volendo vobiscum intrare ad pacem, quod cum eo intrare debeatis ad dictam praticam; et si vos de pratica dictae pacis non requireret, et habe-

retis modum cum honore nostro veniendi ad praticam dictae pacis, placet nobis quod ad dictam praticam veniatis. Et ut de intentione nostra circa factum dictae pacis informationem habeatis, sumus contenti et placet nobis; quod restituente dicto Balsa nostro dominio civitatem nostram D r i v a s t i, et relaxante totum territorium nostrum liberum et pacificum, et similiter satisfaciente et restituente omnia bona mercatorum nostrorum, quae accepisset, ac restituente omnes subditos nostros, quos teneret captivos cum bonis suis, secum ad pacem condescendatis, non dando eidem provisionem ducatorum mille in anno, quam solitus erat habere. Et circa hoc instare debeatis cum illis modis et viis, qui vestrae prudentiae videbuntur. Et si dictus B a l s a ad hoc nollet condescendere, quia peteret provisionem praedictam, et non posset restituere damna data subditis nostris, quia omnino intentionis nostrae est, quod restituat damna mercatoribus illata, sumus contenti, quod condescendatis, quod dicta provisio remaneat nostro dominio, per illud maius tempus quo poteritis, pro satisfactione damnorum nostro dominio et nostris subditis illatorum. Et quando hoc facere recusaret, quia omnino vellet habere provisionem suam, placet nobis, quod si habebitis civitatem D r i vasti et totum nostrum territorium liberum et pacificum, et relaxabit subditos nostros

dictarum partium liberos, et restituet bona mercatorum nostrorum, quod secum concludatis in pace, promittendo eidem provisionem suam annualem ducatorum mille, sicut primitus habebat. Et quia tetigistis in litteris praedictis, misisse ambassiatores vestros ad praesentiam soldani Turchorum et cet. ut de intentione nostra circa hoc sitis informati, vobis declaramus, quod si poteritis venire ad pacem cum dicto Balsa per modum superius expressum, antequam ambassiatores vestri aliquid conclusissent cum Turchis praedictis, dictam pacem concludere debeatis; et similiter, si dicti vestri ambassiatores aliquod concordium fecissent cum Turchis, pro veniendo ad ruinam dicti Balsae, et ante eorum adventum dictam pacem concludere possetis, sumus contenti quod illam concludatis; si vero dicti Turchi iam venissent ad ruinam dicti Balsae, et videretis dictam pacem habere posse, volumus ut dictam pacem honorabiliorem et meliorem habeatis, quod ad illam veniatis; nam sperandum est, quod existentibus Turchis in partibus illis, dictus Balsa coactus condescendet ad pacem honorabilem et comodam nostro dominio. Et quando dictam pacem aliter habere non possetis, sumus contenti, quod ad illam condescendatis per modos superius expressos. Et est nostrae intentionis, quod in omnem eventum dictis Teucris, sive ad pacem veneritis sive non, observetis illud quod eis promissum fuerit per ambas-

siatores vestros, ne habeant causam, damnificandi contractam et subditos nostros; et ut hoc facere possitis vobis mittimus ducatos ·V· mille, sicut captum et deliberatum fuit per nostra consilia suprascripta.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 94.

(Ниже подъ: 29. Septembris. 1419. слѣдуе ово заключенѣ, тичуће се помоћи Турске, очекиване противъ Балше.)

Capta. Cum captum fuerit in isto consilio de mittendo Scutarum ducatos mille, qui nundum missi sunt, et sentiatur, quod Turchi venturi non sunt ad partes illas, propterea quod illi ·V· mille ducati, qui missi fuerunt ad partes illas, non expendentur, sed remanebunt de inde, vadit pars, quod dicti mille ducati mitti non debeant, quia non sunt ibi necessarii pro praesenti.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 109.)

CCC. 1419. 9. Septembris.

Наставленѣ за капетана Кулфа, подъ коимъ условіима да заключи савюзъ са кралѣмъ Босанскимъ.

Quod scribatur capitaneo generali Culphi in hac forma:

Recepimus litteras vestras, datas apud Tragurium 29 mensis Augusti elapsi, per quas intelleximus omnia praticata per vos cum illo vaivoda domini regis Bossinae.

Unde vobis respondemus, quod modi per vos observati circa ipsam praticam nobis placent, et exinde sapientiam vestram et virtutem merito laudamus. Sed ut de intentione nostra super capitulis, formatis inter ipsum vaivodam et vos sitis informatus, vobis declaramus et dicimus quod de primum capitulum, quod dicit de essendo amicus amicorum et inimicus inimicorum, non facit pro nostro dominio, quia est generale et intelligi posset pro omnibus et contra omnes de mundo. Et propterea volumus, quod ipsum capitulum dimittatis, et ipsum nullo modo dicto vaivodae permittatis, quia si inter nos et dominum regem Bossinae debet tractari aliqua liga, volumus ligam specialem et non generalem.

Ad secundum et tercium capitulum respondemus, quod sumus contenti, quod dictus dominus rex ad omnem requisitionem nostri dominii teneatur et debeat omnibus suis expensis, tot ex suis gentibus tenere ad campum, quousque dominatio nostra habuerit Tragurium et Spalatum, et succurere quando erit requisitus, locis et terris nostris Dalmatiae, quando opprimerentur ab inimicis nostris; et ulterius essemus contenti, in quantum obtinere possetis, quod ipse dominus rex mitteret contra Balsam inimicum nostrum, et pro defensione locorum nostrorum Albaniae, et pro aquirendo loca amissa, illam quantitatem

gentium, quae erit opportuna, secundum quod dictus v a i v o d a se obtulit facere.

Ad quartum et quintum capitulum respondemus, quod sumus contenti dare sibi g a l e a s in illo numero, qui erit iustus et rationabilis; sed quia in quarto capitulo non declaratur, contra quos vult ire, nec declaratur quot ballistarios et quot bombardas vult, et pro quanto tempore vult dictos ballistarios et galeas, volumus quod superinde vobis faciatis declarari particulariter et distincte: contra quos vult ire, quot bombardas et quot ballistarios vult, et pro quanto tempore vult dictas galeas et ballistarios; et si est contentus de illis capitulis, sicut superius dicimus; et quidquid ab ipso habebitis, debeatis nostrum dominium informare, ut habita vestra informatione providere possimus, pro ut noverimus opus esse.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII ch. 102.

(Продужиће се.) — (Continuabitur).


ACTA

ARCHIVI VENETI,

spectantia

ad historiam Serborum et reliquorum Slavorum meridonalium.

Fasciculus II-dus
continens acta ab CCC usque DLVI.



Србски споменици Млетачкогъ Архива.

ACTA ARCHIVI VENETI,

spectantia

ad historiam Serborum et reliquorum Slavorum meridionalium.

Collegit et transcripsit

Dr. Joannes Schafárik.

Fasciculus II-dus
continens acta ab CCCI. usque DLVI.

(Primum typis edita in scripti periodici societatis litterariae Serbicae Glasnik tomis XIII, XIV et XV.)

BELGRADI
in typographia principatus Serbiae.
1862.

CCCI. 1419. 17 Januarii.

Одговоръ посланику Грчкогъ цара Николи Монояни, кои оће да иде и Римскомъ папи, да га моли у име свогъ цара, да гледи помирити Млетчиће са Римскимъ царемъ, еръ е ньіово непріятельство на найвећу штету целомъ христіянству.

Cum istis diebus comparuerit ad praesentiam nostri dominii dominus Nicolaus Monoiani miles, ambassiator serenissimi domini imperatoris Constantinopolis . . . . . Vadit pars: respondeatur: . . . . .

Ad aliam autem partem per quam idem ambassiator ex parte serenissimi domini imperatoris nostro dominio denotavit, quod idem dominus imperator eundem dominum ambassiatorem mittit ad praesentiam summi pontificis, ad inducendum sanctitatem suam, ut dignetur se interponere ad pacem vel treuguas tractandas, inter serenissimum dominum regem Romanorum et nostrum dominium, et ad ostendendum quantum sit damnosa toti Christianitati guerra, inter dictum dominum regem Romanorum et nostrum dominium existens etc. . . . respondemus . . . . quod idem dominus Nicolaus est verus testis, quod pro nobis non defecit de veniendo ad

concordium et treuguas cum dicto domino rege Romanorum, et quotiescunque dictus dominus rex Romanorum erit dispositus ad pacem concordium et treuguas condescendere cum nostro dominio, nos semper inveniemur parati condescendere ad ea, quae erunt rationabilia et honesta, sicut cotinue fuimus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 129.

CCCII. 1419. 17. Januarii.

Одговоръ сроднику и посланику Грчкогъ цара, Манойлу Филатропину, идућемъ Римскомъ цару тога ради, да гледи овогъ склонити на миръ са Млетцима.

Comparuit ad praesentiam nostri dominii, spectabilis et egregius miles dominus Hemanuel Filatropino, consobrinus serenissimi domini imperatoris Constantinopolis, ambassiator domini imperatoris praedicti, et nostro dominio exposuit, quod dictus dominus imperator, videns et cognoscens potentiam Turchorum, comprehendit, quod nisi dicto Turcho obvietur, multa mala faciet contra Christianos, et quod nullum aliud remedium videt, nisi quod pax concordium aut treguae sequantur inter dominum regem Romanorum et nostrum dominium; et quod dictus dominus imperator Constantinopolis, consideratis adversitatibus partium de inde nuper occursis, pro bono Christianitatis et pro bono suo, et etiam

pro bono et quiete nostri dominii, eundem dominum Hemanuelem Philantropinum transmittit in ambassiatorem suum ad praesentiam dicti domini regis Romanorum, ad declarandum ei, quanto periculo subiacet tota Christianitas et suum imperium, propter guerram et divisiones, existentes inter dictum dominum regem Romanorum et nostrum dominium, et ad inducendum dictum dominum regem, ut velit condescendere ad pacem, concordium vel treuguas cum nostro dominio; quia non habente dicto domino imperatore subsidium, opportebit eundem capere pertitum cum Turcho; et ideo dictus dominus Hemanuel se obtulit interponere, ut bonum concordium seu treuguae consequantur . . . et si nobis videtur eidem aliquid comittere, vel aliquem mittere, faciet et sequetur, quid eidem comittemus et cet. . . . . . . respondeatur, ... (quomodo et quantocies tentarunt pervenire ad pacem et treuguas intermediante papa, dein procavii Norimbergae, dein regis Poloniae et cet. sine effectu.)

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 129.

CCCIII. 1419. 9. Septembris.

Одговоръ кнезу и капетану Скадарскомъ, у комъ му правительство Млетачко изявлюе, како му е немило было чути, да е Балша освоно тврдиню Дривастъ, и заробіо подесту овогъ града Якова Корера; уедно налаже му се, да промене истогъ господина и веће друге Млетчиће, за Балшине люде, кои се у нъга налазе заробљени.

Quod scribatur comiti et capitaneo ac provisori Scutari in hac forma: Accepimus litteras vestras datas 25 Augusti elapsi, per quas nobis significastis captionem castri Drivasti et captionem viri nobilis ser Jacobi Corario, potestatis Drivasti, eius uxoris et eius socii militis; quae omnia cum maxima displicentia intelleximus. Sed quia nobis scribitis, quod Balsa vult cambire dictum ser Jacobum, eius uxorem et socium militem, ac virum nobilem ser Petrum Taiapetra et alios nostros quos habet captivos, pro Raicho Moneta et quodam Alexio, et pro quodam puero, quos de inde habetis detentos, volumus et fidelitati vestrae scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quatenus debeatis cambire dictos Raichum, Alexium et puerum, quos habetis detentos, pro praedictis ser Jacobo Corrario, eius uxore et socio milite et ser Petro Taiapetra, et pro aliis nostris quos idem Balsa habet captivos; circa hoc habendo bonam advertentiam, sic quod dicti nostri cives et fideles non decipiantur, sed quod a

captivitate liberentur, et taliter providendo, quod aliquid mali eis non eveniat, sicut de prudentiis vestris plene confidimus. Verum si obtinere non possetis, quod omnes praedicti relaxarentur, volumus quod dante vobis Balsa dictos ser Jacobum, eius uxorem, socium militem et ser Petrum Taiapetra et de aliis quam plures poteritis, dicto Balsae dare debeatis dictos Raichum, Alexium et puerum, in cambium dictorum nostrorum, habendo bonam advertentiam circa hoc, sicut superius diximus.

Ser Andreas Gritti vult: quod facta omni instantia possibili de obtinendo intentionem nostram praedictam, quam si obtinere non poterunt, debeant procurare relaxationem solum dicti ser Jacobi et uxoris suae.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 102.

CCCIV. 1419. 18. Novembris.

Налогъ кнезу и капетану Скадарскомъ, да гледа уговорити са Балшомъ примиріе на дуже време.

Insuper quia omnis dilatio est utilis pro bono partium nostrarum de inde, comittitur dicto nostro comiti et capitaneo ac provisori Scutari, quod cum illis modis qui suae sapientiae videbuntur, videre debeat de veniendo ad treuguas cum Balsa, aut per duos annos, aut per XVIII menses, aut per unum

annum, aut per octo menses adminus, sicut melius facere poterunt; et si ad dictas treuguas venire poterunt, illas firmare debeant.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 120.

CCCV. 1420. 5. Januarii.

Налаже се управителю Сплѣтскомъ, да покуша уговорити савезъ са кралѣмъ Босанскимъ Твртком.

Cum habeatur informatio, quod rex Tverticus, rex Bossinae, sit bonus amicus nostri dominii et libenter vellet se intelligere nobiscum, et succurrere nostro dominio a parte terrae, si nostrum dominium a parte maris promittat, non dare transitum alicui volenti ire ad damna sua, vadit pars: quod scribatur provisori nostro Spalati, quod audivimus ea, quae scripsit super facto regis Bossinae, et damus ei libertatem possendi convenire cum dicto rege sive nuntiis suis, quod ipse rex promittat succurrere nostro dominio, sive rectoribus nostris Dalmatiae, in casu quo per comitem Johannem (de Citines) sive Polizanos, vel per alias gentes molestarentur civitates et loca nostra Dalmatiae, sive earum districtus, et dare favorem et auxilium, quod castra Clissii et Dalmisii et duo alia castra contigua locis nostris, perveniant ad manus nostri dominii. Et possit nostro nomine dicto regi promittere, quod nostrum dominium per mare

non dabit Turchis, nec aliquibus aliis gentibus, volentibus ire ad damna dicti regis, transitum subsidium nec favorem. Verum si ultra praedicta dictus rex alia peteret, eidem respondere debeat, quod si dicto regi placet, potest suam ambassiatam mittere ad praesentiam nostram, quia nostra dominatio eam videbit alacriter et libenter,

Secr. Cons. Rog. Lib. VII. ch 196.

CCCVI. 1420. Indict. XIII. 2. Februarii. Catari.

Пуномоћіе за Антонія Пукція, нотара града Котора, да може овай градъ предъ Млетачкомъ владомъ заступати.

Instrumentum sindicatus facti per comunitatem Catari in personam ser Antonii Puctij.

In Christi nomine Amen. Sub annis ejusdem nativitatis in millessimo quadringentesimo vigesimo, indictione XIII et die secundo Februarij, Catari in cancellaria dicte civitatis, juxta lugiam et viam publicam predicte civitatis et alios fines veriores, presentibus dominis Nicolao de Bolliza, Johanne ser Triphonis de Buchia, iuratis iudicibus, et ser Paulo de Buchia jurato Catari auditore, et me notario infrascripto. Ibique ad sonum campane diversis diebus et oris, Nos comunitas Cataren-

sis, comes judices secretum consilium ac maius et generale, ultimate die millesimo mense et indictione predictis, congregati ad sonum campane more solito, fecimus, instituimus ordinavimus creavimus et constituimus, omnibus modo via juris forma et ordine consuetudine omni, inclusive exceptione remota tam juridica quam sofistica, et omnibus non specificatis juribus, prudentem ac multiformis sapientem virum ser Antonium Puctij de actis de sancto Genesio, nostrum juratum notarium cancellarium et secretarium, in nostrum sindicum procuratorem actorem factorem et certum specialem nuntium sive negotiorum gestorem, seu quibuscunque aliis nomine, vocabulo et jure dici vocari et appellari posset, ibique presentem, sponte matura, sana, et juridica deliberatione in se mandatum sindicatus et procurationis, sponte et expresse suscipientem, ad comparendum, et se personaliter, et non per interpositam personam, coram ducale dominio Venetiarum presentandum, cum literis credentialibus parte nostre comunitatis, et ad narrandum dicendum exponendum, juxta commissiones sue capitulaue scripturas dandum, et replicandum totiens quotiens oportunum fuerit, tam vigore literarum credentialium quam comissionum, concludendumque prout et quando sibi sindico ante dicto videbitur, capitulis respondendum, ac capitula et scripturas fiendas, inter

dictum ducale dominium, et ipsum sindicum parte nostre comunitatis, scribendum sive scribi faciendum, et in publicam formam reducere, sive reduci faciendum, totiens quoticus fuerit necesse et opportunum, et reductas in publicam ut predicitur formam scripturas, ratas gratas firmas et validas habendum tenendum roborandum et fortificandum, omnibus condictionibus seclusis, et generaliter ad omnia alia et singula, dicendum narrandum faciendum ac finiendum, que in predictis, et circha predicta, faciendum concludendum ac finiendum et necessaria et opportuna ac debita ad taliaque jus postulat, et requirit, ut nosmet constituentes dicere narrare concludere ac facere possemus, si personaliter essemus, dantes et concedentes liberum et generale mandatum, cum libera franca sive secura, et generali administratione; promittentes nos comunitas et omnes supradicti, mihi publico notario suprascripto, ut publice persone stipulanti, nomine illorum quorum interest, sive interesse poterit in futurum, que gesta et operata erunt circa predicta, per dictum ser Antonium sindicario nomine quo supra, tenere et habere, ac teneri et haberi facere, per nos vel alios, rata grata et firma, omni dilatione temporum et contradictione facti remotis, sub obligatione omnium bonorum dicte comunitatis. Relevantes nos comunitas antedicta, ut predicti nomine dicte comunitatis, dictum ser

Antonium sindicum prescriptum, ab omni damno dicta de causa sibi interveniendo, non obstantibus aliquibus juribus sive ordinibus in contrarium loquentibus.

Ego Paulus ser Vanis de Abrianis de Monte Elbaro, publicus imperiali auctoritate notarius, et ad presens juratus notarius comunis Catari, hiis omnibus et singulis presens interfui, et rogatus scribere scripsi, et in publicam formam de mandato ipsius comunitatis redegi, signumque meum consuetum apposui.

Ego Nicolaus de Boliza juratus judex me supripsi.

Ego Johannes quondam ser Trifonis Buchie, juratus judex me subscripsi.

Ego Paulus quondam Bucha de Buchia, juratus auditor me subscripsi.

Commemoriale XI. ch. 31.

CCCVII. 1420. Indict. XIII. 3. Februarii. Catari.

Писмо вѣрованя за Антонія Пукція, послато одъ обштине града Котора дужду Млетачкомъ Томи Моченигo.

Litera credulitatis in personam suprascripti ser Antonii Puctij.

Serenissimo principi et excellentissimo domino, domino Thome Mocenigo divina gratia duci Venetiarum etc. domino nostro singularissimo.

Serenissime princeps et excellentissime

domine, domine noster singularissime, humili et cordiali recomendatione ad pedes vestre serenitatis et dominij destinare curavimus, prudentem ac discretum virum ser Antonium Puctij de Actis de Sancto Genesio, latorem presentium nostrumque juratum notarium cancellarium et secretarium, de nostra intentione vestre dominationi et excellentiae narraturum, a nobis plene informatum. Quare placeat vestre serenitati, ut in hiis que coram vestro dominio nostri parte exponat, fidem credulam adhibere ut nobismet ipsis, et nostrum assensum non denegari, quam semper parati vestra mandata servare.

Comes, judices, maius et secretum consilium Catari, Ubi tertio Februarii, XIII Indictione.

Comemoriale XI. ch. 31.

CCCVIII. 1420. 8. Marcii.

Заключенѣ, уэети градъ Которъ подъ заштиту и управу Млетака, и обећавѣ дати тврдиню Будву, кадъ ю освое, властелима Зетскимъ Ђорђу и Алекси Юрашима, ако ови буду верно помагали Млетчићима противъ Балше.

Cum venerit ad praesentiam nostri dominii prudens et discretus vir ser Antonius Puctii de Actis de Sancto Genesio, cancellarius et secretarius egregiorum et spectabilium comitis, judicum, maioris ac

secreti consilii civitatis Catari, qui sub eorum litteris credulitatis, recommissa cum verbis summae affectionis et reverentiae illa comunitate Catari nostro dominio, dicendo et narrando sinceram dispositionem, desideratae fidelis obedientiae suae erga statum nostri dominii, praesentavit ex parte dictae comunitatis capitula, lecta huic consilio; quibus auditis et intellectis, habita diligenti et matura consideratione, quantum faciat pro nobis habere dictam terram Catari apud nos, volendo guerizare, et in casu faciendi de provisionibus contra Balsam, nam sine expensis nostri dominii dicti Catarini offerunt guerram alacri et virili animo, ad destructionem et ruinam ipsius Balsae et status eius; habito etiam respectu, quod iuxta informationem habitam per dictum cancellarium praedictae comunitatis et aliter, ente dicta comunitate sub obedientia nostra, habebimus et erunt nobiscum contra ipsum Balsam, Georgius et Alexius Juras, barones Xentae; debeamus velle superinde providere, habito maximo respectu, nisi providerimus, ipsam terram Catari posse ire et devenire ad manus et in potentia personarum, de quibus non essemus bene contenti, quia dicta comunitas, ut oretenus exposuit cancellarius praedictus, videtur disposita, in terminis quibus est, stare nolle; vadit pars: in nomine omnipotentis dei, cuius invocatione perfecta recte proceditur

in agendis, consideratis considerandis, quod dicto cancellario praedictae comunitatis Catari, respondeatur in hac forma; videlicet: quod dominatio nostra, videns et considerans optimam intentionem et dispositionem dictae comunitatis erga nostrum dominium, ad honorem et statum nostrum, quam comunitatem tenemus indubie reperire in dies continue promptiorem, est contenta ad honorem gloriosissimi dei, domini nostri, eiusque beatissimae matris virginis Mariae, et beatissimi Marci evangelistae, patroni et protectoris nostri, considerato amore, quem portavimus et gerimus dictae comunitati, dominium et regimen praedictae civitatis et districtus Catari, et cives et districtuales suos, recipere et acceptare, sub gubernatione et obedientia nostri dominii, et illos tenere et tractare pro nostris fidelibus et devotis subditis, prout optant; et volumus quod de introitibus, gabellis et aliis daciis dictae terrae, solvatur salarium comitis et castellani et aliorum deputatorum ad custodiam castri, et fiant solutiones salariorum aliorum officialium iuxta solitum, de quibus fiant solutiones laboreriorum et reparationum, ac aliarum expensarum occurrentium fieri per tempora in dicta civitate, cum ista modificatione; quod de pecunia quae superhabundabit singulo anno ab expensis, dentur usque sex annos omni anno ducati mille, pro solutionibus fiendis creditoribus dictae comunitatis,

ut satisfiat debito suo de ducatis sex millibus, in quibus est obligata; ita quod cum introitibus, gabellis et reliquis daciis dictae terrae, fiant expensae omnes, solvantur debita, et supleatur ad omnia, quomodocunque occurrentia quocunque tempore. Sumus insuper contenti, quod statuta et ordinamenta dictae comunitatis observentur, et quod territoria tiranice occupata civibus illis, quae pervenerint sub nostro dominio, dentur illis quorum sunt, prout humiliter supplicarunt, declarando ex nunc et ita captum sit, quod perveniente castro Budue ad manus nostri dominii, nos erimus contenti dare dictum castrum Buduae, praedictis Georgio et Alexio Juras, illis existentibus confederatis nobiscum, debitis et congrius modis, qui placeant nostro dominio.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 138.

Ниже стоіи подъ: 12 Marcli, на листу 139 исте књиге:

Est capta pars; quod cum cancellarius comunitatis Catari praesentaverit mandatum ad plenum seu sindicatum, Vadit pars: quod in nomine Jehsu Christi fiat executio partis capte, acceptandi terram et comunitatem Catari, et ut fiat publicum et validum instrumentum, et quod comunitas Catari solenniter ratificet ea omnia intra tres menses.

CCCIX. 1420. 17. Marcii.

Заключено послати едногъ нотара у Которъ, да заключи уговоръ противъ Балше са Ђорђемъ и Алексомъ Юрашима. (Скраћено).

Capta fuit pars: ut eat unus notarius Catarum, cum sindico domum redeunte, qui concludat pactum cum dominis Georgio et Alexio fratribus Juras, baronibus Xentae, contra Balsam, quod dominus Dragus de Drago, civis Catari, iam inchoavit cum illis, sub conditionibus his, ut illi cum omnibus suis gentibus debellare debeant Balsam, et ideo si castrum Budva devenerit ad manus Venetorum, hoc eis donetur, retentis tamen salinis pro dominio Veneto.

Ниже о истомъ предмету подъ: 29. Aprilis, на листу 148 исте књиге стоін ово: (Скраћено).

Scribatur notario Johanni de Lusia in Cataro, haec responsio, ad ea quae petunt Catarini, quod contenti sunt Venetiani, ut 1.) differant et suspendant errigere et elevare insignia beati Marci, donec recolligent vinum et bladum; 2.) etiam in casu pacis Veneti non dabunt civitatem Catari regi Hungariae, nec ullo alio domino, sed retinebunt eam in perpetuum; 3.) solvatur debitum X mille ducatorum, non VI ut eronee dictum est; ultimo hortantur Johannem et

Dragonem, ut sollicitent quantocius pertrahere dominos Georgium et Alexium Juras ad partes Venetiarum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 140.

CCCX. 1420. 23. Maii.

Одговоръ посланику краля Якова Сицилскогъ, кои се нуди да посредуе за помиренѣ између Млетака и Балшића.

Cum venerit et comparuerit ad praesentiam nostri dominii, quidam pro parte illustris domini regis Jacobi, Hungariae, Jerusalemi et Siciliae, et porrectis primo congrius et pertinentibus salutationibus nostro dominio, pro parte dicti domini regis exposuerit, qualiter dictus dominus rex, qui semper gessit et gerit nostro dominio magnam affectionem et amorem, habita informatione de guerra existente inter nostrum dominium et Balsam Balsae ac Stefanum Balsae, quos idem dominus rex asserit habere etiam pro suis devotis et fidelibus amicis et servitoribus, deliberavit eum mittere ad praesentiam nostram pro pace tractanda et concordia inter nostrum dominium et dictos Balsam et Stefanum, qui tractatus est in effectu: quod nobis proponitur ex videre dicti domini regis, quod demus Scutarum praedictis Balsae et Stefano, promittentibus illis facere mercatoribus nostris,

conversantibus in locis suis, et quos conversari contingerit pro suis mercationibus et bonis, omnem franchisiam et exemptionem de tractis, et de omni alia solutione, de datiis et passagiis, et de omni gabella, quae posset imponi, et ultra praedicta velle teneri dare dictas tractas; et quodsi dominatio nostra vellet facere dictam pacem, recusando reddere Scutarum, facit nos advisari dictus dominus rex, quod praedicti Balsa et Stefanus contententur tenente qualibet parte id quod tenet et habet; de quibus promissionibus observandis et fiendis per praedictos Balsam et Stefanum, idem illustris dominus rex offert pro praedictis facere fideiussionem nostro dominio et cet. Vadit pars: quod respondeatur dicto nuntio, quod auditis et intellectis his, quae nostro dominio exposuit et retulit parte dicti domini regis, cognoscentes sinceram dispositionem regalis maiestatis suae, de optima intentione praefati domini regis, quam semper tenuimus habuisse et habere erga nostrum dominium, eidem domino regi regratiamur abunde, offerentes nostrum dominium in possibilibus ad quaelibet grata et accepta regali maiestati suae, cuius beneplacitis fuimus semper et sumus, ut clare novit, sincere dispositi; et quia propter temporis brevitatem ad praesens non posset tractari pax, sumus contenti, tenentibus et habentibus nobis loca quae habemus, cum territoris, jurisdictioni-

2*

bus, et pertinentiis omnibus dictorum locorum et territoriorum; et tenentibus illis Balsa et Stefano loca quae habent cum pertinentiis et iurisdictionibus suis omnibus, ob regalem contemplationem venire et firmare, interveniente medio suae maiestatis, cum praedictis bonam treuguam, duraturam per illud tempus, de quo remanebimus in concordio.

Ниже подъ 25 Maii, слѣдуе о истомъ предмету ово:

Cum data fuerit responsio illi nuncio illustris domini r e g i s J a c o b i, H u n g a r i a e, J e r u s a l e m i et S i c i l i a e, qualiter sumus contenti, tenentibus et habentibus nobis loca quae habemus cum territoriis jurisdictionibus et pertinentiis omnibus, locorum et territoriorum partium S c u t a r i, et tenentibus B a l s a et S t e f a n o B a l s a e loca quae habent cum pertinentiis et iurisdictionibus suis omnibus, ob regalem contemplacionem venire et firmare, interveniente medio suae maiestatis, cum praedictis bonam treuguam, iuxta continentiam partis captae, et dictus nuncius dixerit, habere in mandatis ab illustri domino suo rege, eundi ad dictos Balsam et Stefanum, et quesiverit quod sit in illis partibus prima nomine nostri dominii, ut contentantibus illis firmetur dicta treugua; Vadit pars quod mittatur comiti et capitaneo nostro S c u t a r i pars pridie capta in hoc consilio, cui auctoritate huius consilii detur libertas,

firmandi dictam treuguam per unum annum, et veniendo ad dictam treuguam debeat dictus comes et capitaneus Scutari procurare, de habendo satisfactionem bonorum mercatorum nostrorum danizatorum. Et si facta omni experientia illam habere non posset, debeat poni facere, quod reserventur mercatoribus nostris jura sua contra praedictum Balsam, ut per eius litteras scripsit, prout est iustum; et mittatur ipsi nostro comiti et capitaneo Scutari sindicatus opportunus in forma sufficienti.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII ch. 157.

CCCXI. 1420. 27. Junii.

Наставленѣ дато генералъ капетану Кулфа, о продуженю рата противъ Балше. (Скраћено).

Quia obtinuimus civitatem Tragurii, et est spes brevi acquirendi civitatem Spalati, ideo vadit pars: mandetur capitaneo nostro generali Culphi, quid habeat agere cum exercitu nostro . . . . obtenta civitate Spalati, et dimissis Dalmatinis, qui venerunt ad exercitum nostrum, domum, debeatis ire ad civitatem Scutari, et habito colloquio cum civitate Catari de modis servandis contra Balsam, et ordinare, ut gentes suas educant ad exeundum contra Balsam; . . . . . accipere a capitaneo et comite Scutari omnem informationem de conditioni-

bus illarum partium, et de terminis in quibus se reperit cum Balsa, dicendo eidem, quod si non conclusisset treuguam cum dicto Balsa, illam nullo modo concludat, et si illam iam conclusisset, volumus, quod ipsam nullo modo servare debeatis; .... et differendo in flumine Boione quantum minus poteritis, pro sanitate vestra et zurmarum nostrarum, — debeatis attendere ad damna opressionem et ruinam dicti Balsae, terrarum locorum et subditorum suorum, per omnes modos et vias vobis possibiles ..... principiando ab illis locis dicti Balsae, quae vobis videbuntur facilius posse debellari et capi ..

Verum si Balsa vellet venire ad pacem nobiscum et restituere Drivastum et totum quod occupasset, ... potestis condescendere secum ad pacem ..... in qua includere debeatis civitatem Catari, tamquam subditos nostros.

Ceterum si Alexius et Georgius Juras barones Xentae, vellent esse contra Balsam, sumus contenti, quod veniente castro Bude ad manus nostras, illud eis consignare debeatis, remanentibus salinis nostro dominio, et habentibus Catarinis possessiones suas, quas habent in districtu Bude.

.... Cum comite Johanne de Citines, erimus contenti venire ad treuguas, et habere eum pro bono amico, non obstantibus

modis per eum servatis contra gentes nostras.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 163.

CCCXII. 1420. 8. Julii.

Одговоръ посланицима града Сплѣта, молећегъ да га Млетци приме подъ свою заштиту и управу. (Скраћено.)

Ambassatoribus Spalati respondeatur: quod sumus contenti acceptare sub gubernatione et protectione nostra dictam comunitatem Spalati, et eidem ratificare, aprobare et confirmare responsiones capitulis suis factas per nostrum capitaneum, prout petierunt, et de predictis faciemus eisdem nostrum privilegium, sicut devote suplicaverunt.

(Privilegium hoc quere in Comemoriali XI. ch. 41).

Secr. Cons. Rogator. Lib. VII. ch. 166.

CCCXIII. 1420. 13. Augusti.

Налаже се генералъ капетану Кулфа, да преда Будву Юрашима, ако ю освоїи и безъ ньіове помоћи.

Scribatur capitaneo generali Culfi, quia cum fratribus Georgio et Alexio Juras nulla facta est adhuc conventio, quodsi castrum Budve etiam sine illorum auxilio fuerit aquisitum, si tamen solemni instrumento promiserint, velle se esse contra Balsam, detur eis castrum Budve, sub conditionibus iam dictis.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 173.

CCCXIV. 1420. 6. Septembris.

Наставлеnѣ за капетана Кулфа, о поступаню противъ Балше и Коіе, и о условима, подъ коима бы се могао помирити съ Балшомъ. (Скраћено.)

Respondeatur capitaneo nostro Culphi: intelleximus praticas per vos et comitem Scutari habitas cum illis dominis de inde, qui videntur esse dispositi, velle servire nostro dominio contra Balsam et Coiam, quorum aliqui iam sunt concordati, respondemus . . . . damus vobis libertatem dividere inter istos dominos, speciatim Juannem Castrioti, illam provisionem, quam dabamus annuatim Balsae; . . . . si vero videritis necessarium fore venire ad pacem cum Balsa, declaramus vobis nostrae intentionis esse, si possibile est, videre totalem ruinam et destructionem Balsae; . . . . quando autem iudicaveritis, utilius fore ad pacem condescendere cum Balsa, damus vobis libertatem ad hoc, cum hac forma: videlicet, quod restituat nostro dominio civitatem Drivasti cum pertinentiis suis et illud quod tenet comitatus Scutari, et quod remaneat nostro dominio castrum Bude cum salinis et contrata Lostize, et quod cum terra nostra Catari et Catarinis nullo modo debeat se impedire, nec ab illis aliquid petere, et quod nullam provisionem habeat a nostro dominio. — Si vero Balsa sine provisione nollet

condescendere ad pacem, sumus contenti; quod dictam provisionem ei promittatis, non obstantibus provisionibus per vos promissis aliis dominis circumstantibus, quas volumus esse firmas. —

Si vero, reductis vel non reductis dominis circumvicinis ad obedientiam nostram, videritis, non posse nos habere pacem cum Balsa, neque intentionem nostram contra eum, tunc procuretis civitatem Scutari bene fulcire omnibus necessariis ad defensionem, gentibus equestribus et pedestribus, frumento, — ideo mittimus vobis ducatos duo millia...

Et ad custodiam navigiorum nostrorum, quae eunt ad partes Alexii et Durachii et alio, dimittere debeatis nobilem virum ser Laurentium Victuri, cum duabus galeotis, comittendo eidem, ut vigilet ad obstandum galeotis et barchis de Dulcigno, ne possint damnificare navigia nostra .... et vos cum galeis nostris et galeis grossis et gentibus restantibus debeatis venire Catarum, ad visitandum locum eum, etc. ....

Secr. Consil. Rog. Lib. VII. ch. 175.

CCCXV. 1420. 28. Novembris.

Наставлеңѣ за кнеза и капетана Скадарскогъ, о условима подъ коима бы ҫе могао погађати о миру съ Балшомъ.

Scribatur comiti et capitaneo Scutari: audivimus de pratica pacis habita cum Balsa

et Stefano, in qua contentabantur nobis restituere civitatem Drivasti cum districtu, et territoria districtus Scutari, occupata per eos, cum omnibus juribus et confiniis, stando ad gratiam de facto provisionis, — sed volebant Lustizam, et quasdam salinas alias tentas per eos in districtu Catari; — nos volentes pacem, comittimus vobis, quod possitis Balsae promittere illos ducatos mille de provisione annua; verum si omnimode vellent Lustizam et salinas, et nos nullomodo vellemus eas dare alicui, scientes, has dare annue proventus 1200 yperperas, possitis loco Lustize et salinarum promittere eis yperperas 1200 in anno; et si nec hoc sufficeret, potestis ultro promittere adhuc ducatos 200 de anno; et si non possetis convenire, et illi vellent mittere ambassatores suos ad nos, potestis facere sufferentias et dare eis salvumconductum, per tempus prout vobis videbitur.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 190.

CCCXVI. 1420. 27. Novembris.

Млетачка влада одговара (преко кнеза Скадарскогъ?) секретару войводе Босанскогъ Сандала, да ће посланике овога раде пріимити и саслушати.

Auditis et intellectis distincte et ordinate per litteras vestras destinatas nostro dominio, et cancellario nostro, his quae habuistis ob certum casum perventum ad manus vestras, a quodam nobili secretario et ambas-

siatore magnifici domini Sandali, vaivodae Bossinae, de intentione et dispositione dicti magnifici domini Sandali, comendantes de bona fidelitate et diligenti sollicitudine, virtutem et sapientiam vestram, volumus: quia consideratis considerandis, et habitis debitis cogitationibus intervenientibus circa hoc, pluribus causis rationabilibus et honestis, non possetis cum securitate personae vestrae, quam caram habemus, tractare commode dictum factum, quod dicere debeatis dicto secretario, et notificari facere ipsi magnifico domino Sandali, quod eius intentionem audivimus et intelleximus alacriter et libenter, et respondemus, quod potest mittere suos ambassiatores, de eius intentione informatos ad plenum, cum mandato et libertate in forma sufficienti et opportuna, nam inveniet nostrum dominium ad honesta et rationabilia continue benigne et gratiose dispositum. Et in quantum terminet mittere suos ambassiatores, et requireret salvum conductum pro ambassiatoribus praedictis, sumus contenti quod praesens littera nostra sit pro salvo conductu ad plenum pro dictis ambassiatoribus, quos ad nostram praesentiam duxerit destinandos.

Secr. Cons. Rog. Lib. VII. ch. 190.

CCCXVII. 1421. Indict. XIV. 10. Marcii.

Одговоръ посланицима великогъ войводе Босанскогъ Сандала, тичући се града Котора и Балше. (Скраћено).

Cum ad praesentiam nostram accesserint

ambassiatores magnifici domini Sandali, supremi vaivodae Bossinae, exponentes, praepositis salutationibus, parte eorum domini capitula . . . Vadit pars: quod respondeatur eis in hac forma. Et primo ad primum capitulum, faciens mentionem de facto Catari, cuius tenor est talis, videlicet:

Слѣдуе таліянски писано ово:

1. Чувши войвода Сандалъ, да су Млетчићи заузели нѣгову землю и градъ Которъ, иште га натрагъ као свой, као што су га они сами нѣму были признали у своимъ писмама.

2. Што му пребацую за дѣла Балшина, нека му покажу да е онъ нарушіо свою речь и обећанѣ, или у Славоніи, или у Албаніи, или и у Унгаріи; но вели, они су нѣму учинили криво; да онъ ньима ніе никакво учинѣно обећанѣ порекао, но они су нѣму безъ свакогъ узрока и повода погазили дату речь и обећанѣ, и заузели су Которъ. Пребацуете ми вели, да вамъ нисамъ помагао противъ Балше, то нисамъ быо дужанъ, нити сте ме зато молили. Ако вы велите, говори Сандалъ далѣ, да сте узели Которъ што е подъ вашомъ юрисдикціомъ, зато я незнамъ, колико има година како стое Венеціяни у Котору, но то ви добро знате, да сте вы мени пре 25 година дали писмено, где признаете мени

мое землѣ и моя места, а то писмо нисамъ я силомъ одъ васъ отео, него сте ми га добровольно дали.

Іошъ являю ови посланици одъ стране госпое Єлене, ћерке бывшегъ Вука бана, и одъ стране Анке банице, да су оне уложиле на доходакъ илити интересъ у комору одъ жита, своій 6000 дуката; а какоречене госпое садъ требаю свое новце, моле, да имъ ій пошлю Млетчићи преко овы посланика'.

На ово Сандалово писмо слѣдуе латински одговоръ овако:

Dicimus et respondemus, quod porrecta nostro dominio humillima suplicatione per ambassiatam comunitatis et civium Catari, quae continuo molestabatur per Balsam et alios, nos cognoscentes pessimam intentionem Balsae, videndo magnificentiam praedicti domini Sandali tunc sibi subvenire non posse, et quod civitas Catari submittendo se vel Balsae vel alio, accepisset coacte partitum, qui fuisset damnosus ipsi domino Sandalo et aliis nostris amicis, terminavimus, non ambitione nec faciendo rem ipsi Sandalo displicentem, sed considerantes suplicationes dictae civitatis, eam acceptare. Sed nunc quia dominus Sandalus est in bono termino possendi, et asserit praebere et ponere suum favorem contra Balsam, volumus, si nobis dederit auxilium contra Bal-

sam, dare ipsi de introitibus Catari eam utilitatem, quam inde percipiebat, antequam esset sub nostro dominio. — Ad secundam partem de ducatis VI mille, volumus dare cuique quod suum est, et cet.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 1.)

CCCXVIII. 1421 5. Aprilis.

Условія мира између Балше и Млетака. (Скраћено.)

Ambassiatoribus magnifici domini Balsae et Stefani de Balsis Zentae etc. respondeatur, quod quia capitula nobis porrecta sunt valde difformia et irrationabilia, non est visum nobis facere super ipsis particularem responsionem; sed si volunt descendere ad iusta et rationabilia, nos sumus parati praticare secum; et est captum ex nunc, quod possit concludi pax cum conditionibus a capitaneo generali Culphi Ser Petro Lauredano promissis.

1421. 7. Aprilis.

Cum nostri deputati fuerint cum ambassatoribus Balsae et Stefani de Balsis, sed isti ambassatores noluerunt audire de capitulis Ser Petri Lauredani, dicentes quod de eis nullam habeant notitiam nec mandatum; sed quod de duobus eligeremus unum: aut omnes teneant quod tenent, aut quod restitueremus illud quod accepimus dominis suis, et domini sui restituent illud, quod no-

bis acceperunt, et super hoc steterunt constantes, petentes elongationem treuguarum per tempus, quo possent ire ad dominos suos, ad reportandum intentionem nostram, vadit pars: respondere eis, quod nostra dominatio contenta est venire ad pacem cum domino Balsa et Stefano, cum his conditionibus: restituant Drivastum cum omnibus pertinentiis, dein illud quod tenent de jurisdictione Scutari, tam de subtus quam de supra; — et nos sumus contenti, dare domino Balsae provisionem ducatorum mille, et quod nobis remaneat, Budva, Lustiza et omnia quae nunc tenet nostrum dominium; et pro Lustiza et salinis sumus contenti dare illis annuae ducatos trecentos usque quadringentos. — Treuguae sumus contenti ut prolongentur adhuc per unum mensem, ut possint scribere vel ire ad suum dominum, verum declaramus, quod hoc sit nostra ultima intentio. — De latronibus possit collegium concludere, quod ei videbitur; declaretur, quod si Balsa obiret et relinqueret suum heredem Stefanum de Balsis, pacta intelligantur esse firma cum Stefano, dominante dicto Stefano terris et locis Balsae. Item debeant restituere damna nostris civibus, et scripturas et libros civium nostrorum, quos habent.

Secr. Cons. rog. Lib. VIII. ch. 4.

CCCXIX. 1421 7. Aprilis.

Одговоръ посланику краля Босанскогъ, да желе Млетчићи утврдити и съ ньимъ добро пріятельство и саюзъ, кои су имали са нѣговимъ предцима.

Cum comparuerit ad praesentiam nostri dominii unus ambassiator serenissimi domini regis Bossinae, et ex parte dicti domini sui, post amicabiles et fraternas oblationes et salutationes exposuerit, quod dictus dominus sequens vestigia patris sui, domini regis Ostoie, dispositus est esse bonus frater et amicus nostri dominii, et velle cum nostro dominio habere illa pacta et conventiones, quas et quae habuit quondam pater suus, et alias, sicut lectum et declaratum est isti consilio, dictus quondam pater suus multas immunitates et exemptiones fecerit mercatoribus et civibus nostris, sicut in eius privilegio apparet, et talia non possint redundare nisi ad utilitatem et commodum nostri dominii et mercatorum ac civium nostrorum; vadit pars: quod respondeatur dicto ambassatori, quod audivimus et intelleximus, ea quae nobis reportavit de bona intentione serenissimi domini regis Bossinae, domini sui, volentis et intendentis esse boni amici et fratris nostri dominii; et respondemus, quod patrem dicti domini regis, domini sui, et progenitores suos, semper habuimus in bonos et caros amicos et

fratres nostri dominii; et sic intendimus habere serenissimum dominum suum, regem praedictum; et de bona amicitia et fraternitate, quam nobiscum habere intendit, suae serenitati regratiamur, dispositi cum sua serenitate bonam fraternitatem et amicitiam habere et conservare, et sumus contenti, cum dicto serenissimo domino rege habere illas conventiones, immunitates et exemptiones, quas cum suis serenissimis praedecessoribus habuimus.

Et quia per promissiones, factas per serenissimos praedecessores suos, ipsi fuerunt contenti, quod nostri mercatores possent in locis suis stare et habitare, secundum quod in suo privilegio continetur, et locus Narentae esset locus utilis et congruus, ad quem nostri mercatores se possent reducere; rogamus maiestatem suam, ut eidem placeat providere, quod locus praedictus taliter fortificetur, quod mercatores nostri illuc accedentes, possint cum eorum securitate, cum suis mercationibus mercari et conversari; et quia intelleximus, quod in dicto loco Narentae, bona quantitas salis expeditur, si dicto serenissimo domino regi placebit, providebimus, quod de dicto sale habebit copiam opportunam et necessariam, per illos modos et conditiones, qui erunt cum utilitate et comodo suae serenitatis.

Verum quia idem serenissimus dominus rex, etiam nobis exponi fecit, quod libenter haberet bonam ligam et unionem cum nostro dominio, dicto ambassiatori respondeatur, quod considerata benivolentia et intrinseca caritate, quas semper habuimus cum progenitoribus et praedecessoribus suis, quam etiam cum eo conservare intendimus, semper sua serenitas inveniet nostrum dominium dispositum, venire ad illam ligam et unionem, quae sit utilis et bona pro sua serenitate et nostro dominio.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 4.

CCCXX. 1421. 21. Aprilis.

Одговоръ посланицима обштине Которске на многа предложеня, тичућа се Сандала, мира са Балшомъ, и други.

Quod ambassiatoribus comunitatis nostrae Catari, ad capitula per eos porrecta, respondeatur in hac forma:

Et primo ad primum capitulum continens: In prima suplicha miser lo conte e li vostri servidori zentilomeni de Cataro, che la vostra illustrissima signoria non faza paxe ne algun concordia chon Balsa, per che in lui non e fermeza nessuna, ne stabilitade, chomo la vostra gratia le molte volte provato, et anche lui sie de la persona mal disposto et e povero, chel non ha dinaro al mondo, e da la suo zente mal obedito. E

atorno Cataro ha perso plui de mille homeni, tra aquistadi e deffati del mondo, e molti e scampati in Rassa, e quelli che eno restati, moreno de la bella fame e dogni senestro. Si che mo e el tempo a deffar lo del mondo, a procieder contra esso. Respondemus: quod sicut dicti ambassiatores Balsae fuerunt ad praesentiam nostram, cum quibus non fuimus concordes, et recesserunt cum elongatione treugue usque per totum mensem Maii proximum, et providebimus per illam viam aut pacis aut guerrae, quam videbimus et cognoscemus fore cum honore nostri dominii, et cum commodo et securitate comunitatis nostrae Catari et aliorum locorum et subditorum ac fidelium nostrorum.

Ad secundum huius tenoris: Item suplichemo che la vostra dogal signoria, per le spexe fatte per le ville e zente aquistad, le qual fo de Balsa, le qual spexe nui prometessemo a miser lo conte a pagar e satisfar de la nostra povertade, se la vostra gracia non le acceta, e quelle che segvira in honor de la vostra signoria, enele spexe dexordinarie, quando la zente fo de fuora de la citade e torna, per la qual suplichemo la vostra grazia ve piaza rezeverle in vostra raxon, respetando la nostra fedeltade e povertade. Respondemus quod sumus contenti, quod dictae expensae factae et quae fierent occasione contenta in dicto capitulo,

fiant ad expensas nostri dominii, dummodo non excedant introitus nostros C a t a r i.

Ad t e r t i u m tenoris infrascripti: Item le ville e i homeni aquistadi sorano menadi, aliquali e promesso per miser le conte, e fo de pato, che non siano rexi mai a B a l s a, mo semper restano esser servidori de la vostra signoria, suplichemo la vostra gratia, che de zo lor sia affermadi per vostro privilegio, a zo che li altri habia bon exemplo per far lo simele. R e s p o n d e m u s quod simus contenti de promissione facta per comitem nostrum hominibus in dicto capitulo contentis, et scribemus comiti nostro praedicto, quod promissa per eum hominibus B a l s a e, qui venerunt ad obedientiam nostram, debeat hominibus praedictis observare.

Ad q u a r t u m continens: Item suplichamo la vostra gratia, che ne concedati la copia de le parte prexe, che aveti de li C l e r i z i de li lor beneficii, a zo scandalo non habiamo in la nostra citade, che non vada luno contra l altro, impetrando i suo beneficii; R e s p o n d e m u s quod fiat secundum continentiam dicti capituli, et mittemus partem captam in nostris consiliis, comiti nostro C a t a r i, ut illam faciat observare.

Ad q u i n t u m tenoris huiusmodi: Item de la ville e terreni de L u s t i z a chon le suo confine e s a l i n e, fate sora el nostro te-

reno, ocupado per i tirani circavexini nostri, dadi a nui per i nostri signo ri passadi, cusi chomo apar per li privilegii, accopiadi soto bolla de S. Marcho, produti ala vostra gratia, e per la vostra dogal signoria a nui per vostro scrito confermadi, e per ho suplichemo la vostra signoria, che la se degna a farne de zo privilegio, che le ditte ville e tereni e saline, nui vostri servidori, le partemo per mu odo, che zaschun cognoscha la suo parte, chomo avanti fo; e lo sal che sera sal de le dite saline, che la signoria lo toia per un priexio convignevele. Respondemus: quod sumus contenti dictae comunitati confirmare Lostizam cum suis territoriis, prout pervenit ad manus nostri dominii, et quod territoria et saline, perveniant in illos, quibus de jure pertinent, tam civibus quam comunitati Catari; volumus tamen, quod omnes teneantur et debeant salem suum, quem ex dictis salinis habebunt, dare nostro dominio, pro illo precio, quo accipitur alius sal in dohana Catari.

Ad sextum huius continentiae: Item suplichemo la vostra gratia, chomo el castello de Budua, a nui fu dato in gvardia per miser Piero Loredan, el qual nui gvardassemo e gvardemo fina al di presente, che a la vostra grazia piaza de concrederlo a nui vostri servidori, per vostro privilegio, chon i suo confini, per che le a i nostri con-

fini, et e clave de tutti i nostri terreni, per che se in man de altri vignisse, mai el nostro contrado non averia reposso. Respondemus: quod sumus contenti et placet nobis, quod castrum Budvae cum pertinentiis et confinibus suis, remaneat sub comunitate nostra Catari, quae comunitas illud debeat custodire et sub bona custodia tenere.

Ad septimum continens: Suplichemo che la vostra dogal signoria, a proveder per i nostri zentilhomeni, i qual sono inprixonati a vaivoda Sandali, et inferadi per le mane e per i piedi, per si fato muodo, che li povereti siano liberi, lo meio che a la vostra signoria par, per che se per dio e per la vostra gratia non serano liberi, eli fara la lor fin la. Respondemus, quod sumus contenti scribere dicto Sandali in bona et sufficienti forma, pro liberatione dictorum suorum civium, et pro eorum liberatione locuti fuimus cum ambassiatoribus Sandali et cum ambassiatoribus domini regis Bossinae, qui fuerunt ad praesentiam nostram, eos instanter rogantes, ut penes dominos suos procurarent et sollicitarent liberationem dictorum civium.

Ad octavum continens: Suplichemo la vostra gratia, per che in questa parte se fa plui guerra chon denari e chon panni, che con zente, e per lo ve piaza mandar in man de miser lo conte, zinquecento ducati de pan-

ni e zinquezento de denari, chon i qual possamo contaminar la zente de Balsa, e redurli sotto obedientia de la vostra dogal signoria, che speremo in dio e in la ventura de la vostra signoria, che plui utele faremo chon questi mille ducati, che chon otto millia in zente d' arme. Respondemus: quod sumus contenti mittere dictos ducatos mille in denariis et pannis prout petunt, sed non expedit, quod ob hanc causam morentur hic, sed possunt ire in bona gratia, quia ante complementum treuguarum providebimus, quod denarios praedictos et pannos habebunt in Çataro, quia intentio nostra est, quod si remanebimus in guerra cum dictis Balsa et Stefano, completis treuguis dicti denarii et panni expendantur, et aliter non.

Ad nonum huius tenoris: Supplichemo la vostra gratia, chel ve plaza scriver una lettera a vaivoda Radoslavo Paulovich amicabele, per lo muodo, che par a la vostra gratia, per che mostra esser amigo e de confinador nostro. Respondemus, quod iuxta requisitionem suam scribemus dicto vaivodae Rodislao, in forma amicabili et sufficienti.

Ad decimum continens: Suplichemo la vostra gratia, che a vui plaza conciederne, a trar de le vostre flumere de Albania alguna quantitade de blava al anno, tanto quanto piaze a la vostra gratia, per uxo de

la nostra citade, per i nostri denari. Respondemus, quod sumus contenti, quod possint extrahere de flumariis nostris Albaniae de anno in annum frumentum necessarium pro usu civitatis nostrae Catari, et sic scribemus rectoribus nostris Durachii et Alexii.

Ad undecimum huius continentiae: Suplichemo la vostra gratia, che a vui piaza de tratar ne nele gabelle chomo avanti eramo tractati, chomo troverete per li vostri quaderni, che non pagavemo tanto avanti, chomo pagemo adesso; Respondemus: quod libenter vellemus eis complacere, sed fecimus certas additiones datiorum, quas nostri cives solvunt, quia sunt generales in omnibus, quae secundum ordines nostros revocari non possunt.

Ad duodecimum huius tenoris: Suplichemo la vostra gratia, che el ve piaza a mandar algune arme in man de miser lo conte, zoe spade, schudi, archi e freze, a zo chel possa partir ale zente, quando el bexognasse, per che sono molti che non hano arme per povertade, quando vano ala scaramuza. Respondemus, quod quia ante eorum adventum ad praesentiam nostram, de missione dictarum rerum fueramus requisiti, certam quantitatem rerum praedictarum misimus comiti nostro Catari.

Secr. Cons. rogat. Lib. VIII. ch. 7.

CCCXXI. 1421. 13. Julii.

Одговоръ на зактеваня посланика великогъ войводе Босанскогъ Сандала.

Quod capitula porrecta per ambassatores magnifici domini Sandali, magni vaivodae Bossinae, respondeatur in hac forma:

Et primo ad tria capitula pretendentia super factis Catari, respondeatur: quod audivimus et intelleximus continentiam dictorum capitulorum, et comprehendimus, quod verba in dictis suis capitulis contenta, se extendant super factis Catari, et dicimus, quod sicut dictus magnificus dominus Sandali scit, misit ad praesentiam nostram de mense Marcii elapsi suos ambaxiatores, et sicut dictis ambassatoribus respondimus, sic respondemus ad praesens: quod ambaxiatores comunitatis Catari, venientes ad praesentiam nostram et exponentes novitates et iniurias, quas patiebartur ab inimicis nostris, supplicaverunt ut dignaremur eos acceptare sub nostro dominio, quia si eos non acceptaremus, dispositi non erant in istis terminis stare, et se submitterent quibus possent. Nos vero videntes eorum intentionem, et ne pervenirent ad manus inimicorum nostrorum, deliberavimus dictam civitatem accipere, et promisimus dictis Catarinis dictam civitatem Catari continue tenere sub protectione nostra,

quam nostram promissionem sumus dispositi penitus observare; et consideratis dubiis quae potuissent occurrere, si dictam civitatem non acceptavissemus, sua magnificentia de tali acceptatione merito debet remanere contenta, quia existente dicta terra in manibus nostris, propter amorem qui est inter suam magnificentiam et nostrum dominium, potest reputare eandem esse in manibus suis.

Ad secunda capitula, per quae petit, ut eidem concedamus Antivarum, Budvam et Zentam superiorem et cet. Respondemus: quod dicta loca acceptavimus sub protectione nostra, et comes et capitaneus noster Scutari, hominibus dictorum locorum promisit, quod eos continue tenebimus et conservabimus sub nostro dominio, quam promissionem pro honore nostro omnino intendimus observare.

Ad factum autem privilegii, quod petit ut confirmemus dicto domino Sandali terras et loca quae habet, et posessiones quas habet in Ragusio et in insulis, et quod cum persona sua possit venire Venetias et ad alia loca nostra, et similiter, quod sui possint venire et sint securi et cet. Respondemus, quod tale privilegium per eum requisitum non est necessarium, quia idem magnificus dominus Sandali est civis et nobilis civitatis nostrae Venetiarum, et potest magnifica persona sua et omnes subditi sui, ve-

nite Venetias et ad quaelibet loca nostra, quia semper videbuntur et tractabuntur tamquam nostri proprii.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 22.

CCCXXII. 1421. 9 Septembris.

Заключено да г. Яковъ Дандуло буде управитель Скадра, и да иде као Млетачки посланикъ къ Србскомъ деспоту Стефану.

Cum provisum fuerit per hoc consilium, quod nobilis vir ser Jacobus Dandulo, qui fuit comes et capitaneus Scutari, debeat esse provisor una cum nobilibus viris ser Andrea Fusculo et ser Marco Miani, provisoribus nostris ad partes illas, et quod fienda debeant terminari et fieri per maiorem partem ipsorum trium, ut in parte superinde capta continetur distincte, et dictus ser Jacobus Dandulo, ob descensum ad illas partes magnifici domini Stefani despoti Raseiae, venerit ad praesentiam nostram pro dando oretenus informationem ad plenum nostro dominio, de agendis et conditionibus de inde. Et sit penitus necessarium ipsum ser Jacobum Dandulo debere illuc reverti, tum pro faciendo ex exequendo quae ei commissa sunt, simul cum aliis nostris duobus provisoribus suprascriptis, tum etiam quia dictus ser Jacobus est de conditionibus de inde plene et sufficientissime informatus. Vadit pars: quod praecipiatur auctoritate

huius consilii dicto ser Jacobo Dandulo, quod sub poena ducatorum mille, debeat statim ad mandatum dominii redire ad illas partes, et esse cum praedictis ser Andrea Fusculo et ser Marco Miani, provisoribus nostris, ad faciendum et exequendum, quae capta et ordinata sunt per hoc consilium, iuxta formam comissionis sibi datae. Debeatque dictus ser Jacobus et alii duo nostri provisores, per maiorem partem eorum de quanto ibi fuerint, providere de reducendo Joti et Matausos et alios qui sibi videbuntur, cum nostro dominio, per illos modos, qui sibi apparebunt boni et utiles. Et cum dicti provisores fuerint expediti de sibi comissis per suam comissionem, debeat dictus ser Jacobus remanere et esse provisor in illis partibus, ad providendum circa ea, quae viderit et cognoverit fore utilia et fructuosa, pro bono et securitate status nostri, praedictorum locorum nostrorum de inde. Debeatque idem ser Jacobus esse cum salario ducatorum quinquaginta in mense et ratione mensis, et habere hic pagam quatvor mensium, ducendo secum famulos quatvor suis salario et expensis, et teneat equos quatvor dum erit in dictis partibus, suis expensis. Insuper debeat dictus ser Jacobus ire noster ambassiator ad magnificum dominum Stefanum despotum Rascie et cet.

cum illa comissione, quae sibi dabitur per hoc consilium.

Die eodem.

Quod auctoritate huius consilii possit scribi supracomitto nostro galee de Creta, existenti in partibus Sclavaniae, quod debeat conducere nobilem virum ser Jacobum Dandulo ad partes Albaniae, et facere et exequi ac levare super ipsa galea, prout per dictum collegium sibi ordinabitur, pro istis factis locorum nostrorum Albaniae.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 28

CCCXXIII. 1421. 9. Septembris.

Одговоръ посланицима Србскогъ деспота Стефана, захтевајућегъ после смртн Балшине овога земль, као своє наслѣдство.

Cum ad praesentiam nostram accesserint duo ambassiatores magnifici domini despoti Stefani Rasciae, et praesentatis litteris credulitatis ac porrectis decentibus salutationibus et cet. dixerint parte ipsius domini habere exponere nostro dominio, qualiter praefatus dominum asserit habuisse semper bonam et singularem amicitiam cum nostro dominio, et quod loca quae olim erant Balsae, post mortem illius sibi spectant, quae loca petit ut dignemur facere sibi dari, qui ambassiatores cum sollicita instantia requirunt prestam responsionem habere. Vadit pars: quod dictis ambaxatoribus respondeatur in hac forma, videlicet:

quod auditis et intellectis expositis per eos nostro dominio parte magnifici domini sui, intimi et carissimi benivoli et optimi amici nostri dominii, dicimus apud omnes fore notissimum, qualiter inter magnificos progenitores suos, eius magnificentiam et nostrum dominium, semper viguit mutua et coniuncta dilectio sincere benivolentiae et intrinsece caritatis, quae gratia dei deinceps nedum conservabitur, sed ob veram sinceritatem optimae dispositionis utriusque partium, suscipiet continue augmentum. Ulteriusque ad suam informationem sibi volumus fore notum, quod positis et assignatis alias de amicabili et bona compositione et concordio, per condam magnificum dominum Georgium Stracimiri, in manibus et potestate nostra locis Scutari, Drivasti, Dagni et Sati cum juribus et pertinentiis suis, Balsa, mortuo dicto magnifico domino Georgio, nolens servare et facere quae debebat, ymo procurans totum oppositum, intulit quam plures et infinitas novitates et damna dictis locis et subditis nostris de inde, in tantum quod demum ad guerram nostrum dominium provocavit. Unde nos positis gentibus et exercitu nostro in illis partibus, facientes provisiones congruas ut moris est in talibus opportunitatibus, accepimus euntibus dictis nostris gentibus contra eum et loca sua, de potestate sua, certe non ambitione dominii, sed sic

gratia dei cum iusticia nostra succedente fortuna, et acquisivimus in ipsa guerra loca omnia quae possidebat, iuste et iuridice. Et postea interveniente medio et interpositione magnifici domini Sandali, et ad preces et promisiones per eum porrectas nostro dominio, nos perseverantes in nostra consveta et bona dispositione, ipsa loca per nostrum dominium aquisita, et de eius manibus cum bona et iusta guerra accepta, dedimus nostra liberalitate ipsi Balsae, qui fidelitatem et pacem per eum promissam nostro dominio servare debebat, et in quantum contrafaceret, promiserat idem magnificus dominus Sandalus et tenebatur facere nobis restitui loca praedicta, compellens ipsum Balsam cum suo auxilio et favore, et ad eius destructionem persequens. Quibus omnibus non obstantibus et in totum neglectis, ipse Balsa immemor beneficii accepti, addens mala malis, incepit iterum continuis infestationibus atque damnis, loca mercatores et subditos nostros illarum partium molestare, et de illis capere, cum evidentissimo periculo eversionis status nostri ipsorum locorum nostrorum de inde. Ob quod ad guerram nos iterum provocavit. Vnde providimus adversus eum et loca quae tenebat, nostrum exercitum destinare. Et per capitaneum nostrum Culphi fuit recuperatus locus noster Budvae, et sic pendentibus terminis ipsius gverrae, suc-

cessive de inde alia loca quae tenebat, iuste et de bona gverra acquisivimus et tenemus; tamen habita consideratione ad veram et mutuam benivolentiam, existentem inter nostrum dominium et dictum magnificum dominum despotum, cui certe sincere afficimur, disponimus ad eius praesentiam nostram ambassiatam statim destinare, relaturam eidem bene plenarie nostram bonam intentionem et amicabilem dispositionem, per quam aperte videbit, nos esse dispositos perseverare in antiqua et consveta bona benivolentia.

Secr. Cons., Rog. Lib. VIII. ch. 29.

CCCXXIV. 1421. 11. Septembris.

Додатакъ къ одговору датомъ посланицима Србскогъ деспота Стефана.

Quod facta responsione ambaxatoribus magnifici domini despoti Stefani Rascie et cet. dicatur in fine in hunc modum, videlicet: Et licet divulgetur magnificum dominum suum, cum gentibus suis intulisse damna territoriis et subditis nostris de inde, tamen id non possumus credere ullo modo, habito respectu ad antiquam amicitiam, quam habuimus semper cum magnificis progenitoribus suis et cum eius magnificentia, et etiam consideratis his, quae dicti ambaxiatores, parte dicti domini nostro dominio, exposuerunt et retulerunt.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 29.

CCCXXV. 1421. 9. Septembris.

Пуномоћіе и налогъ Млетачкомъ посланику Якову Дандулу, идућемъ къ Србскомъ деспоту Стефану.

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Jacobo Dandulo, dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato ire debeas ad praesentiam magnifici domini despoti Stefani Rascie et cet. cui praesentatis nostris litteris credulitatis tibi exhibitis, et porrectis salutationibus et oblationibus congrius, cum verbis pertinentibus, debeas suae magnificentiae exponere nostri parte, quod sicut diximus egregiis oratoribus suae magnificentiae, quos nunc ad praesentiam nostram destinavit, habes referre sibi viva voce, apud omnes fore notissimum, qualiter inter magnificos progenitores suos etc . . . . (Далѣ слѣдуе све као што е у одговору датомъ посланицима Деспотовим, истогъ дана, до:) Et sic pendentibus terminis ipsius gverrae, successive de inde alia loca quae tenebat, iuste et de bona gverra acquisivimus et tenemus; et ad supplicationem nobis porrectam per cives et fideles nostros dictorum locorum; quae, ut profertur alias, posueramus et dederamus ipsi Balsae, promisimus non alienare loca praedicta, sed illa sub gubernatione nostri dominii tenere et perpetuis temporibus conservare, et hoc pro votivo contentamento menti-

um dictorum nostrorum fidelium, cum sacramento firmavimus, quod certe fecimus inclinati supplicationi dictorum nostrorum fidelium, et non pro ambitione dominii, nec pro utilitate dictorum locorum, prout ex suprascriptis et aliis debitis considerationibus suae magnificentiae potest constare clarissime. Nec meditabamur habitis debitis considerationibus ad praemissa, et posito diligenti respectu ad excessivas expensas, quas fecimus pro dictis locis, magnificentiam suam debere dicere quidcunque super inde, ponendo praesertim diligentiam ad ea, quae possent ei fieri per nostrum dominium, et ad tenuem conditionem dictorum locorum, quae est valde parva. Et propterea consideratis considerandis, magnificentiam suam, cui certe sincere afficimur, et quae cum vera informatione quorumcunque videt iustissimam causam nostram, affectuose rogamus, quatenus praeposita antiqua et consveta amicabili benivolentia, solita semper ut perfertur esse inter eius magnificos progenitores, suam magnificentiam et nostrum dominium, placeat non equiparare ipsam mutuam dilectionem inter partes existentem, parvitati considerationis dictorum locorum, et suscipere consideratis suprascriptis et aliis pluribus, quae veniunt consideranda, hanc nostram responsionem pro accepta et bene grata, ut intimus et optimus amicus et benivolus nostri domi-

nii, ut in sua magnificentia late confidimus. Nam nostri firmi propositi est, cum ipsa magnificentia sua in vera et sincera dilectione ipsius antique et intrinsece caritatis, nedum perseverare, sed illam continue augere.

Suprascriptam vero comissionem exequi debeas, in quantum dictus magnificus despotus Stefanus Rascie etcet esset prope confinia nostra per quatvor dietas; et si esset in longioribus partibus, debeas ei scribere, qualiter habes in mandatis eundi ad praesentiam suam, significando eidem, quod cum fuerit in loco habili, ad quem possis commode accedere, ibis ad eius praesentiam, ad exequendum mandata nostra, et ita facere debeas, ut est dictum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 29.

CCCXXVI. 1421, 10 Septembris.

Наставленѣ за Млетачкогъ управителя Скадра и посланика Якова Дандуло, идуђегъ къ Србскомъ деспоту Стефану.

Nos Thomas Mocenigo, dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili viro Jacobo Dandulo, dilecto civi et fideli nostro, quod in bona gratia ire debeas provisor ad partes Scutari, Drivasti, Dulcigni et Antivari, et expeditis negotiis comissis nobilibus viris Andreae Fusculo et Marco Miani, quos in nostros provisores ad dictas partes misimus, et etiam comissis tibi, sicut in comissione dictorum pro-

visorum continetur, et similiter missis ad executionem ea, quae tibi comittimus per unam aliam comissionem nostram, super factis magnifici domini despoti Rascie etc. debeas remanere provisor in partibus de inde, et regulare et gubernare gentes nostras de inde, equestres et pedestres, et cum dictis gentibus vigilare ad securitatem custodiam et defensionem terrarum et locorum nostrorum, extra civitates, sicut fuerit necessarium; nam intentionis nostrae est, quod rectores nostri dictarum terrarum, ministrent ius et iustitiam civibus et habitatoribus terrarum et locorum praedictorum, secundum quod a nobis habent in mandatis, de quibus non debeas te impedire. De his autem, quae spectarent ad custodiam terrarum et locorum nostrorum, debeas simul cum rectoribus locorum facere illas provisiones, quae dictis rectoribus et tibi videbuntur necessariae; volumus etiam, quod vigiles et sollicites ad reducendum illos nobiles de inde ad obedientiam et benivolentiam nostri dominii, vivendo cum eis pacifice et quiete, pro bono et pacifico locorum nostrorum praedictorum.

Verum si ante accessum tuum vel postquam de inde fueris, dominus despotus Rasciae aliqua damna dedisset vel daret subditis et fidelibus nostris dictarum partium, debeas cum gentibus nostris attendere ad custodiam passuum, et vigillare ad defen-

sionem et custodiam terrarum et locorum nostrorum, sicut videbis necessarium fore, procurando semper vivere cum dicto domino d e s p o t o, quantum tibi erit possibile, pacifice et quiete.

Insuper quia divulgatur, quod gentes domini d e s p o t i R a s c i a e praedicti, discurrerunt territoria nostra de inde; volumus quod si in applicatione tua in partibus de inde, invenires gentes domini despoti praedicti, non discurisse territoria nostra nec damnum aliquod fecisse, volumus quod vadas ad praesentiam dicti domini despoti, ad exponendum comissionem nostram tibi datam, prout in dicta commissione continetur. Quando autem in applicatione tua invenires gentes dicti domini despoti discurisse vel discurrere territoria nostra, debeas cum gentibus nostris attendere ad defensionem et custodiam terrarum et locorum nostrorum, et facere illas provisiones, quae erunt necessariae, pro securitate locorum praedictorum et passuum. Et volumus tamen etiam in dicto casu, quod procures habere salvosconductus necessarios, et ad praesentiam suam ire debeas, cum nostris litteris credulitatis, cui facta amicabili et fraterna salutatione, debeas suae magnificentiae dicere et exponere, quod fuerunt ad praesentiam nostram sui ambassiatores, quos libenter vidimus et diligenter intelleximus omnia, quae nobis exposuerunt. Et

considerantes antiquam amicitiam et fraternitatem, quam semper habuimus cum magnificis progenitoribus suis, magnam admirationem habuimus et habemus, et certe cum maxima displicentia intelleximus, quod gentes suae venerunt ad damna et offensiones terrarum et locorum nostrorum; et interim miserint ad praesentiam nostram ambassiatores suos. Et scit magnificentia sua, quod nullam causam eidem praebuimus inimicandi nostro dominio, et gentes suas mittendi ad damna nostra; ymo semper fuimus cordiales amici progenitorum suorum et magnificentiae suae, subiungendo, quod loca quae fuerunt condam Balsae, quae ad manus nostras pervenerunt, non accepimus voluntariae nec gratia ambitionis maioris dominii, sed coacti propter gverram, quam dictus Balsa fecit nostro dominio, contra fidem et promissiones suas, declarando suae magnificentiae super hoc illos modos et rationes, quae in alia comissione nostra tibi data continentur, et rogabis dictum magnificum dominum despotum, quod velit gentes suas a damnis nostris removere, et si aliquid ex terris vel fortiliciis nostris occupasset vel accepisset, sollicita quod illud nostro dominio restituatur, cum illis pertinentibus verbis et rationibus, quae tuae discretioni videbuntur.

Et si dictus dominus despotus tibi faceret aliquam mentionem de filiabus

dicti quondam B a l s a e, debeas respondere, quod dominatio nostra, considerata conditione dominarum praedictarum, providebit de maritando eas tempore debito, per illum modum, qui erit cum bono et commodo dominarum praedictarum, ita quod habebit merito contentari.

Et si dictus dominus despotus, pro veniendo ad compositionem cum nostro dominio, peteret et habere vellet provisionem, quam habebat Balsa a nostro dominio, et videres quod sine dicta provisione ad concordium venire non posses, damus tibi libertatem, promittendi dicto domino despoto provisionem praedictam, ad partem ad partem usque ad summam ducatorum mille, de introitibus Scutari, sicut dabantur Balsae praedicto. Et si non posses per istum modum ad concordiam et compositionem cum dicto domino despoto venire, quia ipse dominus despotus alia peteret; respondere debeas, quod super hoc nullam habes libertatem, et procura quod sufferentiae fiant inter partes per illud maius tempus, quo poteris, et interim scribas nostro dominio, omnia quae feceris et habueris, ut possimus ad omnia opportuna debite providere.

Et ut clare scias nostram intentionem, volumus, quod si dictus dominus d e s p o t u s esset in territoriis nostris cum gentibus suis, habitis suis salvis conductibus, studeas ad

praesentiam suam accedere et sequi, sicut superius tibi committimus. Si vero idem dominus despotus non esset personaliter cum gentibus suis in territoriis nostris, et gentes suae ibi essent ad damna nostra, non debeas de dictis nostris locis recedere, sed cum gentibus nostris, sis sollicitus ad custodiam et defensionem terrarum et locorum nostrorum, sicut tibi videbitur opportunum fore.

Verum quia arbitramur necessarium fore, quod quando ibis ad praesentiam dicti domini despoti, habeas unum notarium et unum trucimanum, volumus, quod quando ibis ad dictam ambassiatam, ducere debeas tecum unum notarium et unum truzimanum ad expensas nostri comunis; et scripsimus per litteras nostras comiti et capitaneo nostro Scutari, quod quando ibis ad ambassiatam praedictam, tecum mittat notarium suum.

Et quia hic divulgatur, gentes domini despoti discurrisse territoria nostra de inde, debeas in itinere tuo te informare si sic est, et si senties dictas gentes esse in territoriis nostris, volumus quod vadas Catarum, et similiter te informes de factis dictarum gentium; et si tibi et comiti nostro Catari videbitur utile fore, quod habeas societatem barcharum sive unius brigantini, pro possendo securius ire Scutarum, procura cum dicto comite, quod armentur aut barche aut brigantinus, ita quod secure possis ire; sed in-

tentio nostra est, quod primo et cum omni sollicitudine procures ire Scutarum; et si Scutarum ire non posses, debeas descendere in Dulcigno, et si in Dulcigno aliqua causa descendere non posses, debeas descendere in Antibaro, quando etiam in Antibaro descendere non posses, debeas reverti Catarum et ibi stare et scribere nostro dominio omnia quae feceris et occursa erunt, et expecta nostrum mandatum.

Debeas esse cum salario ducatorum quinquaginta in mense et ratione mensis, et habere hic pagam quatvor mensium, ducendo tecum famulos quatvor tuis salario et expensis, et teneas equos quatvor dum eris in illis partibus Albaniae, tuis expensis.

Secr. Consil. Rog. Lib. VIII. ch. 30.

CCCXXVII. 1421, 11. Septembris.

Заклучено племенима Арнаутскима Іоти и Матаузи, ако пређу на страну Млетака, дати земљѣ и села у области Млетачкой.

Quod ut possit habilius procurari et obtineri intentio nostra, in faciendo reduci Joti et Matausos et alios qui videbuntur pro bono et utili locorum nostrorum Albaniae, cum nostro dominio, comittatur nobilibus viris ser Jacobo Dandulo, ituro ad illas partes, et nobilibus viris ser Andree Fusculo et ser Marco Miani provisoribus

nostris ibidem existentibus, quod pro dicta intentione adimplenda, possint per maiorem partem eorum, dare praedictis de villis et proinis nostri dominii, per illos modos qui sibi apparebunt boni et utiles, non dando aliquod fortilicium alicui ullo modo. Et cum dictus ser Andreas Fusculo et ser Marcus Miani fuerint expediti de comissis per suam comissionem, habeant postea simul libertatem praedictam comes et capitaneus Scutari et ser Jacobus Dandulo praedictus, ut comissum erat dictis tribus provisoribus.

Secr. Cons. Rogat. Lib VIII ch. 31.

CCCXXVIII. 1421, 10. Octobris.

Наставленѣ за посланика Млетачкогъ, идуһегъ новомъ султану Турскомъ, у комъ се споминѣ ратъ деспота Стефана противъ Млетака. (Скраһено.)

Propter mortem domini Turchorum, mittatur ambassiata ad filium suum novum dominum Turchorum; comitatur hoc baiulo Constantinopolis, cum hac comissione:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. comittimus tibi Benedicto Aymo, baiulo nostro Constantinopolis, ire debeas ad presentiam domini Turchorum . . . .

. . quod nostra dominatio contenta est pacem, quae erat inter condam patrem suum et nostrum dominium, de novo confir-

mare; et quia in dicta pace est unum capitulum de terris Albaniae, in quo specificantur solum Scutarum, Drivastum et Alexium, . . . debeas instare . . quod dicatur generaliter pro terris nostris Albaniae; et si ob hoc peteretur maior quantitas denariorum . . . . . . debeas respondere, quod propter continuas guerras, quae iam multis annis fuerunt in dictis partibus, loca praedicta sunt adeo destructa et desolata, quod nullius sunt utilitatis, non contribuendo ultra, quam contineatur in capitulo praedicto . . . . .

Confirmata autem dicta pace, cum illis pertinentibus, verbis, quae tuae discretioni videbuntur, debeas dicto domino dicere, quod vigore dicti capituli, si loca nostra Albaniae per aliquem molestantur, debet ipsa defendere; et quia dominus despotus Raxiae, damnificat loca nostra praedicta, in observatione capituli dictae pacis, requirere debeas dictum dominum, quod circa hoc faciat et provideat in defensionem locorum nostrorum praedictorum, sicut videbit fore necessarium, pro honore suae excellentiae et observatione pacis pradictae.

. . . . Mittimus tibi duas litteras credulitatis in personam tuam, unam cum suprascriptione, quae dirigitur Morato-bey, quem fuimus informati ad dominium loco patris sui ascendisse, sicut ser Petrus Quirino,

vicebaiulus Constantinopolis nobis spripsit, et alteram sine suprascriptione, et hoc fecimus, quia si dictus Moratus-bey non haberet dominium etc. . . . .

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 33.

CCCXXIX. 1421. 30. Octobris.

Одговоръ Млетачкихъ управительника Албаніе и Далмаціе, у комъ ій укоравају што су уступили деспоту Србскомъ Стефану градове Дривастъ и Улцинъ, и заповедају имъ, да ако предая іошъ ніе извршена, Улцинъ никако недаю, а у место Дриваста, да му даду Будву.

Quod scribatur provisoribus nostris ad partes Dalmatiae et Albaniae, et ser Jacobo Dandulo ad dominum despotum Raxiae, in hac forma:

Recepimus litteras vestras, quas vos ser Marcus Miani, provisor noster, nostro dominio scripsistis, datas vigesimo secundo mensis elapsi, et primo mensis praesentis, quas displicenter inteleximus, tam conditionem locorum nostrorum, in qua scripsistis dicta loca nostra esse, quam etiam propter praticam per vos factam, cum domino desposto Raxiae, quam videmus esse cum onere nostri dominii, quia videmus occasione dictae praticae, vos ser Marcum et ser Andream socium vestrum, et comitem nostrum Catari, propter accessum vestrum ad civitatem Catari, pro conferendo cum eis, deliberasse

et terminasse de dando dicto despoto, civitatem nostram D u l c i g n i, sicut per litteras vestras, per vos ser Andream et ser Marcum ac ser Antonium a Bocholis nostro dominio scriptas, et datas die octavo Octobris, clare apparet; de qua vestra deliberatione admiramur, cum nullam a nobis habueritis libertatem, alienandi et terras et loca nostra; et si dubitabatis ne loca nostra pervenirent ad manus despoti praedicti, potius debebatis illa submittere fortunae, quam sine mandato nostro, cum tanto onere nostri dominii, illa alienare; et dolemus etiam et non parum, quod deliberaveritis potius dare civitatem D u l c i g n i, quam terram B u d v a e, quia bene cognoscitis differentiam existentem inter Dulcignum et Budvam. Sed multo plus dolemus, quod deliberaveritis dicto despoto dimittere civitatem nostram D r i v a s t i, considerantes quod castrum tenemus et se defendere potest, quia habet victualia ad sufficientiam et homines aptos ad defensionem. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et addicionis, fidelitati vestrae scribimus et mandamus, quatenus si non pervenissetis ad conclusionem cum dicto domino despoto, debeatis omnino instare et procurare ac sollicitare, quod idem dominus despotus nobis restituat civitatem nostram Drivasti, quia sine Drivasto civitas Scutari parum valet; insuper volumus, quod si non pervenistis ad con-

clusionem cum dicto domino despoto, et ei non dedissetis civitatem Dulcigni, illam sibi nullo modo dare debeatis; et licet intraveritis in dicta pratica, quae nobis valde displicet, et de qua nullam habebatis libertatem, tamen coacti ob dictam praticam, in casu quo aliter fieri non posset, condescendimus, quod eidem dare debeatis Buduam et non Dulcignum. Insuper vobis denotamus, quod cum praesenti galea mittimus vobis ballistarios sexaginta, sub tribus conductoribus, et duodecim sine conductoribus, quos duodecim mittere debeatis Catarum, ut ponantur in castro Catari, et alios sexaginta, si non venissetis ad aliquam conclusionem cum domino despoto, ponere debeatis ad defensionem locorum nostrorum, sicut vobis melius videbitur; et si conclusionem fecissetis, ut scripsistis, dictos ballistarios ponere debeatis in locis nostris, cassando tot alios, de insuficientioribus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 35.

CCCXXX. 1422, 4. Aprilis.

Одговоръ посланику Србског деспота Стефана, захтевајућегъ да Млетци уступе деспоту Скадаръ.

Cum ad praesentiam nostri dominii comparuerit quidam ambassiator illustris domini despoti ducis Rassiae, et propositis salutationibus et oblationibus dicen-

do, illum suum dominum semper fuisse et esse bonum amicum nostri dominii, petierit parte domini sui, quod Scutarum et alia loca quae tenemus in partibus illis, quae asserit ad se spectare et pertinere, demus eidem domino, ne causam habeat aliter providendi, bonum sit non differre, tam pro respondendo pro iustificatione nostrorum iurium, quam providendo et trahendo ab eo, utrum habeat alia referenda, ut presto veniamus ad conclusionem superinde fiendam. Vadit pars, quod dicto ambassiatori respondeatur in hac forma, videlicet: Quod auditis et intellectis expositis per eum nostro dominio parte domini sui, et magnam admirationem habemus, nam ut domino suo est manifestum, habuimus pacifice per amicabilem compositionem, quondam a magnifico domino Georgio Strazimiri, Scutarum et Drivastum, cum territoriis, jurisdictionibus et pertinentiis suis, ex habitione quorum conservavimus omnia loca illarum partium, quae nisi fuisset magna subventio nostra per tempora facta; pervenissent ex opressionibus et molestationibus illatis, ad manus Turchorum, et cum dicto domino Georgio, quem et statum suum conservavimus, ut est dictum, viximus in bona benivolentia et pace; sed Balsa postea contra fidem et promissiones suas, accepit de manibus nostris Drivastum, quem iuridice recuperavimus, et de bona

gverra alia loca de inde aquisivimus; et credebamus dictum suum dominum, cuius et progenitorum suorum fuimus semper et esse intendimus boni et intimi amici, misisse dictum ambassiatorem, ad offerendum et faciendum nostro dominio restitutionem locorum nostrorum, nobis ablatorum eius nomine, cum excusatione de tali intromissione facta, et aliis novitatibus per gentes suas illatis, et attentatis contra nostrates; et propterea perseverantes in optima et amicabili dispositione nostra, rogamus et hortamur ipsum dominum, ad standum ut perfectus amicus in bona amicitia cum nostro dominio, restituendo nobis loca dominio nostro ablata. Et circa praedicta debeant justificari et manuteneri jura nostri dominii, cum illis modis et pertinentibus verbis, quae collegio utilia videbuntur; et quia est credendum, quod dictus ambassiator porriget alia superinde, ex nunc sit captum, et auctoritate huius consilii detur libertas collegio, possendi in praedictis, quae ob considerationes fiendas requirunt praestam expeditionem, praticare cum dicto ambaxatore, sustinendo et justificando jura nostra, ut dicto collegio apparebit, non possendo quaecunque definitive facere nec concludere, sed cum habitis debeat postea veniri ad istud consilium, ubi terminabitur et fiet id, quod cognoscetur esse et pertinere ad bonum et conservationem status sui.

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 48.

CCCXXXI. 1422. 14. Aprilis.

Упутство за Млетачке комисаре, кои се погађаю са посланикомъ Србскогъ деспота Стефана.

Cum nostri deputati fuerint cum ambassiatore domini despoti ducis Rassiae, pro audiendo ea, quae dicere vellet et pro sustinendo jura nostra. Et dicti nostri deputati defenderint et sustinuerint jura nostra, et finaliter idem ambassiator dixerit, quod si nostra dominatio volebat domino suo dare Scutarum et alias terras de inde, volebat dare nostro dominio in anno ducatos duos mille et ultra in vita sua, per illum modum, qui nostro dominio placeret, et super hoc idem ambassiator fecit suam conclusionem; et bonum sit dicto ambassiatori respondere, vadit pars: quod praedicti nostri deputati ire debeant ad dictum ambassiatorem et ei respondere, quod reportaverunt nostro dominio, ea quae requisivit ex parte illustris domini sui, domini despoti, et audita requisitione sua, et his quae petit et requirit, nostra dominatio maximam admirationem habuit, quia non poterat credere, quod talem requisitionem faceret, considerans jura nostra et iusticiam nostram, et quod dicta loca iuste possidemus et pro eorum conservatione maximas expensas fecimus, sicut ample et clare dicto ambassiatori fuit declaratum; et quod dominus suus teneat pro constanti, quod

requisitioni suae dominatio nostra nullo modo condescenderet nec assentiret. Sed volente domino suo venire ad iusta et honesta, sunt certi, quod etiam nostrum dominium ab honestate non recederet. Et super hoc debeant dicti nostri deputati sustinere jura nostra, cum illis pertinentibus verbis, quae suae sapientiae videbuntur. Et si dictus ambassiator auditis dictis nostris deputatis, ulterius se elargaret de intentione domini sui, debeant dicti nostri deputati respondere, quod audiverunt ea, quae sibi placuerunt dicere, et quod reportabunt nostro dominio intentionem suam, et per nostrum dominium eidem fiet debita responsio.

Si vero dictus ambassiator audita responsione nostra suprascripta, ulterius non se elargaret, nec aliquid de intentione domini sui apperiret, debeat unus ex dictis nostris deputatis in recessu suo, non ostendens super hoc habuisse collationem cum sociis suis dicere, quod nostra dominatio maximam admirationem habebit de his quae requirit dictus ambassiator, considerans, quod per illustrem dominum suum, dum esset cum gentibus suis contra Scutarum, provisoribus nostris nec ambassiatori nostro, nunquam tales requisitiones factae fuerunt, quibus requisitionibus nullo modo condescenderemus, et ea, quae dicti deputati a dicto ambassiatore habebunt, reportare debeant isto consilio, ut

possint fieri illae provisiones, quae videbuntur necessariae.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 50.

CCCXXXII. 1422. 17. Aprilis.

Погодбе са посланикомъ Србскогъ деспота Стефана. (Скраћено.)

Deputati iterum fuerunt cum ambassiatore domini despoti Rassiae, sed ille stetit firmus in suis requisitis, . . . Vadit pars, quod iterate eant ad ipsum, si possent aliquid de eo extrahere . . . . .

Si vero dictus ambassiator nihil aliud diceret, . . . et prius semel dixit, quod nostri deputati vellent sibi declarare ea, quae essent iusta et honesta, dicant: ut dictus ambassiator videat et dominus suus cognoscere possit, quod nostra dominatio vult ostendere bonam intentionem suam, quam habet erga dominum suum et eum habere in bonum amicum, non obstantibus his, quae dici et allegari possint contra suum dominum, qui venit ad opressionem locorum nostrorum nulla causa a nostro dominio procedente, et accepit de manibus nostrorum locum Antibari, est contenta quod dictus locus Antibari remaneat domino suo sicut habet, et dictus dominus suus restituat nobis locum Drivasti; et nos sumus contenti ei dare provisionem quam dabamus condam Georgio

Strazimiri et postea Balsae, ducatos mille in anno de introitibus Scutari, sicut in compositione, quam fecimus cum dicto domino Georgio, continetur; de quibus mille ducatis poterit disponere vel pro maritando filias Balsae, vel aliter . . . et cet.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 50.

CCCXXXIII. 1422. 21. Aprilis.

Продужене погодбе са посланикомъ Србскогъ деспота Стефана. (Скраћено).

Petatur ab ambassiatore domini despoti, ut ostendat syndicatum vel libertatem concludendi pacem etc. . . . . captum, quod non.

Cum iterum fuerint deputati cum ambassiatore domini despoti Rassiae, finaliter dixit, quod postquam videbat intentionem nostri dominii esse de non dando Scutarum domino suo, dictus dominus est contentus non petere illud; sed tamen non restabit pro tempore futuro, de suplicando nostro dominio ut illud sibi demus, sed contra dictum locum Scutari nunquam aliquam novitatem faciet, sad subiunxit . . . quod locum Drivasti nunquam posset dimittere, quia promisit Drivastinis sub fide sua eos nunquam relinquere, nec restituere nostro dominio; et ob hoc remanente Drivasto et tota alia contrata domino suo, ultra Scu-

tarum, dictus dominus suus contentus est, quod sicut dabamus Georgio Strazamiri ducatos mille in anno, ita contentus est nobis dare ducatos mille in anno ..... vadit pars, deputati iterum ire debeant ad ambassiatorem et ei dicere .... quod requisitio sua non videtur nostro dominio iusta, quod licet iuste petere possimus terram Antibari ... tamen .... sumus contenti quod ea remaneat suo domino despoto, sed nobis restituat Drivastum; si vero hoc nollet — descendant, quod sumus contenti, quod retineat loca Antivari et Drivasti, pro quibus debeat nobis dare singulo anno ducatos mille, et nobis remaneant loca Dulcigni et Budvae et civitas Scutari, cum pertinentiis, illo modo, quo habuimus a condam domino Georgio Strazimiri; et si differentia esset in ducatis mille, tunc se retrahant ab his mille ducatis; — si ambassiator descendet ad has conditiones, tunc in bona gratia concludant, sed si nolet, debeant dicere quod hoc est nostra ultima et finalis intentio etc. ....

Secr. Cons. Rogator. Lib. VIII. ch. 51.

CCCXXXIV. 1422. 23. Aprilis.

Продужене погодбе са посланикомъ Србскогъ деспота Стефана. (Скраћено.)

Deputati iterum fuerunt cum ambassiatore domini despoti, — sed ille ad ul-

timas et finales conditiones nostras descendere noluit . . . dixit, quod dominus suus vellet retinere Antivarum et Drivastum cum contrata de supra Scutari, et vult aut Dulcignum aut Budvam, et ducatos mille in anno, sicut dabamus Balsae, . . . videntes deputati nostri nil aliud habere posse, dixerunt, quod illud erat ultima et finalis responsio nostra; qui ambaxator respondit, quod vellet comparere ad praesentiam nostri dominii et petere licentiam recedendi. . . Vadit pars, quod si ambassiator ad praesentiam domini ducis staret in volendo Antibári et Drivastum et contratum de supra Scutarum, et Dulcignum aut Budvam, et ducatos mille in anno; debeat serenissimus dominus dux ei dicere, quod videbatur nobis iustum et rationabile, quod ei proponi feceramus, videlicet: quod teneret Antibarum et Drivastum et daret nobis ducatos mille in anno, sed qui cum domino suo volumus bonam amicitiam habere et conservare, sumus contenti, quod ducatos mille in anno non solvat, teneat Antibarum et Drivastum cum confinibus; loca Dulcigni et Budva remaneant nostro dominio cum confinibus, civitas Scutari cum toto districtu, prout habuimus a condam domino Georgio Strazimiri; si non esset adhuc contentus, possint ei promitti ducati mille in anno de introitibus Scutari, prout dabamus Georgio Stra-

zimiri, ultra Antibarum et Drivastum, sicut superius continetur. Si vero de praticatis nihil diceret, solum peteret licentiam recedendi, tunc respondeatur, quod licentia recedendi est in arbitrio suo, et detur ei auctoritate huius consilii licentia.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 52.

CCCXXXV. 1422. 26. Aprilis.

Продужене погодбе са посланикомъ деспота Србскогъ Стефана. (Скраћено).

Cum post factam responsionem ambassatori domini despoti, nobilis vir ser Marcus Barbadico petierit licentiam, eundi ad dictum ambassatorem, . . . et dum loqueretur cum eo, de rebus illarum partium . . . . . ambassator ei dixit, quod receperat et habuerat magnum honorem a nostro dominio et quod multum erat obligatus nostro dominio, et quod libenter vellet, quod bonum concordium secutum fuisset inter nostrum domimium et dominum suum, et dolebat quod hoc restaret pro minima re, et quod libenter vellet, quod nostra dominatio mitteret unum nostrum ambassiatorem ad dominum suum, quia sperabat, quod dominus suus faceret de rebus gratis et acceptis nostro dominio, et quod prorogaretur treugua per illud tempus, quod esset rationabile et conveniens, vel donec ambassator noster iret staret et

rediret, quia habet syndicatum et libertatem ad plenum; vadit pars: respondeatur ambassiatori . . . . . sumus contenti treuguas prorogare per tempus conveniens et per modum, quo consvetum est treuguas facere, videlicet: quod qui tenent fortilitia teneant districtus, confinia et pertinentias terarum et fortiliciorum, quae tenent; et si contentus est treuguas ita prolongare, sumus contenti mittere ad praesentiam domini sui unum ambassatorem et. c. . . . . .

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 52.

CCCXXXVI. 1422. 27. Aprilis.

Продужене погодбе са посланикомъ деспота Србскогъ Стефана. (Скраћено).

Cum hodie comparuerit ad praesentiam dominii ambassiator domini despoti, et per serenissimum dominum ducem eidem fuerit dictum illud, quod captum fuit heri in isto consilio, de elongandis treuguis et de mittendo ambassatore, et dictus ambassator respondit, treuguas elongare non posse nisi per modum, quo factae fuerunt per dominum suum, et aliter non faceret pro non excedendo mandata domini sui, ... Vadit pars . . dici debeat eidem ambassatori . . . . sumus contenti elongare treuguas usque diem octavum Junii proximi, in illa forma qua factae fuerunt (per nostros provisores) . . . et

sumus contenti ad praesentiam sui domini mittere unum ambassiatorem, et si habet ad hoc libertatem, placeat facere salvum conductum nostro ambaxiatori, ... si vero non habet, noster ambassiator erit in Scutaro et ibi expectabit salvumconductum, ... in quo contineatur, quod non obstante expiratione treuguarum dictus ambassator sit salvus et securus usque reditum suum; — et ex nunc sit captum, quod mitti debeat ad praesentiam domini despoti nobilis vir ser Jacobus Dandulo . . et de comissione sua providebitur per collegium; de exemiis autem mittendis per dictum ambassatorem provideri debeat per collegium, non excedendo summam ducatorum quingentorum; et comissio et exemia mitti debeant nostro ambassatori die Sabati secunda mensis proxime futuri ad longius; et si dictus ambassator despoti petet licentiam recedendi, debeat ei licentia dari.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 53.

CCCXXXVII. 1422. 28. Aprilis.

Одговоръ посланицима великогъ войводе Босанскогъ Сандала. (Скраћено).

Quod ambassatoribus magnifici vaivodae Sandali respondeatur in hac forma: Et primo ad requisitionem quam faciunt, ut velimus domino suo vaivodae Sandali,

dare domum suam, videlicet terram Catari etc. respondemus; quod alias dum communitas Catari multum oprimeretur, quod non poterant se sustinere . . . . . suplicavit ut dignaremur eam sub nostro dominio acceptare, ne iret ad manus aliorum contra velle suum, nos . . . . deliberavimus eam acceptare . . . . et intendimus eam tenere et conservare . . . . et rogamus dictum dominum suum, quod a tali requisitione se removeat.

Ad requisitionem autem quam faciunt, ut velimus dicto domino suo dare suos denarios, quos hic posuit in deposito, respondemus, quod semper vellemus facere ea quae convenientia forent erga dictum dominum Sandali, sed sicut dictis ambassatoribus nótum est, dictus dominus suus habet captivos quatvor notabiles cives nostros Catarinos, et ipsos in carceribus tenet, quod est contra omnem humanitatem et equitatem; et propterea si dictus dominus Sandalus liberabit fideles nostros praedictos, ita quod sint in eorum libertate, et veniant Catarum, nos erimus parati dictos denarios eidem domino suo dare, veniente persona ex parte sua cum libertate ad plenum.

Alii volunt: quod ad primum respondeatur ut supra . .

Ad requisitionem autem denariorum quos petit, et quos posuit in deposito, respondeatur, quod sumus parati suo domino dictos

denarios dare, et propterea potest unus eorum hic remanere vel omnes si volunt, et nos providebimus illi vel illis, qui hic remanebunt, dictos denarios solvere, quia intentio nostra est, quod dicti denarii cum prode domino suo celeriter persolvantur.

Et debeat nostrum dominium instanter rogare ambaxatores praedictos, ut vellint apud dominum suum instare, et eundem nostri parte rogare, quod velit illos quatvor subditos nostros Catarinos, quos habet captivos, liberare.

Alii volunt: quod dictis ambassiatoribus Sandali possit fieri solutio denariorum depositatorum cum prode; Vadit pars: quod illud quod restabit de quarta quae exigitur, dari debeat dictis ambaxatoribus, solutis primo denariis, quos restat habere comes Albricus.

Secr. Cons. rogat. Lib. VIII. ch. 53.

CCCXXXVIII. 1422. 28. Aprilis.

Заключено по жельи посланика деспотовогъ, послати особитогъ Млетачкогъ посланика Србскомъ деспоту Стефану.

Cum ambassiator domini despoti Rassiae multum persvaserit nostro dominio, quod dominatio nostra prestissime providere vellit, mittere unum suum ambassiatorem ad praesentiam dicti do-

mini sui, pro concludendo et faciendo bonam pacem inter partes, et ut omnis materia guerrarum et scandalorum removeatur, ad quod pro utili bono nostrae dominationis sit necessario providendum, mittere unum nostrum ambassiatorem, qui sit informatus de jurisdictionibus et partibus Albaniae, et practicus in dictis partibus, Vadit pars: quod collegium domini et consiliariorum, capitum de XL et sapientum consilii, terrarum aquisitarum de novo, et ordinum, habeat libertatem elligendi unum ambassiatorem, sicut dicto collegio videbitur, aptum ad hanc rem; considerato quod erit magis acceptus dicto domino despoto, quod de hinc mittatur noster ambassiator, et etiam attento, quod prestissime expedietur de hinc. Dictus autem ambassiator ducat secum tres famulos et unum notarium cum uno famulo, et unum truzimanum, quem accipiat Scutari; et possit expendere in mari ducatos duos et in terra ducatos tres singulo die, non computatis agoziis equorum et nabulis navigiorum; habeatque pro ista ambassiata ducatos centum de pecunia nostri communis; de comissione autem sua per hoc consilium providebitur ante eius recessum, sicut melius videbitur fiendum. Remanente propter novitates quae esse possent in dictis partibus, nobile viro ser Jacobo Dandulo provisore Scutari, prout ad praesens est, ac donis fiendis dicto

domino despoto remanentibus firmis debere praesentari, sicut heri captum fuit, quae dona portari debeant praesentanda per ambassatorem, qui elligetur per dictum collegium. Electus ambassiator: ser Marcus Barbadico maior.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 54.

CCCXXXIX. 1422. 16. Maii.

Наставленѣ за Млетачкогъ посланика Марка Барбадико, кои иде къ Србскомъ деспоту Стефану.

Comissio nobilis viri ser Marci Barbadico, ambassiatoris ad partes Albaniae:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etcet. Comitimus tibi nobili viro Marco Barbadico dilecto civi et fideli nostro; quod de nostro mandato ire debeas noster honorabilis ambassiator, ad praesentiam illustris et excelsi domini Stephani, ducis Rassiae; cui praesentatis nostris litteris credulitatis, quas tibi fecimus exhiberi, et facta suae excellentiae fraterna et amicabili salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus et necessariis, prout honori suo et nostro videbis convenire, debeas dicere et exponere: quod sicut excellentiae suae notum est, inter illustres progenitores suos et nostrum dominium bona et singularis amicitia semper fuit,

quam ex parte nostra procuravimus amicabiliter conservare. Sed considerantes novitates et oppressiones, quas sua excellentia contra loca et subditos nostros partium Albaniae attentavit et fecit, non parum condoluimus et dolemus, cognoscentes a nostro dominio nullam causam procesisse, ob quam deberet ad tales novitates et actus procedere; et speravimus quod per missionem sui ambassiatoris, quem ad praesentiam nostram destinavit, omnes praedictae novitates et disensiones reformari deberent. Sed defectu libertatis, quam ad ea quae proposuimus dicto ambassiatori dixit non habere, non potuimus ad pacem et concordium secum venire, sicut sumus certissimi suam excellentiam a dicto suo ambassiatore fuisse informatam. Et propterea deliberavimus ad praesentiam suam te mittere in nostrum ambassiatorem, ut pro bona conservatione pacis et amicitiae inter partes, differentiis existentibus inter suam excellentiam et nos finis bonus et pacificus imponi possit. Et licet certi reddamur, quod ambassiator suus suae excellentiae dixerit et declaraverit intentionem nostram ad ea quae condescenderamus, tamen cognoscentes illa esse cum onere nostro, sed volentes ex parte nostra illam benivolentiam, fraternitatem et amicitiam, quam continue per elapsum, cum sius progenitoribus habuimus, etiam secum habere, et per futura

tempora augere, sumus parati ad bonam conclusionem et pacem cum sua excellentia venire per illos modos, quos suo ambassiatori diximus et declaravimus; videlicet quod dictus dominus teneat loca Drivasti et Antibari cum confinibus suis, et solvat nostro dominio singulo anno ducatos mille; et quod nostra dominatio teneat et possideat loca Dulcigni et Bude cum pertinentiis et districtibus suis, et civitatem Scutari cum districtu et pertinentiis suis, et per illum modum, quo dictam civitatem habuimus a quondam domino Georgio Strazimiri; et copiam compositionis, quam fecimus cum dicto Georgio, tibi dari fecimus pro tua informatione. Et ad obtinendum hoc debeas stare firmus et constans, utendo illis modis verbis et rationibus, quae tuae sapientiae utiles et necessarie videbuntur.

Et si facta parte tua omnia instantia possibili et perseverantia debita, in obtinendo suprascriptam nostram intentionem, illam obtinere non posses, damus tibi libertatem retrahendi te a requisitione solutionis dictorum ducatorum mille, per dictum dominum solvendorum nostro dominio, sed solum remaneat Drivastum et Antibarum cum confinibus suis, et nihil solvat nostro dominio, et nos teneamus Budvam et Dulcignum et Scutarum cum pertinentiis et confinibus suis, secundum quod in capitulo continetur.

Quando autem ad concordium et pacem cum dicto domino duce Rassiae venire non posses, et facta per te omni instantia possibili videres, non posse nostram intentionem obtinere, damus tibi libertatem possendi pomittere dicto domino ducatos mille in anno de introitibus Scutari, prout dabamus condam Georgio Strazimiri, tenente dicto domino duce Drivastum et Antibarum cum confinibus suis, et nostro dominio Buduam et Dulcinium cum confinibus suis et pertinentiis, et civitatem Scutari cum districtu et confinibus suis, et per illum modum, quo dictam civitatem habuimus a condam domino Georgio Strazimiri, ut superius continetur. Et si per aliquem modorum suprascriptorum poteris concludere, in bona gratia concludas.

Si vero ocurrisset. quod loca D r i v a s t i et A n t i b a r i vel aliquod eorum pervenisset ad manus nostras, vel perveniret antequam pervenires ad aliquam conclusionem cum dicto domino d u c e R a s s i a e, debeas instare et procurare, quod dicta loca remaneant nostro dominio, cum districtibus et pertinentiis suis, et circa hoc debeas facere posse tuum; et quando hoc obtinere non posses, damus tibi libertatem promittendi pro loco Drivasti singulo anno ducatos sexcentos, ultra dictos ducatos mille; et pro loco Antibari ducatos quadringentos. Et si hoc obtinere non posses, quia dictus dominus vellet dicta loca sibi re-

stitui; si per rectores nostros non fuisset facta promissio illis dictorum locorum, de non restituendo dicta loca dicto domino duci, ut ob hoc non restet conclusio pacis aut concordii, sumus contenti, quod dicta loca Drivasti et Antibari restituere debeas. Si vero rectores nostri promisissent illis dictorum locorum, de non restituendo illa dicto domino duci, dicta loca eidem non debeas restituere, sed procura quod nobis remaneant cum solutione dictorum denariorum, ut superius continetur.

Si vero per aliquem modorum suprascriptorum ad concordium et pacem cum dicto domino duce Rassiae venire non posses, volumus quod cum illis dextris modis et sapientibus verbis, quae tibi necessaria videbuntur, debeas venire ad praticam secum super facto treuguarum. Et damus tibi libertatem veniendi ad treuguas cum dicto domino duce per illud maius tempus quo poteris; quas treuguas debeas facere in hunc modum, videlicet, quod illi qui tenent fortilitia, teneant confinia et pertinentias terrarum et fortiliciorum quae tenent, et aliter dictas treuguas non debeas facere et concludere.

Et si dictus dominus dux Raxiae ad dictas treuguas per modum suprascriptum condescendere nollet, debeas dicto domino duci dicere, quod nostra dominatio, pro conservando bonam amicitiam et fraternitatem

cum sua excellentia, condescenderat ad ea, quae suae excellentiae proposuisti, quamvis cognosceremus et cognoscamus, illa esse cum onere nostro, et quod tu non habes aliud in mandatis a nostro dominio, et non possendo aliter facere tu recedes. Et in casu quo recederes, debeas dicto domino duci dicere, quod dolemus quod ad pacem secum non venerimus, et nostra dominatio se posuerat ad ea, quae erant cum onere nostro, et hoc solum feceramus pro conservando secum illam bonam fraternitatem et amicitiam, quam per elapsum habuimus cum progenitoribus suis et secum. Et nos gravat quia erimus astricti facere illas provisiones, quae videbuntur necessariae pro conservatione honoris et status nostri. Et expositis praedictis et accepta licentia a dicto domino, debeas redire Scutarum, et informare comitem et capitaneum ac provisorem Scutari de terminis, in quibus remanseris cum domino duce Rassiae praedicto. Et data informatione praedictis rectoribus Scutari, de omnibus per te secutis, debeas redire Venetias, de omnibus novis et conditionibus de inde plene informatus.

Fecimus etiam tibi dari litteras credentiales in personam magnifici domini Georgii, quondam domini Volchi, et volumus quod si dictus dominus Georgius erit apud dictum dominum ducem Raxiae, eidem facta salutatione et oblatione

cum verbis pertinentibus, debeas exponere causam tui accessus ad praesentiam dicti domini ducis Raxiae, et eundem rogare, ut velit esse propituis apud dictum dominum ducem, quod possis intentionem nostram obtinere.

Insuper fecimus tibi dari certa exenia, portanda dicto domino duci Rassiae, et volumus quod quando ibis ad praesentiam dicti domini ducis, debeas dicta exenia presentare. Verum si ibi erit dominus Georgius domini Volchi, relinquimus in libertate tua, praesentandi dicto domino Georgio unam petiam veluti non aureati, et si tibi non videbitur de praesentando dictam petiam veluti dicto domino Georgio, omnia dicta exenia debeas dicto domino duci praesentare.

Et ex nunc captum sit, quod copia praesentis comissionis mittatur rectoribus nostris Scutari, et detur eis libertas, quod si dictus ser Marcus recederet in discordia, et post recessum dicti ser Marci venirent ad aliquam praticam pacis vel treugue cum dicto domino duce Raxiae, possint pacem vel treuguas concludere secundum continentiam dictae comissionis. Et si casus daret, quod dicta pratica fieret alibi quam in Scutaro, vel quod esset necesse quod unus eorum iret ad dictum dominum Raxiae, ordinetur quod ser Jacobus Dandulo ire debeat, et comes et capitaneus remaneat ad custodiam Scutari.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 55

CCCXL. 1422. 26. Maii.

Наставленѣ за Іована Ђеорђіо, Млетачкогъ посланика, кои иде къ Босанскомъ кралю.

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili viro Johanni Georgio, dilecto civi et fideli nostro, quod ire debeas noster honorabilis ambassiator cum nostris litteris credulitatis, ad praesentiam serenissimi domini regis Bossinae, cui praesentatis nostris litteris credulitatis et facta fraterna et amicabili salutatione et oblatione, cum verbis pertinentibus et necessariis, prout honori suo et nostro videbis convenire, debeas suae serenitati dicere et exponere, quod nostra dominatio, audiens felices successus suos, et creationem suam ad regnum, cordialem consolationem et letitiam habuit et habet, propter singularem amorem et intrinsecam amicitiam, quae semper fuit inter illustrissimos progenitores suos et serenitatem suam et nostrum dominium, et audita creatione sua ad regnum suum, in mente nostra fuit, ad praesentiam suam mittere nostram ambassiatam. Et ideo te misimus ad congaudendum secum de felicibus successibus suis et creatione sua, tamquam cum fratre et amico nostro carissimo, et supplicamus altissimo, ut dignetur suam serenitatem feliciter et longeve in regno suo conservare, secundum desiderium cordis sui.

Facta autem congratulatione cum dicto domino rege de creatione sua praedicta, et praesentatis exeniis quae tibi dari fecimus, dicto domino praesentandis, que praesentare debeas prima vice, qua ibis ad praesentiam suam, des tibi operam essendi una alia vice cum domino rege praedicto, et suae serenitati dicere, quod sicut serenitati suae notum est, terrae nostrae Dalmatiae contigue sunt terris et locis regni sui, sed subditi sui non possunt secure ad loca et terras nostras venire, et nostri similiter non possunt ad terras et loca regni sui ire, quia in via capiuntur et derobantur. Et cupientes securitatem subditorum suorum et nostrorum, et optantes quod subditi sui cum nostris, et nostri cum suis, possint stare conversari et mercari, ut amicitia inter partes de bono in melius augeatur; rogamus suam serenitatem, ut sibi placeret velle ponere illa remedia, quae sint necessaria et possibilia, quod subditi et mercatores sui possint secure ad loca et terras nostras venire, et nostri ad terras et loca regni sui similiter secure accedere possint, cum eorum mercationibus et bonis, quia hoc redundabit ad honorem suae serenitatis et nostri dominii, et ad commodum et bonum subditorum ambarum partium.

Et si dictus dominus rex a te peteret declarari, quid videtur nostro dominio per eum fieri debere ad securitatem subditorum

suorum et nostrorum, ut possint insimul conversari secure et quiete; respondere debeas, quod sua excellentia est plenissime informata de conditionibus dictarum partium, et sapientissime sciet remedia necessaria adhibere, et procura quod a se ipso proponat illa media, quae suae serenitati viderentur opportuna. Et si tibi proponeret remedia non conformia intentioni nostrae infrascriptae, debeas eum inducere ad intentionem nostram infrascriptam. Si vero vellet de intentione nostra et de remediis opportunis et quae viderentur nostro dominio a te declarari, dicere et respondere debeas: quod comes Johannes de Citines est ille, qui impedit subditos suos et nostros et eos capi et depredari facit, et quod nobis videretur, quod contra eum procedi deberet. Et ut serenitas sua videat, quod hoc non facimus causa aquirendi aliquod dominium, sumus contenti, quod totum illud quod aquireretur comitis Johannis sit suae serenitatis, exceptis districtibus terrarum nostrarum, qui tenti et occupati fuissent per dictum comitem Johannem, excepto castro Sclisie et Dalmisio et montanea Polizanorum, quae loca habere debeat nostrum dominium, quae solum volumus, quia sunt contigua terris et locis nostris, pro securitate subditorum et fidelium nostrorum dictarum partium. Et si dictus dominus rex, vellet a te declarari,

quid ob hoc contribuere vellemus, debeas respondere; quod quociescunque serenitas sua veniret aut mitteret potentem exercitum contra comitem Johannem praedictum, nostra dominatio mittet subditos et fideles nostros terrarum et locorum nostrorum de inde, in illa quantitate, quae erit iusta et rationabilis. Et si super montanea Polizanorum caderet difficultas, sumus contenti quod dicta montanea remaneat ad obedientiam suae serenitatis, restituentibus illis totum illud quod tenent subditorum nostrorum. Et quia forte, si dictus dominus rex se ad hoc disponeret, requireret et peteret, quod necessarium etiam esset habere ballistarios, quia secundum informationem quam habemus, ballistarii multum essent utiles ad obtinendum loca dicti comitis Johannis, volumus et damus tibi libertatem, quod si dictus dominus rex requireret subventionem ballistariorum, possis ei promittere ballistarios centum et a centum quinquaginta, sicut melius poteris.

Insuper volumus, non quando incipies praticam super factis dicti comitis Johannis, sed postea quando tibi tempus videbitur, esse debeas cum dicto domino rege, et suae serenitati dicere, quod amicitia et fraternitas existens inter suam serenitatem et nos, nos inducit, quod provideamus, quod mercatores et cives nostri conversentur in locis suis, tamquam si essent in locis nostris propriis. Et

propterea si suae serenitati placeret velle providere, quod alius sal non conduceretur Narentum, nisi sal fidelium et subditorum nostrorum, nostrum dominium offert teneri facere per subditos nostros dictum locum Narente, continuo fulcitum sale habundanter; et dictum salem vendi facere illo pretio, quo venditur per alios mercatores. Et quia informati sumus, quod utilitas salis, qui conducitur Narentam, dictus dominus rex concessit tribus vel quatvor ex suis baronibus, qui illam dividunt inter se, quae utilitas est ducatorum duorum millium in anno ut dicitur; Volumus quod quando eris in Tragurio et Spalato, procurare debeas, de habendo informationem super utilitate dicti salis, qui conducitur Narentam; et si habebis informationem, quod dicta utilitas sit in anno ducatorum duo mille, damus tibi libertatem, ut dictus rex libentius condescendat intentioni nostrae, ut illi barones, quibus concessa est dicta utilitas, non sint contrarii, possendo promittere dicto domino regi, singulo anno ducatos mille et quingentos usque ·II· mille, sicut melius facere poteris, non possendo per aliquem conduci sal Narentam, nisi sal subditorum nostrorum, sicut superius continetur.

Et quia posset occurere, quod magnificus Sandali esset apud dictum dominum regem, volumus quod cum nostris litteris credulitatis, esse debeas cum dicto Sandali, cui facta

amicabili salutatione et oblatione, cum verbis pertinentibus et necessariis, debeas suae magnificentiae dicere, quod in recessu tuo de Venetiis, ambassiator suus habuerat certam partem suorum denariorum, et es certus, quod post recessum tuum presto fuerit expeditus, et habuerit residuum denariorum praedictorum, utendo cum dicto magnifico Sandali, illis bonis et amicabilibus verbis, in signum conservationis bonae amicitiae inter ipsum et nos, quae tuae sapientiae videbuntur.

Et quia etiam posset occurrere, quod dictus Sandali, in locutionibus quas secum habebis, tibi faceret mentionem de civitate Catari, et conquereretur de nostro dominio, et peteret dictam civitatem sibi restitui debere, prout requiri fecit per suos ambassiatores, volumus quod dicere et respondere debeas, quod sicut alias suis ambaxiatoribus responsionem dedimus; nostrum dominium non accepit dictam civitatem Catari causa habendi maius dominium, sed dictam civitatem accepimus moti compassione, et propter magnas oppressiones et novitates, quas eis faciebat condam Balsa Strazimiri, ne perveniret ad manus dicti Balsae, qui sicut suae magnificentiae notum est, erat inimicus noster; et etiam quia vidimus intentionem dictae comunitatis esse, potius velle se submittere Turchis, quam subiugari a dicto Balsa. Ex quo dictus dominus Sandali non habet

causam conquerelandi de nostro dominio, quia dicta comunitas erat in libertate sua, et poterat se submittere cui placebat; cui communitati promisimus illam nunquam alicui submittere, sed sub protectione nostra tenere et conservare, et aliter pro honore nostro non faceremus. Sed ut dictus dominus Sandali cognoscat bonam intentionem nostram, si suae magnificentiae placet bonam vicinantiam facere nostrae civitati Catari, et subditis et fidelibus nostris Catari et territoriis suis, et promittere de faciendo et faciat cum effectu, quod caravanae veniant per rectam viam ad civitatem Catari, et non vadant Ragusium, sumus contenti dare facere singulo anno dicto domino Sandali yperpera de Cataro mille, de introitibus camerae salis Catari. Et si cum dictis mille yperperis ad concordium venire non posses, damus tibi libertatem promittenti yperpera mille et quingenta usque duo millia, sicut melius facere poteris, faciente dicto domino Sandali promissionem suprascriptam et illam observante. Volumus tamen, quod procures liberationem et relaxationem illorum quatvor obsidum de Cataro, quos dictus Sandali tenet captivos, et circa hoc facias posse tuum in quantum poteris. Et si illos habere non posses, et esses in concordio cum dicto Sandali de aliis tibi comissis, non debeas restare, sed concludere, ut superius tibi comittimus.

Et quia in talibus praticis multociens occurrunt differentiae, si videres quod interpositio serenissimi domini regis esset utilis et proficua, ad ponendum concordium inter dictum Sandali et nos, volumus quod compareas ad praesentiam dicti domini regis, et suae serenitati dicere, quod sicut optamus bonam fraternitatem habere et conservare cum sua serenitate, sic intentionis nostrae est, bonam amicitiam et dilectionem habere cum baronibus suis, narrando dicto domino regi differentiam existentem inter te et Sandali, et rogando suam serenitatem, ut se interponat et inducat dictum Sandali ad condescendendum his, quae eidem obtulisses, quam interpositionem regiam, si tibi videbitur necessaria, debeas requirere antequam venias ad ultimam promissionem ypperperarum ·II· mille, ut per medium suum cum dicta quantitate ypperperorum ·II· mille possis intentionem nostram obtinere, utendo circa hoc illis bonis verbis et dextris modis, quae tuae sapientiae videbuntur.

Et si Sandali de facto Catari nullam tibi faceret mentionem, volumus quod cum dicto Sandali debeas te gravare, quod non permittat caravanas accedere ad terram nostram Catari, considerato quod sumus in bona amicitia cum domino suo, domino rege et secum, et cum istis verbis procura promovere dictam materiam Catari, cum illis mo-

dis qui tibi videbuntur, et sollicita de essendo secum in concordio, prout tibi superius committimus. Et si dictus Sandali non esset apud dictum dominum regem, sed esset in locis suis una vel duabus dietis longe a dicto rege, ad praesentiam suam ire debeas, si cum securitate ire poteris, ad exequendum intentionem nostram suprascriptam, quando tibi tempus habile videbitur, primo data notitia dicto domino regi, quod nostra dominatio, cupiens bonam amicitiam conservare cum baronibus suis, prout sumus dispositi facere cum sua serenitate, existente aliqua differentia inter nostrum dominium et dominum Sandali, cum bona licentia suae serenitatis, intendis ire ad praesentiam dicti Sandalis, pro ponendo finem differentiae praedictae.

Insuper quia dominus archiepiscopus Spalati nostro dominio dixit, quod dictus dominus rex multum optat habere uxorem catolicam, et ut dixit, libenter vellet habere unam de Malatestis, et optaret quod ad hoc se interponeret nostrum dominium, si dictus dominus rex, de hoc aliquam tibi faceret mentionem, volumus quod offerre debeas nostrum dominium ad interponendum se cum dominis de Malatestis, et cum aliis, secundum quod tibi dicet.

Et si in his quae tibi committimus, exequenda caderet aliqua differentia, volumus

quod scribere debeas differentias occurrentes, et expecta nostrum mandatum.

Ceterum quia alias nobilis vir ser Marcus Dandulo, qui fuit ambassiator noster ad regem Bossinae, obtinuit unum privilegium in favorem mercatorum nostrorum, cum multis exemptionibus et praerogativis, cuius copiam tibi dari fecimus pro tua informatione, volumus, quod procurare debeas cum domino rege Bossine, habere confirmationem privilegii praedicti, pro bono mercatorum nostrorum.

Habere quidem debes pro ista ambassiata ducatos ducentos, et ducere debes tecum unum notarium cum uno famulo, tres domicellos, unum trucimanum et unum coehum; et potes expendere ducatos duos cum dimidio in die, non conputatis agoçiis equorum et nabulis navigiorum. (De parte 128, non 3. non sine 1.)

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 56.

CCCXLI. 1422. 31. Julii.

Заповесть капетану Кулфа, да притече у помоћь граду Скадру. (Скраћено)

Cum comes et capitaneus ac provisor Scutari scripserint nostro dominio maximam extremitatem, in qua se reperit civitas nostra praedicta, et quod vident non posse civitatem sustinere comedendo panem et aquam, nisi per totum mensem Novem-

brum, et supplicant ut dignemur ad eorum subventionem providere, et necessarium sit pro honore nostro, dictae civitati sucurrere, ne in tanta infamia nostram amittatur; vadit pars: quod mitti debeant pro subventione dictae civitatis, staria duo millia frumenti et sex buttas olei, et ultra hoc illos quinquaginta pedites, qui hic sunt, mitti debeant Scutarum; et ut dictae res introducantur intra Scutarum, ad defensionem et conservationem eius, sicut est intentio terrae, scribi debeat capitaneo nostro Culphi in hac forma:

Capitaneo Culphi: per litteras comitis et capitanei ac provisoris nostrorum Scutari, fuimus nuperrime et distincte informati de extremitate, in quam reducta est civitas nostra predicta, tam victualium, munitionum et ballistarum, quam aliarum rerum necessariarum ad defensionem civitatis praedictae, subiungentes, quod si vos cum barchis et ganzarolis ac galeis vobis commissis, stetis setis in Boiana Scutari, sicut fuit vobis commissum, propter recessum Masarach, qui timore Turchorum se reduxerat Drivastum, potuissetis loco nostro praedicto succurrere et subvenire. Et miramur et dolemus de vobis, quod non steteritis in flumine praedicto, et apud vos tenueritis barchas et ganzorolos nostros, sicut a nobis habuistis in mandatis, quia illos et illas solum misimus, ut vobiscum in dicta Boiana starent,

ut temporibus et horis debitis potuissetis succurrere civitati nostrae praedictae, quam videmus ad dictam extremitatem reductam esse vestra causa et defectu. Et propterea cum nostris consiliis . . . . . vobis mandamus, quatenus subito recepto praesenti nostro mandato, debeatis vos . . . reducere in Boianam, et sollicitare et procurare totis spiritibus vestris, de mittendo in Scutarum staria duo mille frumenti, buttas sex olei ac pedites quinqaginta, quos mittimus . . . . et alias res, et ballistarios, quas et quos posuistis in Dulcigno, dimittendo nihilominus Dulcignum bene fulcitum . . . succurrendo civitati, ut defendi et conservari possit ad honorem nostri dominii, . . . et taliter contra inimicos nostros guerizare debeatis, ad eius defensionem et offensionem inimicorum nostrorum, quod ad audientiam nostram perveniant viriles operationes vestrae, et quod videamus per effectum, vos mandata nostra fuisse executos.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 64.

CCCXLII. 1422, 26. Augusti.

Наставлені за байлыя Млетачкогъ у Цариграду, да иде къ султану Мурату, и да се тужи на Србскогъ деспота Стефана, и да иште помоћь противъ овога.

(Скраћено.)

Quod scribatur baiulo nostro Constantinopolis in hac forma:

Per litteras vestras datas in Constantinopoli die vigesimo secundo mensis Junii elapsi, quas recepimus die vigesimo praesentis, remansimus plenarie informati de adventu Turchorum, ad obsidionem Constantinopolis . . . etc.

. . . .

Et si ocurreret quod eatis ad praesentiam dicti Turchi, pro interpositionae pacis, volumus quod dicto Morathbey dicere debeatis . . . . .

Quando vero in receptione praesentis nostri mandati pax secuta esset inter dictum dominum Jmperatorem et Morathbey, et cum dicto Morathbey non conclusissetis pacem nomine nostri dominii, quia ad eius praesentiam non ivissetis, volumus et sic vobis mandamus, quatenus si dictus Morathbey esset distans a civitate Constantinopolis per dietas sex et non ultra, sive a parte Greciae sive a parte Turchiae, ad eius praesentiam ire debeatis . . . . . . audientes excellentiam suam ad dignitatem dominii loco dicti patris sui ascendisse . . . . . nostra dominatio contenta est dictam pacem de novo cum sua excellentia confirmare . . .

Confirmata autem dicta pace cum illis pertinentibus verbis, quae vestrae discretioni videbuntur, debeatis dicto domino dicere, quod vigore dicti capituli, si loca nostra Albaniae per aliquem molestantur, debet ip-

sa loca deffendere; et quia dominus despotus Raxiae damnificat loca nostra praedicta, in observatione capituli dictae pacis, requirere debeatis dictum dominum, quod circa hoc faciat et provideat in defensionem locorum praedictorum, sicut videbit fore necessarium, pro honore sue excellentiae et observatione pacis praedictae; instando et procurando toto vestro posse, quod dictus dominus mittat unum ex suis ad dominum despotum praedictum, ad faciendum sibi mandatum, quod se removeat ab obsidione, et abstineat a damnis locorum nostrorum Albaniae, et nobis restituat loca nostra, quae occupavit; cum quo nuntio suo, si erit necesse, unum vestrum nuncium secum mittere debeatis . . . . .

. . . . tamen quia posset occurrere, quod dictus dominus occupatus circa maiora, non posset mittere gentes suas in subventionem locorum nostrorum praedictorum. . . . . adminus mandatum faciat capitaneis suis existentibus circa loca Albaniae, quod si requirerentur a rectoribus nostris . . debeant eis subvenire . . . .

Secr. cons. rogat. Lib VIII ch. 31.

CCCXLIII. 1421, 10 Septembris.

Одговоръ Млетачкомъ посланику кодъ Босанскогъ краля, Іовану Ђеорђію. (Скраћено.)

Quod respondeatur nobili viro Ser Johanni Georgio, ambassiatori nostro ad dominum regem Bossinae, in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas Visochi die 17 mensis Augusti elapsi, per quas distincte et ordinate scripsistis nostro dominio, omnia per vos praticata usque dictum diem, cum serenissimo domino rege Bossinae, et quod super omnibus per vos suae serenitati expositis acceperat terminum ad respondendum, quia volebat esse cum suis baronibus in consilio congregando, sicut in dictis vestris litteris continetur etc. Ad quas litteras vestras respondentes . . . scribimus, ... quia in comissione vestra continetur, quod possitis promittere dicto domino regi contra comitem Johannem de Citines ballistarios 100 usque 150, . . . et de subditis terrarum nostrarum de inde; et quia non specificatur numerus dictarum nostrarum gentium . . . vobis declaramus, quod sumus contenti, quod specificetis istum numerum, ultra ballistarios ad numerum quingentorum; et si plures mitti poterunt, plures mittemus. . . . . Si vero occureret . . quod dictus rex peteret sive peti faceret subventionem denariorum, quia potius vellet subven-

tionem denariorum, quam gentium, volumus, quod quando pur dictus dominus rex vellet habere subventionem denariorum, et aliter facere non possetis, quod possitis promittere dicto domino regi usque ducatos octo millia in decem millia, sicut melius facere poteritis, dante dicto domino rege nostro dominio castra Clisii et Dalmisii, et restituente terris et locis nostris de inde, illud quod tenet dictus comes Johannes, et Polizani de districtibus praedictis, sicut in vestra commissione continetur; quos denarios parati erimus dari facere dicto domino regi, positis in manibus nostris castris suprascriptis, declarando vobis in omnem eventum, quod si vellet subventionem denariorum, non intendimus aliquam gentium subventionem contribuere.

Super eo autem quod scribitis, dictum dominum regem optare ut vobis videtur, essendi nobilem Venetiarum, vobis respondemus, quod si dictus dominus rex vobis faceret mentionem de facto praedicto, aut fieri faceret, debeatis respondere, quod estis certissimus, quod in hoc nostrum dominium multum alacriter ei complacebit.

Sed ut possitis illis duobus, quos scripsistis, nostri parte exenia praesentare, mittimus vobis unam peciam panni.

Verum si devenietis ad compositionem cum dicto domino rege, contra dictum comitem Johannem, et ipse remanserit contentus

de subventione gentium nostrarum, ut hoc negotium non differatur, scripsimus rectoribus nostris Jadrae, Sibenici, Tragurii et Spalati, quod ad omnem vestram requisitionem mittere debeant de subditis terrarum nostrarum praedictarum, ad illum locum ad quem fuerit deliberatum, quas litteras misimus ad manus comitis nostri Spalati, per eum conservandas, ut occurrente casu dictas litteras nostras simul cum vestris, possitis dictis nostris rectoribus destinare, pro dictis ballistariis et gentibus congregandis, et reducendis ad locum, deliberatum per vos cum domino rege praedicto.

Ad alia autem per vos scripta nulla alia cadit responsio, quia expectamus audire responsionem, quam a dicto domino rege habebitis.

Et ex nunc sit captum, quod scribi debeat rectoribus nostris Jadrae, quod ad omnem requisitionem dicti ser Johannis Georgio ambaxiatoris nostri praedicti, mittere debeant contra comitem Johannem de Citines, ex fidelibus nostris Jadrae et districtus, prout eis videbitur ducentos, inter quos ducentos sint XLVIII. cum ballistis, aptos ad ballistas, non mittendo ex stipendiariis nostris ullo modo.

Comiti autem Sibenici committatur, quod mittere debeat ex fidelibus nostris Si-

benici et districtus ducentos, inter quos sint ·XLVIII· cum ballistis, aptos ad ballistas.

Comiti autem Tragurii committatur, quod mittere debeat ex fidelibus nostris Tragurii et districtus centum quinquaginta, inter quos sint triginta sex cum ballistis, aptos ad ballistas

Comiti autem Spalati comittatur, quod ex fidelibus nostris Spalati mittere debeat centum, inter quos sint viginti quatvor cum ballistis, aptos ad ballistas.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 73.

CCCXLIV. 1422. 2. Octobris.

Одговоръ кнезу Шибеничкомъ, тичући се Босне, Сандала и кнеза Іована Цетинскогъ. (Скраћено.)

Quod respondeatur nobili viro ser Nicolao Maripetro, comiti nostro Sibenici, in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas die 15 Septembris elapsi, cum inclusis litteris nobis missis per comitem Johannem de Citines, et audivimus requisitionem, quam idem comes Johannes facit, quod sui subditi possint se reducere cum personis et bonis suis, super territorio nostro pro eorum securitate, quia timet ne vaivoda Sandali guerram sibi faciat etc. . . . . debeatis ei significare, quod si vellet nobiscum vivere in bona pace et bona vicinitate, nos etiam

sumus dispositi habere secum amicitiam et bonam pacem, sed ut hoc possit obtineri, debeat comes Johannes restituere ea, quae occupata tenet, et quae pertinent comunitati nostrae Spaleti; si hoc vult facere, sumus contenti, quod subditi sui, cum rebus et animalibus suis, possint se reducere ad loca nostra pro eorum securitate, in casu necessitatis, qui subditi sui a nostris secure et amicabiliter tractabuntur.

Si hoc nollet facere, quia habet de illis occupatis bonam utilitatem, potestis illi promittere de introitibus Spaleti ducatos quingentos singulo anno.

Si nec hoc vellet, potestis promittere ultra supradicta, quod sumus parati subvenire eidem cum 100 hominibus, sed restituat omnia.

Et si veniretis ad conclusionem bene, si vero caderet aliqua differentia, per barcham propriam debeatis quam celerius nobis scribere, ut possimus mandare quod videbimus esse oportunum.

Si possetis obtinere ab eo castrum Clisii, quod est situm prope Spaletum, damus vobis libertatem promittendi comiti Johanni et suis, pro habendo dictum castrum in manibus nostris, usque ad ducatos quinque millia.

Si vero nollet ad pacem condescendere, sed vellet treuguas concludere, potestis fa-

cere cum eo treuguas per annos decem et ab inde supra.

Si vero in receptione praesentis, sentiretis nobilem virum ser Johannem Georgio ambassiatorem nostrum, recessisse de Bossina in concordio cum rege Bossinae, non debeatis ad aliquam praticam intrare cum comite Johanne, sed scribatis nobis et expectetis nostrum mandatum.

Mittimus vobis duas litteras nostras praesentibus alligatas, quas scribimus nobili viro ser Johanni Georgio, ambassiatori nostro ad partes Bossinae, volentes et fidelitati vestrae mandantes, quatenus si venietis ad concordium cum dicto comite Johanne, dicto ser Johanni Georgio mittere debeatis litteram nostram signatam isto signo: o.

Si vero non veniretis ad concordium cum dicto comite Johanne, dicto ser Johanni Georgio ambaxiatori nostro, mittere debeatis aliam literam nostram signatam isto signo: #; et aliam signatam primo signo suprascripto, penes vos retinere debeatis.

Mittimus insuper unam tertiam litteram signatam isto signo: X quam subito per nuncium proprium velocem et pressum dicto ser Johanni Georgio ambassiatori nostro, mittere debeatis.

Secr. consil. rog. Lib. VIII. ch. 74.

CCCXLV. 1422. 2. Octobris.

Налогъ кнезу Шибеничкомъ Николи Марипетру, да учини миръ са Поличанима подъ наведенимъ условима.

Comittitur comiti Sibenici ser Nicolao Maripetro, quod cum Polizani libenter vellent venire ad pacem et concordiam cum nostro dominio, possit cum illis intrare ad praticam pacis, et dari uni vel pluribus eorum salvumconductum, ut possint venire prope Dalmissam vel alium aptum locum, et sub conditione, ut reddant quod habent occupatum de terris nostri dominii, et ut in posterum vivant in bona pace et vicinitate cum nostris subditis, in nomine domini concludat cum eis pacem.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 75.

CCCXLVI. 1422 4. Octobris.

Наставленѣ за Марка Барбадика, кои иде да буде Млетачки проведиторъ у Котору. (Скраћено).

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Marco Barbadico, debeas . . . ire Catarum in provisorem nostrum dicti loci, et regere cum omni humanitate possibili . . . terram praedictam et districtum ac homines de inde, ... et debeas stare in dicto loco per sex menses . . . .

Cum autem illuc applicueris, sumpta bona informatione . . . de esse contrate, et quibus

modis possis habiliter illam reducere ad nostram obedientiam, . . . debes procurare cum toto spiritu tuo, de reducendo contractam praedictam ad mandatum et obedientiam nostri dominii, et guerrizare viriliter contra emulos nostri dominii . . . . . .

Volumus insuper, quod cum applicueris Catarum, debeas subito expedire aliquem sollicitum et velocem nuntium cum litteris tuis dirigendis domino despoto, cui per dictas tuas litteras debeas scribere et significare in forma convenienti, de iniuriis et extorsionibus et molestiis tibi et familiae tuae illatis, et de equis tibi ablatis, tempore reversionis tuae ab eius praesentia ad nostrum dominium, contra promissionem per suam excellentiam tibi factam, et contra suum salvum conductum; et qualiter es praesentialiter rector in Cataro, et es mansurus, offerendo te in possibilibus ad beneplacita suae excellentiae; . . . . . comittendo nuncio tuo, quod habita responsione praedicti domini despoti, studeat celeriter ad te redire, quo reverso de responsione quam habueris, et de aliis omnibus debeas prestissime informare nostrum dominium . . . .

Debeas insuper procurare omnimode . . . de habendo colloquium cum Georgio et Alexio Juras, dando tibi operam . . . . trahendi et reduci faciendi eos ad obedientiam nostram, ... et ad hoc procurandum,

cepto amicabili commeatu a sua serenitate, debeatis redire ad praesentiam nostram, informatus ad plenum de novis et aliis omnibus, digne refferrendis, et de quibus poteritis persentire.

Ad factum autem responsionis vobis datae per vaivodam Sandali, (слѣдує сасвимъ као што є напредъ у овомъ акту).

In casu vero, quo dictus noster comes Sibenici non posset concludere cum predicto comite Johanne de Citina, ut profertur, scribatur ser Johanni Georgio, ambaxiatori nostro ad serenissimum dominum regem Bossinae, in hac forma, videlicet:

Cum nostris consiliis rogatorum et addicionis fidelitati vestrae mandamus, quatenus receptis praesentibus . . . . .

(Све слѣдує исто тако као и у предходећемъ, до главе друге, коя овако гласи:)

Ad factum autem comitis Johannis de Citina dicere debeatis, quod dominatio nostra bene intellexit intentionem et bonam dispositionem suae serenitatis, et propterea hortatur excellentiam suam, quatenus placeat condescendere nostrae requisitioni, procurando obtinere nostram intentionem praedictam, iuxta continentiam vestrae comissionis; et si pur nollet contentari, quod haberemus castrum Dalmissae, debeatis videre de concludendo, dimittendo sibi Dalmissam, et habendo nostrum dominium castrum

Clissae libere cum aliis territoriis et Juribus, pertinentibus nostro dominio, iuxta formam vestrae comissionis. Et hoc facto debeatis cum plena informatione eius, quod facere voluerit, et quo tempore facturus erit, id quod policebitur, et cum quibus gentibus, accepto amicabili comeatu, redire ad praesentiam nostram. In quantum autem non contentaretur, volumus etiam quod sumpta licentia debeatis redire Venetias ad praesentiam nostram, de novis et aliis omnibus digne referendis, et de quibus poteritis persentire, informatus ad plenum.

Ad factum autem responsionis vobis datae per vaivodam Sandali, in quantum videatis . . . etc.

(Слѣдує сасвимъ као и напредъ у првомъ писму.)

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 76.

CCCXLVIII. 1422. 4. Octobris.

Наставленѣ за капетане галія Млетачки, Марка Бембо и Марка Барбо, како да поитаю у помоћь граду Скадру. (Скраћено.)

Quod fiat comissio nobilibus viris Marco Bembo et Marco Barbo provisoribus et supracomitis nostris Culphi, in hac forma:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus vobis . . quod ire debeatis, nostri provisores et supracomiti istarum duarum galearum, quas arma-

ri fecimus, pro succurrendo civitati nostrae Scutari et aliis nostris terris Albaniae. Et volumus et vobis mandamus, quod cum aplicueritis Polam . . . procuretis vos fulcire hominibus deficientibus, non perdendo tempus ullo modo . . . et ire debeatis Jadram, et ibi debeatis vos informare, si armari fecerunt barchas, quas mandavimus . . . mittere Curzolam . et praesentare debeatis litteras, quas eis replicari fecimus pro armamento barcharum praedictarum, et alias quas rectoribus nostris Sibenici, Tragurii, Spalati, Pagi, Chersi et Cluseri mittimus ista de causa . . . et hortari rectores, ut hortentur fideles nostros de inde, ad conducendum Scutarum caseum vinum et alia victualia . . et ire debeatis ad Curzolam, et mandetis capitibus barcharum, quas ibi reperietis, quod se reducant ad Boianam; — et subito cum illis et brigandino de Cherso, venire versus Scutarum ad Boianam, hortando illos . . . quod mittant de vino, caseo et aliis victualibus ad dictum locum, quia ibi cum utilitate sua illa vendent; — et ire debeatis Catarum, et deposito rectore . . . subito inde recedere et mandare ser Petro Polani, ut cum galea sibi comissa, et omnibus barchis et ganzarolis, que ibi reperiuntur, vos sequi debeat . . . et non perdendo tempus, . . . quanto celerius esse potest, procuretis inve-

nire capitaneum nostrum Culphi . . . et eidem praesentare litteras nostras, . . dein totis sensibus et spiritu sollicitetis executioni mandare contenta in dictis litteris etc. . . .

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 78.

CCCXLIX. 1422. 4. Octobris.

Заповесть капетану Кулфа и капетанима Млетачки галіа, Марку Бембо и Марку Барбо, како да притеку у помоhь граду Скадру. (Скраhено.)

Capitaneo Culphi et ser Marco Bembo et Marco Barbo etc.

Desiderantes pro honore et fama nostri dominii, subvenire loco nostro Scutari, ne cum tanta infamia nostri dominii amittatur, deliberavimus armare duas galeas . . . . et insuper mittere barchas octo armatas in Jadra, barchas septem armatas in Sibenicho, quinque in Tragurio, tres in Spalato, duas in Pago, cum hominibus quatvor a remo et ballistariis duobus pro qualibet, et brigantinum unum armatum in Cherso et Ausero; et cum his omnibus . . . omni mora postposita . . . intrare debeatis flumen Boianae et ire ad Sanctum Serzium, et vobiscum conducere frumentum, ordeum et alia . . . ponenda in Scutaro . . . . . . et ultra hoc procuretis, ut dicto loco succuratur vino et aliis rebus necessariis . . . . et ut defectu victu-

alium dictus locus non amittatur, misimus vobis ducatos duo mille, pro quibus emere faciatis frumentum . . . . in A l e x i o . . . in D u r a c h i o seu alibi . . . . . et sollicitetis illa sive per aquam seu per terram illa mittere Scutarum, nam reddimur certi, quod considerata animositate et virilitate vestra, considerato quod tempore isto aquae tumefiunt et quod gentes inimicae non poterunt campizare, hanc nostram intentionem mittetis executioni. Nam nil gratius nec acceptius nostro dominio facere possetis, quam dicto loco nostro Scutari subvenire, pro honore et fama nostri dominii.

Et quia informati sumus, quod l o c u s S a n c t i S e r z i i, videlicet ecclesia quae est apud rippam fluminis, reduci posset in fortitudinem, relinquimus in libertate vestra fortificandi dictum locum . . . pro bono et securitate loci nostri Scutari . . . .

Et quia dispositio nostra est conservandi l o c u m S c u t a r i, volumus quod si poteritis reducere ad obedientiam nostram illos de c o m i t a t u S c u t a r i, et alios habitantes in X a b o i a n a et aliis locis et partibus de inde, eos reducatis, promittendo eis, quod nostra dominatio eos habebit et tenebit in bonos et fideles servitores . . . . . et si nollent reverti ad obedientiam nostram, debeatis illos qua inimicos tractare et guerrizare, tam per aquam quam per terram per omnem

modum possibilem . . . . . . Volumus etiam quod transactis duobus diebus ad Sanctum Serzium, nobis scribatis per propriam barcham . . . . . et postea de tempore in tempus, de terminis in quibus estis et quid feceritis etc. . . . . .

Mittimus vobis pedites 50 cum his galeis, et alios 50 cum navigiis . . . . . etc.

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 78.

CCCL. 1422. 21. Decembris, in Visoki.

Привилегія за Млетачке трговце, дарована одъ Босанскогъ краля Стефана Твртка II-гъ.

Copia literarum obtentarum per dominum Johannem Georgio, ambaxatorem ad serenissimum dominum Thuerticum regem Bossine, pro comodo Venetorum subditorum et fidelium Venetiarum, extractarum de schiavo in latinum.

Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassiae Bossine partiumque maritimarum rex etc. Cum zosia chel spectabel et egregio homo, misser Zan Zorzi ambassiador del illustrissimo et excellentissimo signor misser Thoma Mocenigo, per quella medema gratia inclito doxe de Veniexia, e del comun de Veniexia, de comandamento del prefato misser lo doxe, e del comun de Veniexia, sia vegnudo a la presentia nostra, ad allegrarse de la

nostra sacra coronation, et exaltation del nostro stato, e a tractar e a praticar molte altre cosse cum nuj, le qual lui havea habu do in comandamento dal prefato serenissimo misser lo doxe e dal comun de Veniexia. E perche entro le altre cosse, cum maxima instantia efficacia e solicitudine habia domanda, chel ne plasesse uno privilegio altra fiada obtegnudo per lo ambassiador de misser lo doxe e del comun de Veniexia, da la bona memoria del serenissimo et excelentissimo re Hostoya, precessor nostro, reformar, per la qual cossa examinada la forma e la continentia del dito privilegio, e cum i nostri sora de zo habudo consejo, vojando in quelle cosse che a nui parra zuste et honeste, far e conceder azo che l amor, la dilizion e la bona amicicia, la qual havea la bona memoria del serenissimo et excelentissimo re Thuertico padre e precessor nostro, verso el prefato serenissimo misser lo doxe e comun de Veniexia, etiamdio entro tutti el prefato misser lo doxe et comun de Veniexia crescha, volemo e comandemo cum li nostri heredi e successori, per el tenor de presente nostre lettere, al predicto spectabele et egregio homo misser Zan Zorzi, ambassiador del prefato serenissimo et excelentissimo signor misser Thoma Mocenigo, per la dio gratia inclito doxe de Veniexia e del comun de Veniexia, per nome del dicto misser lo doxe e

del comun de Veniexia in questo modo, zoe, che tutti i Veniciani subditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, liberamente e seguramente senza algun impazo e molestia, como se sia cum le persone famei cavalli mercadantie some capse valixe panni arme pecunie, e cum altri chadauni beni e cosse soe, si per terra como per aqua si dolce como salsa, al nostro regno e corona sottoposta, possa vegnir star e tornar e marchantizar, e far marchandizar, in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, e cum so barche galie armade, e cum chadauna generation de navili, como a lor e a chadaun de lor parera e plasera; quelli vignando e partando amicevolmente in lo nostro regno e in chadauna parte de quello. Possa etiamdio i predicti Veniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e de comun de Veniexia, e chadaun de lor, de le predicte so marchadantie e beni far e disponer in lo dicto nostro regno e in chadauna parte de quello, segondo lor voluntate e como a lor e a chadaun de lor parera e plasera. E che per nessun modo o ver forma, per nui over per algun altro, in lo dicto nostro regno over in alguna parte de quelo, de le predite so marcadantie e beni possa esser sforzadi ni molestadi, mo sia lassadi como e dito in so libertade, cum tute suo marcadantie e beni. Possa etiamdio i prediti Veniciani subditi e

fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, e chadaun de lor, del nostro regno e de chadauna parte de quello, liberamente e seguramente senza algun impazo e molestia, como se sia, trar e far trar marcadantie oro arzento danàri e chadaune altre cosse e beni, chi voira e alor plasera, pagando i prediti Veniciani subditi, e fideli del prefato misser lo doxe e del comùn de Veniexia, e chadaun de lor, vegnando in lo nostro regno, e in chadauna parte de quello, e de quello, o ver de alguna parte de quello, partandose si per terra como per aqua, cum le so marcadantie, le tergovine, le qual al presente se pága per chadaun, e chadaun mercadante, che vegnisse in lo nostro regno, e de quello se partisse, e de chadana parte de quello, si per terra como per agua, cum le so marcadantie. Item promettemo e concedemo al predito misser Zan Zorzi ambassador del prefato serenissimo misser lo doxe, che nui comànderemo a tutti nostri conti rectori castellani zuppani zudexi, e chadauni tutti nostri officiali, che i siano favorevoli a proveder, che i prediti Viniciani sodili e fedeli di quel misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnando stando cum tutte soe, como e dito, mercadantie e beni tuti, in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, alla qual i declinara, e de quello partandose, hab habiano case et habitation per i suo danari, per pre:

xio conveniente como e zusto; e che in lo dito nostro regno e in chadauna parte de quello, da i prediti favorevolmente e benignamente tractadi e guardadi; e in caxo che i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Vinexia, volesse comprar in lo dito nostro regno, o vero in alguna parte de quello, casa over case, over fabricar o far fabricar casa over case, de piera o de legname, semo contenti e volemo, che questo possano far e comprar, le qual veramente case, si de legname como de piera, la qual o le qual i havesseno comprade over fabricade o fate fabricar, sia soe libere et expedite senza alguna contradicion, e di suoi heredi e succesori. Item promettemo al soraditto misser Zan Zorzi, ambassiator del prefato misser lo doxe e del comun de Venixia, che nui provedremo e si fattamente comandremo, a tutti nostri baroni conti rectori castellani zuppani ziudexi et a tuti altri officiali a la sacra nostra corona e comandamento sotoposti, chi prediti Veniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnando stando e partando, como e dito cum tute suo mercadantie e beni, in lo nostro regno et in chadauna parte de quello, serano guardadi per modo, che seguramente vegnir star partir i porranno, segondo lor voluntade, cum tute suo mercadantie e beni. E in caso che a lor over ad algun

de lor, algune cosse over cossa fosseno derobade in lo nostro regno, over in alguna parte de quello, over in parte e luogo di nostri baroni, et al nostro comandamento e corona sotoposti, promettemo quanto a nui sera possibile, che nui se adovreremo e forzaremo de far quelli rimedi e provision, che a nui parera boni e neccessarij e de besogno, per satisfation de la predite mercadantie, le qual fosse tolte e derobade a i prediti Viniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, o ver ad algun de quelli. Item promettemo e semo contenti, chi prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnando stando in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, possano expender la moneda del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, como i Ragusei al presente spendeno la soa, e le altre generazion, che vien in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, la moneda di so signori. Onde vojando in tuto e per tuto quelle cosse, che de sora e de soto se contien, le qual havemo praticado e concluso con el predito spectabele et egregio homo, misser Zan Zorzi ambaxiator del prefato misser lo doxe, e del comun de Veniexia, observar e far integralmente observar, azo che l'amor la dilicion e la bona amistade, habbia el crescer e a moltiplicar intro nui e l' prefato misser lo doxe

e l comun de Veniexia. E per mazor execution de le cosse contegnude in queste nostre presente letere, volemo è comandemo efficacemente a tuti nostri baroni conti e castellani, officiali rectori e zuppani, zudexi de le terre castelli e luogi nostri, e ai altri tuti soditi e fideli nostri, a la nostra sacra segnoria obedientia e comandamento sotoposti, per chadaun modo, che tute le cosse contegnude e chadauna de quelle, in le presente nostre lettere, perche le sono de nostra mente e intencion, e quelle cosse le qual nui havemo complasesto, promesso, e concedemo, cum i nostri heredi e successori al predito misser Zan Zorzi ambaxiator del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, per nome del dito misser lo doxe i del comun de Veniexia, debiano far et observar, e far far et observar integralmente, vojando etiamdio e comandando a tuti nostri castellani et ai altri, per nui deputadi a la guarda de le terre castelli, e luogi nostri, como a nui cum grande instantia e solicitudine domanda e requiri el predito ambaxiator, che dio guarda, che in caso che i prediti Viniciani subditi et fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnisse e stasse in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, como e dito cum suo famei e chadaune so mercadantie e beni, over de quello se partisse, e disturbio alguno over novitade fosse in lo nostro reg-

no, over in alguna parte de quello, per la qual i prediti Viniciani subditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Vinexia, e cadaun de lor parera e plasera intrar per segurtade soa, e de le suo marcadantie havesse a dubitar e dubitasse, volemo al tuto e in questo caso, quanto la gratia nostra have cara, che i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Vinexia, e chadaun de lor cum so famei marcadantie e beni suo, chadauni como se sia acceptar e ricever de bien in chadauni castelli o ver castello e luogo nostro appresso, i qual over el qual i declinasseno: se a lor o a chadaun de lor parera e plasera intrar per segurtade soa e de le so mercadantie, e de quelli castelli over castello lassando partir cum tute so marcadantie e beni a chadauna so voluntade. E quelli e chadaun de quelli tractando e farando tractar humanamente favorevolmente et benignamente in le nostre terre castelli e luogi, in li qual lor intrasseno. Item volemo e comandemo a tuti soradicti nostri officiali, chi debbiano dar a i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, scorta sufficiente per i suo danari, per so salvo transito, e de le suo marcadantie, como sara de mestier nel so vegnir e partir del regname nostro di Bosina. In fede veramente de le predite cosse, le presente lettere havemo coman-

dado de esser fatte, e de la bolla del nostro mazor sigillo pendente esser bollade.

Data soto el castel nostro de Visochi, MCCCCXXII, die XXI Decembris.

Comemoriale XI. ch. 87.

CCCLI. 1422. 21. Decembris, in Visoki.

Отворено писмо Іована Ђеорђіо, Млетачкогъ посланика кодъ Босанскогъ краля Стефана Твртка II, съ коимъ обявлюе привилегію даровану одъ овогъ краля Млетачкимъ трговцима.

Nos Johannes Georgio, ambaxiator illustrissimi et excellentissimi domini, domini Thome Mocenigo dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Universis et singulis has patentes literas inspecturis facimus manifestum: ut amor dilectio et bona amicitia crescere habeat et multiplicari, in futurum, inter serenissimum et excellentissimum dominum, dominum Stephanum Thuerticum, dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum regem etc. et prefatum serenissimum et excellentissimum dominum, dominum Thoma Mocenigo, eadem gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum. Quod hec sunt immunitates beneficia et comoda, que habuimus et obtinuimus a prefato serenissimo domino rege, nomine prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum, pro comodo suorum Venetorum fidelium et subdi-

torum, volentium accedere et mercari ac mercari facere in Bossina, regno dicti serenissimi domini regis. Quas literas fieri fecimus per duas manus, prout inferius continetur. Unam videlicet in idiomate schiavo, scripta manu viri sapientis Restoe, cancellarii prefati serenissimi domini regis, et alteram scriptam manu Johannis de Bonisio, notàrii nostri literali sermone, uniusmet tenoris et substantie. Quas etiam literas pro majori evidentia, bulla sancti Marci bullari fecimus.

Datum sub castro Visochi, millesimo, et die in literis precedentibus annotatis. Tenor autem literarum predictarum est, ut superius continetur, videlicet: Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum rex etc.

Commemoriale XI. ch. 87.

CCCLII. 1422. 23. Decembris.

Наставленѣ за капетана Кулфа, како да притече у помоћь граду Скадру. (Скраћено.)

Quod scribatur capitaneo Culphi et provisoribus:

Per galeas Romaniae recepimus litteras vestras de die 1-mo praesentis, per quas nostro dominio significastis provisiones per vos factas, in volendo succurrere civitati nostrae Scutari, et concluditis vobis omnibus apparere, non posse per aquam dictae civitati

succurrere etc. . . . . . . et mandamus vobis, quod una experientia non sufficit . . . . sed non semel sed pluries debeatis eunte uno aut pluribus ex vobis personaliter, cum barchis et ganzarolis, omnes possibiles experientias facere, de succurendo civitati praedictae, . . . quia illud quod semel fieri non potest, sepe sollicitando et reiterando . . . . . executioni mittitur . . .

Et quia informati sumus, quod existente in flumine Boiana . . . ser Francisco Bembo milite, ut aquae a Sancto Sergio versus Scutarum tumefierent et minorem cursum haberent, submergi fecit quoddam navigium, inter insulam existentem apud Sanctum Sergium et terram firmam, propter quod aquae multum creverunt, et propterea . . . . relinquimus in libertate vestra, providendi per dictum modum vel per alium. . . . ut possitis cum barchis dictae civitati succurrere . . . . Et si videretur vobis de soldando gentes de inde . . . potestis eis promissiones facere de proniis et aliis territoriis nostris de inde. . . . . et si possetis aliquos invenire, qui vellent conducere frumentum in Scutarum, debeatis illis promissiones facere, quas videbitis esse necessarias . . . . . . Et mittimus vobis biscotti bonam quantitatem, et ducatos mille . . . . . pro soldando gentes . . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 84.

CCCLIII. 1422 23. Decembris.

Налогъ проведитору Которскомъ, да гледи свакояко задобити за Млетке Ђурђа Юраша. (Скраћено.)

Quod scribatur nobili viro ser Marco Barbadico, provisori nostro Catari, in ista forma:

Per litteras vestras noviter receptas, quas ad diem vigesimum sextum Novembris nuper praeteriti destinastis ad nostrum dominium, manemus sufficienter informati, super executione per vos facta, de missione nuncii vestri ad dominum despotum, quia vester nuntius, usque ad datum dictarum litterarum non erat reversus; et de receptione litterarum, quas habuistis a Georgio Juras, per quarum continentiam in conclusione petit, ut sibi salvum conductum destinetis, quia ad vos mittet unum ex suis etc. . . . . Et vobis . . . . mandamus, quod circa praticam quam tenetis cum dicto Georgio Juras, pro reducendo eundem cum nostro dominio, . . . debeatis omnia experiri, de perducendo illum ad conclusionem votivam, cum modis vobis comissis . . . . quando autem non possetis concludere, ... quia peteret aliud . . . . . damus vobis libertatem . . . . . quod perveniente Antivari et Genta de supra ad manus nostri dominii, — possitis sibi promittere ea . . . . Si vero nullo modo possetis cum dicto Georgio concludere, debeatis

eo casu adversus emulos nostri dominii viriliter guerrizare, et omnia possibilia damna eis inferre . . . . volentes ulterius, quod quam primum nuntius vester redierit a domino despoto, debeatis de his quae habueritis per reversionem dicti nuncii, informare nostrum dominium per litteras vestras distincte et ad plenum.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII ch. 84.

CCCLIV. 1422. 23. Decembris.

Писмо капетану и проведитору Скадарскимъ, у комъ имъ се явля, да иде помоћь за нњи, а опоминю се, да и они чине што е годъ могуће, за одржанѣ Скадра. (Скраћено.)

Quod scribatur comiti et capitaneo Scutari et ser Jacobo Dandulo, provisori ibidem.

Recepimus his diebus litteras vestras . . . et respondentes sub brevitate . . denotamus vobis, nos misisse capitaneos, provisores et supracomitos nostros, cum galeis et gentibus in Boianam, ut guerizent et damnificent viriliter inimicos nostros . . . . et provideant, quod victualia deferrenda in Scutarum, . . . intro ipsum locum conducantur et ponantur . . . . Et ulterius mittimus de aliis victualibus . . . . . et continuabimus ad providendum ad omnia necessaria . . . . debeatis providere etiam vos a parte vestra,

de faciendo cum pecunia, et aliter prout vobis videbitur, illuc conduci per vias terrae de victualibus, per omnem modum possibilem; nam in talibus casibus conducuntur per homines super humeris et aliter qualitercunque. Mittemus insuper de brevi ad sufficientiam de nostris gentibus armigeris, tam equestribus, quam pedestribus, quod debeatis tenere secretum apud vos, et faciemus illas utiles et praestas provisiones, quae nobis videbuntur, pro conservatione locorum nostrorum de inde, ad honorem et statum nostri dominii.

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 84.

CCCLV. 1422. 2. Januarii.

Заключенѣ послати у Скадаръ войску, коннике и пешаке, и узети у службу войсковоѣу Николу Толентинскогъ. (Скраћено.)

Cum sit penitus necessarium providere de succurrendo civitati nostrae Scutari, ob strictos terminos in quibus consistit, tam pro conservando illam ad honorem et statum nostri dominii, quam etiam pro aliis considerationibus, merito superinde habendis, vadit pars: . . . . detur libertas collegio, destinandi ad partes Scutari usque quadringentos equites utiles, et illum quam minorem numerum ragatiorum poterit. Nam armigeri nolunt accedere, sine aliquibus ragaciis; dando sibi pagam quatvor mensium, ad rationem duca-

torum quinque pro quolibet equo utili in mense, et ducatos quatvor pro quolibet equo ragatii in mense , ... detur insuper libertas collegio, destinandi a ducentis in tercentos pedites . . . ad ipsas partes Scutari, sub illis comestabilibus et cum illo stipendio, modis et pactis, prout collegio apparebit . . . . . . Collegium habeat libertatem . . . conducendi aut de novo strenuum virum Nicolaum de Tolentino, aut de aliis . . . , ordinetur insuper, quod debeant armari quatvor brigantini, qui destinentur ad locum nostrum Scutari, iuxta requisitionem nostrorum comitis ac capitanei et provisoris Scutari.

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 85

CCCLVI. 1422. 7 Januarii.

Заключено, збогъ побѣде одржане надъ войскомъ деспотовомъ, нешиляти войнике у Скадаръ. (Скраћено).

Cum pridie captum fuerit in isto consilio, de mittendo ad partes Scutari equites quadringentos utiles, et illam quam minorem quantitatem ragatiorum fieri posset; et sicut habetur, per gratiam dei subventio data est civitati nostrae Scutari, ex quo non est necessarium facere tantam expensam; vadit pars: mitti debeant nonisi equites trecenti utiles , ... cum quibus mitti debeant solum pedites centum, quia istae erunt suffici-

entes ad faciendum honorem nostri dominii, et celerius et cum minori expensa haec negotia mittentur executioni.

Alii volunt sic:

Quia sicut est notum, principalior causa, propter quam deliberatum est, mittere gentes armigeras et facere alias provisiones ad partes Albaniae cum tanta celeritate, fuit pro succurrendo civitati nostrae Scutari, quae tenebatur obsessa per gentes despoti Raxiae, et maximo periculo subiacebat; sed per nova, quae modo habentur, et propter victoriam habitam per gentes nostras, exercitus despoti sit positus in fugam, et levatus ab obsidione Scutari, et illi civitati nostrae data sit subventio victualium et aliarum rerum, per modum, quod non est ita dubitandum de illo loco, sicut primo dubitabatur; et per consequens non est opus tanta celeritate ad istas provisiones, sicut erat primo, et sit res laudabilis providere secundum conditiones et mutationes rerum et temporum; vadit pars: quod nunc supersedeatur et differatur ad mittendum gentes armigeras ad illas partes, donec per istud consilium aliter fuerit terminatum, quia infra paucos dies habebuntur nova de successibus et conditionibus rerum illarum, et forte habebuntur modi et proponentur provisiones utiles et commodae, pro honore nostri domi-

nii et conservatione partium illarum, absque tanta expensa et interesse nostri dominii...

Et ut non amittatur tempus ad dandum principium provisionibus utilibus ad hoc factum, expediatur quanto prestius nobilis vir ser Andreas Marcello, qui vadat ad Juannum Castrioti, sicut captum est in isto consilio, cui etiam comittatur, debeat procurare per omnes vias... de reducendo alios dominos et nobiles illius contractae, ad nostram obedientiam, cum provisionibus et promissionibus ... et insuper mittantur pedites centum Scutarum, pro reformatione gentium, quae diu ibi steterunt .... et mittantur ... staria tria millia miley quanto prestius, ... et ducatorum ·III· millia, de quibus debeant facere subventionem stipendiariis nostris, et fulcire victualibus et rebus oportunis illam civitatem.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 86.

CCCLVII. 1422. 28. Januarii.

Заключено, на молбу кнеза и капетана Скадарског послати у Скадаръ войску. (Скраћено.)

Cum secundum informationem comitis et capitanei ac provisoris Scutari, et etiam ser Petri Polani, hortemur valde, pro conservatione terrae nostrae Scutari, ad mittendum illuc quendam numerum equitum, ... Vadit pars: detur libertas collegio ...

mittendi ad partes Scutari equites quingentos . . . . etc. . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 87.

CCCLVIII. 1422. 28. Januarii.

Налогъ капетану Кулфа, како да отвори путъ водомъ у Скадаръ. (Скраћено.)

Quod scribatur capitaneo et provisoribus nostris Culphi in hac forma, videlicet. Habemus informationem, quod destruendo pischerias, et amovendo molendina, existentia infra Scutarum, haberetur talis aditus, et efficeretur via ita lata et bona, et cum tali fundo, quod omni tempore possent ire Scutarum navigia, galee et barche, quod si fieret, esset perpetua conservatio dicti loci nostri Scutari, et propterea fidelitati vestrae . . . . mandamus, quatenus . . . . . . debeatis superinde facere executionem in totum,.. et si pur nequiret fieri in totum, illam saltem debeatis fieri facere, quantum fuerit possibile etc. . . . .

Captum: armare quinque barchas mittendas Scutarum, iuxta svasionem ser Petri Polani etc. . . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 87.

CCCLIX. 1422. 28. Januarii.

Налогъ Петру Полани, да иде у Дубровникъ, и да опомене Дубровчане, да престану радити о штети Млетака по Албаніи и по Далмаціи, и кодъ Србск. деспота. (Скраћ.)

Cum ob ea quae procurant et tractant Ragusei, . . contra statum et loca nostri

dominii, ad damnum et incomodum nostrum et subditorum nostrorum, sit sapiens dare sibi viva voce notitiam . . . . ut habeant causam cessandi et retrahendi se a tali proposito; vadit pars: fiat comissio ser Petro Polani, supracomito nostro Culphi, in hac forma, videlicet:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi. . quod . . . debeas te referre Ragusium, et praesentatis nostris litteris credulitatis . . . . illi regimini Ragusii . . . . expones et dices parte nostri dominii, quod habuimus iam diu informationes, ipsos Raguseos procurasse et tractasse et tractare . . . . in partibus Dalmatiae et Albaniae, contra statum nostrum et loca nostri dominii, et fecisse descendere dominum despotum et gentes suas, ad damna nostra; quod dudum nequivimus nec voluimus credere . . . . . sed modo sumus plenarie et optime informati,... dictas informationes . . . . . esse veras; quod nobis displicuit et displicet vehementer . . . . maxime considerato, quod suos Raguseos in locis et terris nostris conversantes, fecimus et facimus prout sciunt favorabiliter tractari et amicabiliter expediri. Et propterea eos requirimus, quatenus velint cessare et se removere a tali proposito, ne habeamus causam gravandi nos de eis. — Audita autem et habita responsione sua, debeas accepto com-

meatu ab eis, inde recedere et dirigere viam tuam versus Boianam, ad inveniendum capitaneum et provisores nostros Culphi, mittendo nobis distincte et ordinate responsionem . . . . . quam habueris ab ipsis Ragusanis . . . . .

Secr. cons. rogator. Lib. VIII. ch. 87.

CCCLX. 1422. 28. Januarii.

Наставленѣ за Андрію Марцело, кои иде Іовану Кастріоту, да овогъ придобіе за Млетке, а да буде противникъ деспота Србскогъ. (Скраћено.)

Cum dominus Juannus Castrioti, unus ex dominis Albaniae, qui confinat cum castro nostro Alexii, et est propingvus comitatui nostro Scutari, nuper per suas litteras scripserit nostro dominio, quas praesentavit nuntius suus, quod dictus dominus Juanus senserat, quod nostra dominatio ei invidebat, quia se reperiebat cum domino despoto, et quia miserat filium suum ad dominum despotum, et hoc non fecerat nisi pro bono loci nostri Alexii, prout in litteris eius, lectis isti consilio continetur, etc. ... et subiunxit oretenus dictus nuntius, ultra continentiam dictae litterae, quod Juanus est paratus sucurrere loco nostro Scutari, qui potius vellet nostrum dominium in dictis partibus dominari, quam dominus despotus, sed vellet habere a nostro dominio

illum honorem, quem habuit comes Nicheta; et consideratis conditionibus in quibus se reperit civitas nostra Scutari, necessarium sit, ... mittere ad Juanum unam personam fidam, et per modum secretum, et more mercatorio, ut requirit, ex nunc sit captum: quod collegium habeat libertatem mittendi ad Juannum unam personam fidam et secretam .. . . . cum comissione infrascripta:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Andreae Marcello ... ire debeas noster ambassiator ad praesentiam domini Juanni Castrioti, et ut ad eum ire possis secrete, volumus quod vadas ad locum nostrum Alesii, et quum ibi fueris, fingens ivisse tamquam mercator, debeas providere, de dando notitiam ... domino Juano, de adventu tuo .... et si Juanus erit contentus quod vadas ad praesentiam suam, palam vel oculte, ire debeas .... et debeas ei dicere quod scripsit nostro dominio ..... vigesimo quarto Novembris ... quod eidem invidemus etc. .... quod erga suam magnificentiam nullam invidiam habemus, sed eum amamus .... et habemus in carum amicum ..... et tenemus firmiter, quod illud quod fecit, mittendo filium ad dominum despotum, fecit ad bonum finem et cum bona intentione .... et quod scribit, se velle subvenire nostrae civitati

Scutari . . . . . debeas dicere, quod sicut ei notum est, subventio data est civitati nostrae Scutari, et videmus non esse necessarium pro nunc, ut succurrat dictae civitati, sed acceptamus dictam suam oblationem, quia sumus certissimi, quod si occurret casus, semper inveniremus eum optime paratum et dispositum, ad succurrendum dictae civitati, et faciendum illud quod dicit.

Et quia habuimus informationem, exercitum despoti se levasse, si in applicatione tua sentires, exercitum despoti iterato rediise ad obsidionem Scutari, et gentes dicti domini Juani in campo dicti despoti esse, debeas dicto domino Juano dicere, quod ut videamus hanc suam bonam intentionem, eundem dominum Juanum rogamus, quod velit revocare gentes suas, quae sunt in campo despoti, et aliorum dominorum de inde, si possibile erit; ostendendo dicto domino Juano pericula, ad quae subiacet, et etiam alii domini circumstantes, si dictus dominus despotus dominaretur in partibus illis; et circa hoc debes facere omnem possibilem experientiam . . . . . et si hoc obtinere poteris bene quidem, quando autem non, et videres . . . . quod necessarium foret eidem Juano aliquam promissionem facere . . . ut revocet gentes suas, ... potes promittere singulo anno de provisione, dicto domino Juano, ducatos centum et duas vestes. —

Si invenires gentes suas non esse cum gentibus domini despoti, nec eum esse dispositum, mittere in subsidium suum . . . . poteris ei tamen promittere ducatos centum et duas vestes de provisione in anno, promittente eo esse fidelis nostro dominio, et cum gentibus suis, si necessarium foret, sucurrere civitati nostrae Scutari nunc et in futurum.

Si vero iam esset in concordio cum capitaneo et provisoribus nostris, non debes ei promissionem facere . . . . . sed observetur promissum per eos . . . . .

Si vero in accessu tuo invenires gentes domini Juanni de novo esse cum gentibus domini despoti contra Scutarum, et videres . . . . necessarium esse eidem majorem promissionem facere . . . . . potes promittere usque ducatos ducentos et vestes duas in anno . . . .

Quando venies in Alexio . . . . debeas persentire ab capitaneo, quid praticati sunt cum Juano, et si convenerunt cum eo, non intrabis in praticam, si vero non convenerunt, praticabis ut supra etc. . . .

Si vero Juanus nollet, ut ires ad praesentiam suam, ut haec facta magis secrete tractentur, et vellet ut esses cum aliquibus ex suis, — et hoc placet nobis ... et studeas obtinere prout tibi superius comittimus.—

Fecimus tibi dare pannos decem quarantinos, et unam petiam pani fistichini fini,

et (tot) brachia scarlati, ut possis ostendere, quod ad dictas partes vadas sicut mercator, ... et potes dictum scarlatum et mediam petiam panni fistichini, donare domino Juano . . . et quatvor petias quarantinorum donare aliis hominibus Juani, ... alias sex petias quarantinorum et mediam peciam fistichini, dare nostro capitaneo . . .

Fecimus tibi dare ducatos mille . . . ut emas frumentum Alexii, quod mittere debeas Scutarum etc. . . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 88.

CCCLXI. 1422. 28. Januarii.

Заповесть проведитору Улцинньскомъ, тичуһа се рата са Србскимъ деспотомъ. (Скраһено).

Scribatur provisori nostro Dulcigni ..

Quia certi reddimur, quod propter reductionem hominum illius contratae, ad obedientiam nostri dominii, non erunt necessarii stipendiarii octvaginta, ad custodiam civitatis nostrae Dulcigni . . . . mandamus retineatis 25 et reliquos cassando . . . .

Super facto autem possessionum rebellium, qui recesserunt de Dulcigno et iverunt ad Masaracum, vobis denotamus, quod intentio nostra est, quod dictas posessiones sequestratas teneatis . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 89.

CCCLXII. 1422. 28. Januarii.

Налогъ проведитору Которскомъ, да прекине на лепъ начинъ погодбе са Ђурђемъ Јурашомъ. (Скраћено.)

Quod scribatur ser Marco Barbadico, provisori Catari, in ista forma:

Per litteras nostras datas die vigesimo quarto mensis Decembris elapsi, vobis cum nostris consiliis rogatorum et aditionis scripsimus et mandavimus, quatenus circa praticam, quam tenebatis cum Georgio Juras, pro reducendo eum ad obedientiam nostri dominii, procuraretis eam . . . . . omni industria perducere ad conclusionem . . . . . et possetis promittere eidem Georgio locum Antibari et Gentam superiorem etc. . . nunc vero revocantes praedictum mandatum, . . . retrahere vos debeatis a dicta pratica, quantum honestius facere poteritis.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 89.

CCCLXIII. 1423. 1. Februarii. Ind. II.

Обновлѣна привилегія великогъ войводе Босанскогъ Сандала, на Млетачко грађанство. (Скраћено.)

Privilegium magnifici et potentis domini Sandali, magni vayvode Bossine, de dignitate maioris consilii refectum.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis . . . . . presentem paginam inspec-

turis salutem et sincere dilectionis affectum. Expositum et supplicatum est nostro dominio, pro parte magnifici et potentis domini Sandalli, magni vayvode regni Bossine etc. quod cum alias tempore felicis recordationis illustris domini Michaelis Steno, Venetiarum etc. ducis, eidem magnifico domino Sandali concessum fuit privilegium de dignitate nostri maioris consilii, ad quam eundem magnificum dominum et suos legitimos filios, in numero ceterorum nobilium nostri maioris consilii constat solenniter aggregatum; et privilegium predictum casualiter sit amissum, dignaremur illud in ea forma, qua alias ipsi domino fuit elargitum, sibi facere punctaliter innovari. Nos autem suplicationem eiusdem domini parte porrectam, iustam esse cernentes, visis libris cancellarie nostre, in quibus forma dicti privilegii est notata, mandavimus ipsum privilegium de novo refici in subsequenti forma, prout eidem domino fuerat alias elargitum, et bulla nostra aurea communiri, in evidentiam premissorum, cuius quidem privilegii tenor per omnia talis est:

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus etc. prout in presenti libro ad cartam centum sexaginta octo. — Refectum autem et innovatum, anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo

tertio, mensis Februarii die primo, indictione secunda.

Liber privileg. I-mus, charta 199.

CCCLXIV. 1423. 6. Februarii. Ind. I. in Sutiska.

Уговоръ између Босанскогъ краля Тртка Тртковића и Млетака, тичући се рата противъ Іоана кнеза Цетиньскога.

Pacta et compositiones, celebrate et firmate cum illustri domino Stephano rege Rassie Bossine etc.

Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum rex etc. Perche horamai al spectabel et egregio homo, misser Zan Zorzi, ambasciator del serenissimo et excelentissimo signor misser Thoma Mocenigo, per la dio gratia inclito doxe de Veniexia, e del comun dc Veniexia, el qual de so comandamento e stato alla presentia nostra, e per le pratiche insembre fatte e habude, avertamente per patente nostre letere, bollade e dade soto el castel nostro di Visocho MCCCCXXII di XXI Deciembri, havemo demostrado l amor la dilicion e la bona amicicia, la qual nuj havemo e intendemo de haver e de observar cum el prefato misser lo doxe e l comun de Veniexia, la qual etiamdio amistade have la bona memoria del serenissimo re Thuertico, padre e preces-

s o r n o s t r o, cum el prefato misser lo doxe, e el comun de Veniexia, e perche intro le alter cosse che ne expoxe el predito misser Zan Zorzi, ambassiator, per parte del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, a nui cum grande instantia e solicitudine expoxe, che per contemplacion del dito serenissimo misser lo doxe e del comun de Veniexia, el ne plasexe si fattamente proveder et queli remedi far, i qual a nui paresse boni e necessarii, e per modo che l amor e la dilicion e la bona amicicia, la qual e intro le parte, de di in di habia a crescer e moltiplicur, et azo che i soditi e i fedeli nostri, e soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, liberamente et seguramente adinsembre possano conversar, in le terre e in li luogi de entrambe le parte, cum tute suo mercadantie e beni; exponandone el dito ambassiador, chel c o n t e Z u h a n n e d e C i t i n e s e quelo, che impaza questo, e fa piar e drobar i soditi e fideli de entrambe le parte, per modo, che algun non olsa vegnir in lo nostro regno, ni del nostro regno andar a le terre e luogi del dito misser lo doxe, e del comun de Veniexia; e sforzandose el dito c o n t e Z u h a n n e, di infrinzer e romper l amor la dilicion e la bona amicicia, la qual e intro le parte, pregando el dito ambassiador la nostra majestade, chel ne plasesse azo, che i soditi e i fideli de le parte ad-

insembre possano conversar, in le terre e luogi de le parte, cum le so mercandantie e beni, como e dito, et azo che la bona amicicia, la qual have la bona memoria del serenissimo re Thuertico, padre e precessor nostro, cum el prefato misser lo doxe el comun de Veniexia, etiamdio per nui sia habuda e conservada, e in lo avegnir se acrescha, andar contra el conte Zuanne de Citines e i luogi suo, perche desponando la nostra regal majestade, far questo e andar contra el dito conte Zuhanne de Citines e in luogi suo, cum potente exercito, over mandar potente nostro exercito, el ne promete, per nome del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, chel dito misser lo doxe e l comun de Veniexia, dara e contribuira de le terre e luogi de Dalmatia, quella zente, la qual sera zusta e raxonevole. E sel seguira la distruction del dito conte Zuhanne de Citines e la occupacion di so castelli e luogi, vol e domanda per nome del dito misser lo doxe e comun de Veniexia, che nui dagamo al prefato serenissimo misser lo doxe, e el comun de Veniexia, el castel de Clixa cum i suo confini e terreni, el castel de Dalmissa, e la montagna de Polizani, cum i suo confini e terreni; e tuti altri terreni, i qual fosse occupadi per el dito conte Zuhane, e per quelli de Dalmissa, e per quelli de Poliza, e per chadaun altri, i qual fosseno de la jurisdicion

de Spalato, e di altri luogi del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia, liberamente. Tuti altri veramente castelli terre e luogi, i qual se aquistasseno del dito conte Zuhane de Citines, fosse de la nostra regal majestade liberamente. Per la qual cossa, considerando quanto importa le cose, narrade e saviamente cum solicitudine et efficace raxon a nui exposte, per el dito misser Zan Zorzi ambassiator per nome del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, havemo voindo haver fra nui longo tempo bona advertentia e consideracion E considerando le cosse, che sono da considerar, revolzando in la mente nostra l amor la dilicion e l amicicia, la qual nui havemo al dito misser lo doxe e al comun de Veniexia, e in lo avegnir molto plu disposti de conservarla e de acrescerla, havemo deliberado e volemo de bon anemo e sincero cor, non guardando ad alguna cossa, la qual a nui per questo ne podesse vegnir in quelle cosse, le qual a nui para zuste et honeste, cum honor nostro poder far complaxer a quello misser lo doxe e al comun de Veniexia; e cosi per lo tenor de le presente nostre letere, semo convegnudi cum el predito misser Zan Zorzi, ambassiator per nome del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, union havemo fatto in questo modo, videlicet: Quod in dei nomine, nuy promettemo al predito spectabel homo misser Zan

Zorzi, ambassiador del prefato serenissimo et excelentissimo signor misser Thoma Mocenigo, per la dio gratia inclito doxe de Veniexia, per nome del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia, che da mo fin a pasqua de la resuretion del nostro signor Jesu Christo MCCCCXXIV, vigneremo cum potente nostro exercito, over mandremo potente nostro exercito, contra el conte Zuhane de Citines, e i luogi suo, comenzando del castel de Clixae, do mentre chel prefato misser lo doxe e l comun de Veniexia mandae la zente soa, como e dito, in quelo numero che sia zusto et honesto, como a nuy promete el dito ambassiator per nome del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia; e se disponeremo andar contra el conte Zuhane de Citines e i luogi suo, avanti el tempo de sora expresso, davemo notitia al prefato misser lo doxe e al comun de Veniexia, azo chel possa al tempo in lo qual nui ordineremo e disponeremo far questo, mandar la so zente a i luogi per le parte ordenadi; et evignando la destrucion e la occupacion di castelli terre e luogi del dito conte Zuhane de Citines, semo contenti e volemo, chel prefato misser lo doxe e l comun de Veniexia liberamente habia, senza alguna contradicion et obstaculo, el castel de Clixa cum tuti suo terreni e confini, e tuti altri terreni, i qual fosseno stadi occupadi per el

dito conte Zuane de Citines, e per quelli de Dalmissa, e per i Polizani, per chadauni altri, i qual fosseno de la jurisdicion de Spalato over de algun altro luogo del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia. Tuti i altri, veramente castelli Dalmissa, Zazunna, Sfin, Travinich, e la Montagna di Polizani, i quali sono del dito conte Zuhane de Citines, e tuti i altri suo casteli e luogi, i qual se aquistasseno per le zente de l intrade la parte, sia e liberamente remagna, senza alguna contradicion et obstaculo, a la nostra regal majestade; e cosi ne promete et ha promesso el predicto misser Zuan Zorzi, ambasciator del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, per nome del dito messer lo doxe e del comun de Veniexia, chel prefato misser lo doxe et comun de Veniexia fara et observera integralmente tute le cosse, che se contien de sora. E per mazor execution de le predite cosse, zurassemo entrambe le parte ad sancta dei Evangelia, come se contien de sora observar e far observar integralmente.

In fede de le qual cosse comandassemo le presente letere esser fatte, e de la bolla del nostro major sigillo esser bollade. Data in lo nostro borgo de Sotischa, MCCCCXXIII die VI mensis Februarii, inditione prima.

Commemoriale XI. ch. 88.

CCCLXV. 1423. 6. Februarii.

Отворено писмо Млетачкогъ посланика Iована Ђеорђiа, съ коимъ обявлюе уговоръ заключенъ са Босанскимъ кралѣмъ Твртк омъ Твртковићемъ.

Nos Johannes Georgio ambasciator serenissimi et excellentissimi domini, domini Thome Mocenigo dei gratia incliti ducis Venetiarum ect. et comunis Venetiarum; cupientes, quod amor dilectio et bona amicitia ac unio, que est inter serenissimum et excelentissimum dominum, dominum Sthephanum Thuerticum dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum regem etc. et prefatum serenissimum et excelentissimum dominum, dominum Thomam Mocenigo dei gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum, crescat et multiplicet, harum presentium tenore facimus manifestum, quod ad suprascriptas conventiones et unionem devenimus cum dicto serenissimo domino rege, nomine et vice dicti serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum. Quas quidem fieri fecimus per duas manus uniusmet sostantie et effectus, unam videlicet in ydiomate schiavo per manum viri sapientis Restoe Milochna cancellarij dicti serenissimi domini regis, alteram literali sermone per Johannem de Bonisio notarium nostrum, bullatum bulla Sancti Marci·

Datum millesimo, die, et indictione suprascriptis. Tenor autem conventionis et unionis est ut superius continetur. Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum rex etc.

Commemoriale XI. ch. 88.

CCCLXVI. 1423. 13. Februarii, Indict. II.

Привилегія на Млетачко грађанство браће и синоваца Сандаљови. (Скраћено).

Privilegium magnificorum dominorum, comitis Vocaç et comitis Volchi, fratrum et fratrum suprascripti domini Sandali, ac comitis Stephani, filii dicti comitis Vocaç et nepotis eiusdem domini Sandali, de domo Cosaçe, ad honorem maioris consilii.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam . . . . affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus solita celeberime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas, prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se

ostendunt. Unde cum magnifici et potentes domini comes Vocaç et comes Volchus fratres, et filii quondam magnifici et potentis domini Chragne, olim magni comitis regni Bossine, fratresque magnifici et potentis domini Sandali, magni vayvode regni Bossine, ac magnificus comes Stephanus, eiusdem magnifici comitis Vocaç filius et prelibati magnifici domini Sandali nepos, omnes de progenie et domo Cosaçe, semper fuerint et sint dilectissimi et perfectissimi amici nostri dominii, sicut ostenderunt et ostendere dispositi sunt, laudabilium et notabilium operum per effectus. Notum fieri volumus unicuique, quod omni juris, consiliorum... solemnitate servata, prefatos magnificos et potentes dominos, comitem Vocaç et comitem Volchum, atque comitem Stephanum Cosaçe, cum eorum et unius cuiusque eorum heredibus, ad numerum et numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori consilio fecimus et facimus, atque pro nobilibus et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra, ubilibet esse volumus et tractari; ipsos et eorum quemlibet, sincere benivolentie brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, quibus . . . . dignoscuntur, prefati magnifici et potentes domini, comes Volchus, comes Vo-

caç et comes Stephanus, ac quilibet eorum et ipsorum et unius cuiusque eorum heredes in Venetiis et extra ubique locorum, plenissime gaudeant perpetuo et utantur. Nobis quoque idem magnifici domini, comes Vocaç, comes Volchus et comes Stephanus, per suum procuratorem legitimum, ad evangelia sancta dei, solenniter fidelitatis debitum prestiterunt juramentum; ad quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, mensis Februarii die tercio decimo, indictione secunda.

Liber privilegiorum I. ch. 199.

CCCLXVII. 1423. 16. Februarii, Indict. II, Venetiis.

Привилегія, коіомъ Млетачкій Луждъ потврђуе великомъ войводи Сандалу, нека нѣгова права, и уговоре постоѣе између Млетака и нѣга.

Privilegium magnifico domino Sandali concessum, continens pacem et concordium cum eo factum, per spectabilem et egregium virum, dominum Johannem Georgio ambassiatorem dominij ad ipsum dominum; et insuper decem capitula porrecta do-

minio per ambassiatorem ipsius domini, et responsiones ad ipsa capitula.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum etc.

Principum munificentie decus aspicit, promissis per ipsos, vel eorum ambassiatores nuntios sindicos vel procuratores, non solum assentire, sed etiam illa confirmare, et valida cautione roborare. Cum itaque nuperime ad nostram comparens presentiam, vir spectabilis comes Pribislaus Pochqualich, ambassiator magnifici et potentis domini Sandali, magni vaivode Bossine, intimi amici nostri dominii, nobis porrexerit decem capitula, et per ipsorum nonum, sicut in illo inferius cavetur, nobis suplicaverit, ut dignemur ipsa capitula et responsiones nostras, nec non privilegium sive contractum concordii et pacis, celebrati inter nos et magnificentiam suam, per medium viri nobilis Johannis Georgio ambasiatoris nostri, in uno eodem nostro privilegio, bulla nostra bullato, facere annotari. Nos etsi ex innata nostro dominio fide, non solum privilegia, sed queque oretenus etiam, que in scriptis minime apparent, promissa inviolabiliter attendamus et observemus, ob quod dictum privilegium

fieri facere necesse non foret, attamen ipsius magnifici domini precibus et supplicationibus annuentes, presens privilegium fieri jussimus, primo de verbo ad verbum in eo inseri facientes, tenorem privilegij concordii et pacis cum eodem magnifico domino Sandali facte, et subsequenter predicta decem capitula et responsiones nostras ad eadem capitula fecimus annotari. Tenor namque dicti privilegii, concordii et pacis per omnia sequitur, et est talis: „Nos Johanes Georgio ambassiator illustrissimi et excellentissimi domini Francisci Foscari dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Universis et singulis has presentes literas inspecturis, notum facimus, ut amor dilectio, unio, amicicia et bona pax sit inter dictum serenissimum et excelentissimum dominum ducem et comune Venetiarum, et magnificum et potentem dominum Sandali Bossine magnum vayvodam, fratres suos, et domum suam, que hec sunt, que habuimus et obtinuimus ac fecimus cum predicto magnifico vayvoda Sandali, nomine et vice dicti domini ducis, et comune Venetiarum, pro comoditate civitatis Catari, et pro aliis contentis in infrascriptis literis, quas literas fieri fecimus per duas manus, unam per manum circumspecti viri Johanis de Bonisio, cancellarij nostri, literali sermone, alteram manu prudentis viri Bogati Rado-

salich cancellarii dicti magnifici vayvode Sandali, in idiomate Sclavonico, uniusmet tenoris et substantie. Quas literas pro majori firmitate et evidentia pleniori, bulla Sancti Marci bullari fecimus. Tenor autem literarum talis est: „Nos Sandali Bossine magnus vayvoda, cupientes sicut semper fuit nostre mentis et propositi, et in futurum multo magis demonstraturi dispositi, quod amor, unio, amicicia, concordium atque pax sit inter nos, magnificos fratres nostros, et domum nostram, et excellentissimum et serenissimum principem dominum, dominum Franciscum Foscari, dei gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum. Reducentes ad memoriam, quod vir spectabilis et egregius, dominus Johanes Georgio, honorabilis ambassiator prefati domini ducis et comunis Veneciarum, anno preterito ter se contulit ad presentiam nostram, et sub literis credentialibus, post salutationes et oblationes nobis factas, circa ammissionem quam fecimus de civitate Catari, que pervenit ad manus prelibati domini ducis et comunis Venetiarum, nobis explicavit, quod prefatus serenissimus dominus dux, et comune Venetiarum, dictam civitatem Catari non accepit causa habendi majus dominium; sed moti compassione propter guerras et novitates, quas eidem faciebat quondam Balsa Stracimir, qui erat inimicus di-

cti domini ducis, et comunis Venetiarum, et pro multis aliis de causis, nobis sapienter per dictum ambassiatorem explicatis, intromissionem dicte civitatis fecerunt, nos rogando, quatenus nobis placeret, ex contemplatione prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum, facere bona vicinantia dicte civitati Catari, subditis et fidelibus ejusdem, et territoriis suis; et tenere modum cum effectu, quod c a r a v a n e irent per rectam viam ad civitatem C a t a r i, et n o n R a g u s i u m; et quod quatuor Catarinos, quos habemus in obsides a comunitate Catari, ob contemplationem ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, relaxaremus, promittendo nobis, quod ipse prelibatus dominus dux, et comune Venetiarum, daret et dari faceret nobis singulo anno de introitibus camere salis Catari, ducatos sexcentos auri. Circa que per partes multa dicta fuerunt, et illotunc concordium aliquod ad invicem haberi non potuit. Nunc autem quia de novo et in presenti, dictus dominus Johanes Georgio, ambassiator prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum, pervenit ad nostram presentiam, cum literis credentialibus ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, qui post salutationes et oblationes nobis factas, nobis omnia predicta, et multa alia sapienter replicavit, nos rogando, quatenus nobis placeret condescendere, et annuere voluntati dicti do-

mini ducis, et comunis Venetiarum, modo et promissione superius expresso, promitendo nobis ultra sexcentos ducatos predictos, domum quam habebamus in civitate Catari, libere et expedite, per modum, quod ipsam, et de ipsa facere poterimus libitum nostrum. Et quamvis videamus et cognoscamus, hoc esse cum dedecore et incomodo nostre magnificentie, tamen resolventes in mente nostra, quantum prompti sumus et in futurum multo magis dispositi, facere de rebus, que sint grate prefato serenissimo domino duci et comuni Venetiarum, nec non considerantes labores habitos, et passos per dictum dominum Johannem Georgio ambassiatorem, qui diversis temporibus multotiens fuit ad presentiam nostram, multum etiam nos inducunt ad faciendum, que nobis explicavit, et ad removendum de mente nostra ammissionem Catari. Quapropter tenore nostrarum presentium patentium literarum, promittimus in Dei nomine, dicto domino Johanni Georgio ambasiatori prefati serenisimi domini ducis et comunis Venetiarum, quod nos magnificus vayvoda Sandali Bossine, et magnifici fratres nostri, et domus nostra, cum toto nostro dominio, volumus amorem, unionem, amicitiam et bonam pacem habere, cum prefato serenisimo et excellentissimo principe domino, domino Francisco Foscari dei gratia inclito duce Venetiarum, ac comune Venetiarum, ac promit-

timus, et volumus, quod caravane et turme Bossine, et omnes alie karavane sint in sua libertate, et ire valeant Catarum, et alibi quo velint, pro sua comoditate, sicut primo faciebant, et quod nullatenus modo vel forma per nos, nec per aliquos nostros, ipsas impedicmus in nostro dominio, sed potius ipsas in sua libertate, cum quibuscumque suis bonis, eundo stando et redeundo, ad civitatem Catari et alibi quo velint, dimittemus, et dimitti omnino faciemus, solventibus ipsis karavanis et turmis, carinas et tergovinas, que solvuntur presentialiter per alios in nostro dominio. Et ut omnes istud sciant, notitiam dari faciemus per totum nostrum dominium, quod ipse caravane et turme possunt ire Catarum, et alibi quo velint sicut primo faciebant, pro sua comoditate, cum quibuscumque suis bonis et mercantiis, modo predicto. Et quod faciemus bonam vicinantiam civitati Catari, et omnibus terris et locis dicti domini ducis, et comunis Venetiarum, ac omnibus subditis civibus et fidelibus suis, venientibus in nostro dominio, et eisdem jus et justitiam ministrabimus, et ministrari faciemus cum effectu, ipsis requirentibus. Pro quibus quidem predictis, predictus spectabilis et egregius vir, dominus Johanes Georgio ambassiator prefati domini ducis et comunis Venetiarum, auctoritate sibi attributa a predicto domino duce et comune Venetiarum, nobis magnifico

vaivode Sandali promittit, quod ipse dominus dux et comune Venetiarum dabit, et dari faciet, nostre magnificentie annuatim in Cataro, de introitibus camere salis Catari, ducatos sexcentos auri, vel in aliis terris Dalmatie ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, ubi valeamus mittere nostrum servitorem ad accipiendum dictos denarios, et inde extrahere, et libere portare, si eisdem domino duci, et comuni Venetiarum videbitur, et placuerit, et si eisdem non placuerit, nobis dabit, et dari faciet, in civitate Catari annuatim dictos ducatos sexcentos, modo predicto, ac domum, quam primo habebamus in Cataro, ut ipsam, et de ipsa disponere et facere valeamus libitum nostrum.

Promittitque nobis dictus dominus Johannes Georgio, ambasiator, quod nobis et fratribus nostris, et heredibus nostris, in quibuscunque terris et locis ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, contra nostros servitores ministrabitur jus et debitum. Illos autem quatuor Chatarinos, quos habemus in obsides, licet nobis infidelitatem facierunt, propter quam deberent luere omnem penam, tamen ut prefatus serenisimus dominus dux et comune Venetiarum, videant et cognoscant nostram liberalitatem, et nostrum bonum propositum erga ipsos, sumus contenti, ob reverentiam dei, et ob contemplationem ipsius domini ducis, et comunis Venetiarum, et ob

requisitiones nobis multas factas per dictum dominum Johannem Georgio, eorumdem ambassiatorem, libere relaxare et dari dicti ambassiatori, ut illos consignet nostri parte prelibato serenissimo domino duci et comuni Venetiarum, et eisdem nos, et fratres nostros, et domum nostram, offerat et recomendet. Et ut melius, et validius predicta servari possint juravimus ambe partes ad sancta dei Evangelia, omnia predicta observari et inviolabiliter per partes observari facere. In fidem quorum premissorum, ut dictum est, jussimus has presentes literas fieri facere, et bulla sancti Marci apphensione muniri. Datum sub castro Blagaj, die primo Novembris, 1423, indictione prima.

Tenor autem dictorum decem capitulorum, et responsionum nostrarum ad ipsa factarum, per omnia sequitur et est talis, videlicet:

Primo, quod dignemur facere, quod ducati sexcenti, nominati in suprascripto privilegio, solummodo pro ipso magnifico domino Sandali, dicant, pro magnificentia sua et suis heredibus. Et insuper, quia idem dominus Sandali scit, quid et quantum importat ad bonum, et conservationem pacis, quod dicta provisio se extendat in conjunctos et affines suos, considerato quod ipse magnificus dominus Sandali, tam de factis Catari, quam de aliis sibi petitis per virum nobilem

Johannem Georgio ambasciatorem nostrum, illari animo, et liberaliter condescendit ad voluntatem nostram, et in omnibus se conformavit, et sic in futurum amplius est dispositus, dignemur extendere munificentiam nostram, non in majori quantitate pecunie, sed tantummodo, quod dicta provisio ducatorum sexcentorum se extendat etiam ad magnificos dominos comites Vocaz et Volchum fratres suos, et comitem Stephanum nepotem ipsius domini Sandali, ac filium dicti comitis Vocaz, et heredes eorum, et omnes de progenie ipsius domini Sandali, appellata Cosaze.

Secundo: Quod domus quam sua magnificentia habet in Cataro, nominata in privilegio infrascripto pro sua magnificentia solummodo, dicat et confirmetur ipsi domino et suis heredibus, ac suprascriptis ejus fratribus, et nepoti ac eorum heredibus, et omnibus de dicta eorum progenie Cosaze; et ulterius quod dignemur, propter optimam dispositionem, quam habent ad bonum servitium, quod facere disponunt, semper dari facere extra Catarum tantum terrenum, quantum placeat nostro dominio, cum condictione domus predicte, et provisionis antescripte. Insuper quod domus quam habet in Jadra idem dominus, licet per dictum ambassiatorem non fuerit promissa, eidem domino et suis heredibus confirmetur, sicut alias fuit confirmata, vel detur per nos concambi-

um condignum in civitate nostra Venetiarum, quod sit ad condictionem provisionis et domus de Cataro antescriptarum. Et quando hoc nobis non appareret, dignaremur saltem confirmare ipsam domum de Jadra, per modum qui supra dictum est, de domo de Cataro, concedendo similiter de territoriis extra Jadram, illa que nobis videntur concedenda ipsi domino, fratribus et heredibus suis, ut supra.

Ad contenta in suprascriptis primo et secundo capitulis respondemus, quod quamquam juxta formam pactorum pacis et concordii, celebrati inter nos et magnificentiam suam, per medium ambassiatoris nostri predicti, non teneamur dari predictos ducatos sexcentos, et domum Catari, nisi magnificentie sue; attamen in ejus complacentiam, et ut clare cognoscat bonam intentionem et dispositionem nostram erga magnificentiam suam, et magnificos fratres suos et eorum heredes, sumus contenti, quod dicta domus de Cataro, et similiter alia de Jadra, sint ipsius domini Sandali, dominorum comitum Vocaz et Volchi fratrum, et comitis Stephani nepotum suorum, et suorum heredum. Et insuper, quod sicut habere debet predictus dominus Sandali annuatim ducatos sexcentos, dicta provisio se extendat ad fratres, nepotem, et heredes suos, ipsis tenentibus loca et dominium, que ipse dominus Sandali tenet ad presens, et observantibus id,

quod vigore pactorum idem magnificus dominus Sandali observare debet. De teritoriis autem de extra dicimus, quod ipsa territoria sunt fidelium nostrorum ipsorum locorum, a quibus ipsa juridice vel honeste accipere non possemus. Itaque merito nos habeat sua magnificentia excusatos.

Tertio: quod essent aliqui non fideles ipsi magnifico domino Sandali, qui se ab eo absentarent, reducendo se ad loca et terras nostri dominii, nostra dominatio non det eis vel eorum alicui favorem aut auxilium, contra ipsum magnificum dominum Sandali, aut contra dominationem suam. Et quod nullo tempore aliquis rebellis seu infidelis dicti domini possit portare aliquod suum vel alienum havere, in terris aut locis nostris, neque etiam aliqui dictorum infidelium seu rebellium predictorum, cum eorum castris, villis, vel teritoriis, in manibus et sub protectione vel potentia nostri dominii possint acceptari.

Ad contenta in dicto tertio capitulo respondemus, quod intendentes pacem et concordiam inviolabiliter observare, sumus contenti, et ita mandabimus per nostros observari debere, pro bona amicicia et vicinantia observanda, quod subditis et fidelibus suis, qui a sua magnificentia se absentarent, et ad loca nostra se reducerent, vel eorum alicui non dentur contra magnificentiam suam, auxilium consilium vel favores, eo-

dem domino Sandali observante similiter erga nos, et nostrum dominium.

Quarto, si turmis et caravanis civium subditorum et fidelium nostrorum, aliqua violentia in Bossina vel in dominio ipsius magnifici domini Sandali fieret, idem dominus non vult propter hoc aliquid solvere, sed bene est contentus omni modo sibi possibili adiuvare, et facere, quod illi qui passi fuerint damna et sinistra, ista de causa reducantur ad satisfactionem.

Quinto, quod idem magnificus dominus non vult perdere aliquid de contentis in privilegio, salvo quod si faceret rem, que foret contra dominium et comune Venetiarum.

Ad ipsa quartum et quintum capitula respondemus, quod visis capitulis privilegii concordii nuperime celebrati, per medium dicti ambassiatoris nostri, inter nos et magnificentiam suam, que honestissima nobis videntur, sumus dispositi illa omnino observare, et rogamus magnificentiam suam, licet opus fore non credamus, quod ita ex parte sua facere velit.

Sexto, quod dominatio nostra ipsi magnifico domino confirmare dignetur omnia privilegia, eidem domino concessa per tempora retroacta.

Ad istum sextum respondemus, quod de ipsis privilegiis preteritis nullam notitiam habemus, sed noviter pervenimus cum ipso do-

mino ad novum concordium et compositionem per medium ambassiatoris nostri predicti, quam compositionem sive concordium intendimus effectualiter observare.

Septimo: Quod ut habeant spem ipse magnificus dominus, ejus heredes, fratres et eorum descendentes, personas suas, terras castra possessiones res et bona, ac omnem eorum dicionem quam tenent presentialiter, quocumque et obicumque bene tenendi et possidendi, dignemur sibi facere bonum cor et animum, quod sicut boni cives nostri habebuntur recipientur et tractabuntur in omni casu.

Ad hoc septimum respondemus, quod singularem magnificentie sue et fratribus atque nepoti suis gerentes amorem et caritatem, viso ipso capitulo sumus contenti facere prout petitur.

Octavo, quod si aliquod sfortium gentium alicujus partis oprimeret vel invaderet dictum dominum vel ejus fratres et descendentes seu eorum ditiones et loca, dominatio nostra illos adjuvet et defendat sicut est licitum. Respondemus ad hoc octavum, quod sumus certissimi, quod magnificentia sua et fratres sui atque nepos, qui sapientissimi sunt, providebunt ad conservationem status eorum, et nos a parte nostra erimus contenti, prompti et parati, concordium per nos cum ipso magnifico domino factum, inviolabiliter observare.

Nono, quod dignemur concedere eidem magnifico domino Sandali, per privilegium obtentum cum ipso magnifico domino per iamdictum Johanem Georgio ambassiatorem nostrum, cum omnibus que nunc petita sunt per ipsum spectabilem comitem Pribislaum, ejusdem domini Sandali ambassiatorem, contineantur omnia in uno privilegio cum bulla nostra aurea pendente, quod habebit idem dominus ad gloriam et honorem suum; et quod vellet etiam simile privilegium cum simili bulla in lingua sclava conscriptum. Ad nonum respondemus, quod licet opus non foret privilegium contentum per nobilem virum Johanem Georgio oratorem nostrum in presenti privilegio refici facere, quoniam illud intendimus effectualiter observare, attamen in magnificentiae sue complacentiam, sumus contenti illud una cum suprascriptis capitulis et responsionibus in uno eodem privilegio, nostra bulla aurea communito, facere anotari, aliud autem simile in lingua sclava non valemus scribi facere, quod non habemus notarios illam linguam scientes. Itaque placeat habere nos merito excusatos, nam intendimus ut dictum est, prout semper nostre fuit consuetudinis, ipsas responsiones et privilegia nostra observare.

Postremo supplicatum extitit pro parte ipsius magnifici vaivoda Sandali et magnificorum fratrum suorum, comitum Vocaz

et Volchi, ac magnifici comitis Stephani nepotis ipsius magnifici domini Sandali et filii ipsius magnifici comitis Vocaz, quod dignemur eosdem, magnificum dominum Sandali fratres suos atque nepotem et ipsorum filios et heredes, facere de numero nobilium nostrorum civitatis ac majoris consilii Venetiarum, concedendo eisdem privilegium dicte nobilitatis, bullatum bulla aurea, quamvis idem magnificus dominus Sandali fuerit alias factus de numero nostrorum nobilium predictorum, sed propter guerras proxime lapsas suum privilegium casualiter sit ammissum. Ad istud ultimum respondemus, quod in conplacentiam ipsius domini Sandali, sub nomine et bulla nostra refici faciemus privilegium dignitatis majoris consilii sue magnificentie alias concessum, in ea propria forma quam habuit, et ut videant ipsi magnificus dominus ac prelibati magnifici fratres et nepos sui, quod eos sincera caritate complectimus et in cunctis possibilibus libenter complacemus eisdem, sumus contenti cum debitis solemnitatibus et ordinibus nostris, assumere et facere ipsos magnificos fratres suos atque nepotem, ad numerum et de numero aliorum nobilium nostri majoris consilii, et quemadmodum est magnificus dominus Sandali predictus.

In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem, juxta requisitionem ejusdem comitis Pribislavi ambassiatoris dicti domini

Sandali, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro d u c a l i p a l a t i o, anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, die sextodecimo Februarij, indictione secunda.

Comemoriale XI. ch. 97.

CCCLXVIII. 1423. 16. M a r c i i.

Наставлені Марку Барбадику проведитору Которскомъ, подъ коимъ условіяма може погађати се о миру са Србскимъ Деспотомъ. (Скраћено.)

Cum intellectis et consideratis contentis in litteris nobis missis per nobilem virum Ser M a r c u m B a r b a d i c o, provisorem nostrum C a t a r i, videamus et habeamus inter cetera, dictum nostrum provisorem ex ipsis habitis considerare et comprehendere, quod d o m i n u s d e s p o t u s ad pacem contrahendam cum modis et conditionibus alias praticatis cum ipso domino despoto per dictum Ser Marcum Barbadico, condescendere vellet, quod si posset habere locum, faceret valde, consideratis considerandis, et etiam esset iuxta conceptum et dispositionem nostri dominii, vadit pars, quod scribatur eidem Ser Marco Barbadico, in hac forma, videlicet:

Informati ad plenum per literas vestras nuper habitas, de reversione nuntiorum vestrorum transmissorum cum litteris ad dominum d e s p o t u m, et de relatis ac ha-

bitis per eos, et de intentione domini despoti venire ad pacem . . . et etiam de dispositione vestra, destinandi iterum ad praedictum dominum despotum, iuxta requisitionem suam, illum Ostoiam, nuntium vestrum, habentem dicta causa eius salvum conductum etc . . . quia disponeremus semper nos honeste ad viam pacis . . . mandamus vobis . . . mittere debeatis ad praesentiam ipsius domini despoti providum virum Ser Marinum de Drusco, prout dictis vestris litteris nobis scriptis, de eius fidelitate bene et ample confidimus, vel aliquem alium fidum et aptum . . . Et si idem Marinus vel alius . . . reperiret praedictum dominum despotum cum dispositione volendi venire ad pacem cum nostro dominio, . . . detis sibi libertatem in hoc casu, existentibus rebus in terminis et esse in quibus erant, quando fecistis praticam praedictae pacis, possendi ipsam pacem concludere in modum infrascriptum videlicet:

. . . dictus dominus teneat loca Drivasti et Antibari cum suis confinibus, et quod nostra dominatio teneat et possideat loca Dulcigni et Budue cum pertinentiis suis et districtibus suis, et cum residuo Saboianae, et civitatem Scutari cum districtu et pertinentiis suis, et per modum, quo dictam civitatem habuimus a condam domino Georgio . . . et si non posset omni possibili

instantia nostram intentionem obtinere, debeat de his quae fecerit et de intentione, quam comprehenderet ipsum dominum despotum habere, per suas litteras vos informare . . et expectare vestrum mandatum . . . . et potestis ei rescribere, dando sibi libertatem possendi promitere domino despoti ad partem . . . . pro nostro dominio, ducatos quingentos usque mille in anno, de introitibus Scutari, prout dabamus condam domino Georgio Strazimiri.

Si vero ocurrisset, quod loca Drivasti vel Antibari, vel aliquis eorum pervenissent ad manus nostras, vel pervenirent antequam fieret conclusio cum dicto domino despoto, debeatis in dicto casu comittere praedicto, quem destinabitis, quod tractet et procuret, quod dicta loca remaneant nostro dominio, cum districtibus et pertinentiis suis, faciendo omnem instantiam possibilem veniendi ad dictam conclusionem. Et quando hoc obtinere non posset, debeat per suas litteras de omnibus, quae habuerit, vos pelenarie et distincte informare, expectando mandatum vestrum. Et in dicto casu volumus, quod . . debeatis ei rescribere . . . . dando sibi libertatem promittendi pro loco Drivasti singulo anno a ducatis 400 usque 600, ultra summam illam a ducatis 500 usque 1000, quam promisisset, ut prefertur, et pro loco Antivari a ducatis 300 usque 400.

Ceterum ut dictam nostram intentionem cum plenaria libertate et bene auctentice adimpleri et fieri facere valeatis, mittimus vobis sindicatum nostrum stipulatum et in publicam formam reductum superinde in personam vestram etc. . . .

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 95.

CCCLXIX. 1423. 16. Martii.

Наставленѣ за генералъ-капетана Кулфа Франю Бембо, тичуће се землѣ Србскогъ деспота и Арбанаски поглавара, деспоту подчинѣни. (Скраћено).

Nos Thomas Mocenigo, dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Francisco Bembo militi . . . ituro de nostro mandato capitaneo generali Culphi, quod in bona gratia cum galeis nostris Culphi tibi comissis, recedendo de Venetiis, . . . ire debeas Jadram, pro conforto rectoris et comunitatis Jadrae, — de inde versus Scutarum, et in via tua declines Catarum — pro hortando rectorem et civitatem . . . dein quanto prestius — versus Dulcignum — similiter hortando rectorem et civitatem . . . dein intrare debeas Boianam, et ire ad sanctum Serzium, et ibi remanere pro securitate civitatis Scutari . . . et damus tibi libertatem reducendi ad obedientiam et fidelitatem nostram populos subiectos comitatui nostro Scutari et nobiles de inde, — et

illos qui essent sub iurisdictione Dulcigni, qui essent inobedientes, cum illis modis et promissionibus qui tibi videbuntur utiles, ut contractas praedictas sub fidelitate et obedientia nostra conservare et tenere possimus.

Insuper . . deliberavimus mittere ad partes Scutari certam quantitatem gentium equestrium, et ut dictae gentes cum securitate descendere possint ad Sanctum Serzium, relinquimus in libertate tua faciendi unam bastitam a latere Sancti Serzii . . . quae sit fortis, ut gentes nostrae possint in illa habitare.

Insuper damus tibi libertatem possendi praticare et experiri, si posses reducere ad obedientiam nostram loca Drivasti et Antivari cum districtibus suis, et eos removere ab obedientia domini despoti, et similiter illos de la Xaboiana, qui non venissent ad obedientiam nostram, utendo illis bonis viis et modis, qui tuae sapientiae videbuntur.

Et quia securitas locorum nostrorum de inde, consistit pro maiori parte in habendo ad obedientiam nostram illos nobiles de inde, tam vicinos locis nostris, quam illos qui sunt subiecti dictis nostris locis, damus tibi libertatem possendi promittere Juani Castrioti de provisione in anno ducatos trecentos, promittente dicto Juanno, de non essendo contra nostrum dominium; et Coie ducatos ducentos, promittendo similiter; et

Tanus magno et Tanus parvo ducatos centum in anno pro quolibet, et alios trecentos restantes usque ad summam ducatorum mille, possis dividere inter alios nobiles de inde, secundum conditiones eorum, dando unicuique illud quod tibi videbitur, de provisione in anno, ut habeant causam perseverandi in obedientia et fidelitate nostri dominii, quos solvi volumus de introitibus nostris Scutari, loco illorum mille ducatorum, quos soliti eramus dare Balsae.

Sed si Juannus cum Ser Andreo Marcello — devenerit ad concordium, tu nullam aliam promissionem facias Juano, declarantes tibi, quod causa propter quam volumus denarios suprascriptos expendere in praedictis est, quia volumus, quod remanerent in nostro comuni pro maiori parte pronie et territoria nostra de inde, pro utilitate nostri comunis . . . Et quia Pàmalioti et alii certi de inde venerunt ad obedientiam nostram, et multum fuerunt favorabiles ut obtineremus intentum nostrunt, ad succurendum civitati nostrae Scutari, volumus quod praedictos debeas humane et dulciter pertractare, et eos habeas recomissos; denotando tibi, quod misimus certos pannos distribuendos inter illos, qui venerunt ad obedientiam nostram, et illos dividas . . . .

Secr. consil. rog. Lib. VIII. ch. 96.

CCCLXX. 1423. 28. Martii.

Заключено утврдити градъ Задаръ, кои е ключъ Далмаціе, и морска капія Млетака.

Cum sicut omnibus est manifestum, civitas nostra Jadrae cognita sit, esse una bastita imo porta maritima Veneciarum et status nostri, et sic per progenitores nostros fiut continue reputata, sicut satis patet ex maximis gverris habitis circa recuperationem illius pluribus vicibus, quibus illam amisimus, in quibus magna pars sostantiarum civium nostrorum exhausta fuit, ultra effusionem sangvinis et consumptionem personarum; et faciat pro honore nostro infinitis causis velut et casibus omnibus satis notis, non stare ulterius in his terminis, sed est totis sensibus vigilandum, ad fortificandum illam presto et taliter, quod nec nos nec posteri nosri ullo tunquam tempore habeant dubitare, quod per aliquem casum vel potentiam amittatur, et quod omnis malus conceptus et spes de mentibus emulorum nostrorum penitus auferatur, et ad hanc tam salutiferam et necessariam provisionem non sit habenda consideratio ad laborem aliquem vel expensam, respectu tanti boni, quia per hanc viam dici poterit, statum nostrum esse perpetuo assecuratum, et tenendo Jadram tenebitur tota Dalmatia, nec unquam poterit dubitari de guerra maritima, vadit pars: se-

cundum opinionem et consilium omnium ingeniariorum, qui sciunt et sunt pratici in his rebus, et qui ad oculum viderunt et diligenter consideraverunt et examinaverunt omnia ista negotia; quod in nomine dei fieri et construi debeat unus murus ad transversum civitatis nostrae Jadrae, incipiendo a porta Sancti Dimitrii sive Brusata, eundo recto tramite ad alium murum civitatis versus Austrum, per cuius muri constructionem habebimus unam fortissimam citadelam, et in ea erit conprehensum et clausum castrum nostrum et catena et bucca portus; in qua citadella habitare debeat noster capitaneus et stipendiarii nostri equestres et pedestres ac nostri Veneti, et non aliquis civis vel paesanus. Et ut dicta citadella fiat in illa optima forma et fortitudine quae sit possibilis tam de muris quam de turribus et fossis per modum, quod de ea nequeat dubitari, et etiam cum quam minori expensa fieri poterit, atque celeriter, quia in mora non est absque periculo, ordinetur et mandetur magistro Picino ingenierio nostro, quod ire debeat Jadram ad dandum ordinem toti huic laborerio, et ad inveniendum modum de apparatibus necessariis, ita ut absque perditione temporis isto tempore novo, detur principium huic operi, . . etc. . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 99.

CCCLXXI. 1423. Indict. I, 4. Aprilis, in Galea.

Уговоръ капитулаціе Паштровића, са условіама подъ коима су ови примили вр'овну владу Млетака.

In Christi nomine amen. Millesimo quadringentesimo vigesimo tertio. Indicione prima, die quarto mensis Aprilis, in galea magnifici et generosi militis domini Francisci Bembo, pro serenissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. honorabili capitaneo generali Culphi etc. facta nomine et consilio per infrascriptos nobiles Pastrovichios et eorum homines, juxta Molendina eorum, penes marinam, ad hoc, ut concordium fieret, et optantes merum concordium facere cum prelibato serenissimo ducali dominio Veneciarum etc. vel cum prelibato magnifico domino capitaneo nomine prelibati serenissimi ducalis dominij et se prelibato serenissimo ducali dominio, et ejus imperio subicere, et ejusdem fideles esse, porrexerunt et dederunt hec capitula prelibato magnifico domino capitaneo, petentes juxta ipsorum tenorem.

Nomina quorum nobilium sunt hec, videlicet:

Dabisius Alechig Pastrovich
Radich Michovich
Juannus Risavich
Juhanes Chindis

Raticho Calogiurgevich
Nenado Cervez
Petan Glavos
Sorach Buranovig
Karnoy Novachovigh blisighuja
Vochota Dracovig
Radis Grubacevig
Bohan Bugliarevig
Novach Tomich

qui electi fuerunt per eorum consilium, ut supra, ad concordium fiendum et firmandum cum prefato magnifico dominio capitaneo, nomine prelibate serenissime ducalis dominationis Venetiarum etc. quorum capitulorum tenor talis est.

P r i m o: quod suprascripti nobiles per eorum consilium volunt sibi eligere sibi rectorem annuatim, q u i d e b e a t c o n f i r m a r i per serenissimum ducale dominium ad eorum gubernationem, et eis jus ministrandum, tam in civilibus quam in criminalibus, secundum antiquos eorum mores et statuta.

I t e m, quod per prelibatum serenissimum ducale dominium manuteneantur, et defendantur eorum jura, et confinia, et si qua confinia vel jura ipsorum antiqua, jam perdita vel per vim vel per inimicitiam eis subrapta, contigeret recuperari, ipsis restituantur.

I t e m se obligant ei promittunt dicti nobiles cum eorum sequacibus et amicis, habitatoribus dictorum locorum, sponte et absque

aliquo stipendio, sed puro amore et sincera fidelitate, semper esse promptos, et paratos ad omnia, et quecumque servitia prelibate serenissime ducalis dominationis, tam in preliis gerendis, quam alia quecumque de causa, intelligendo hoc ab Antiveri usque Catari, et eorum districtum. Si vero prelibatum serenissimum ducale dominium voluerit ipsos operari quovis modo in districto Scutari, teneantur dicti nobilis et homines Pastrovichiis, per dies octo solummodo servire ad eorum proprias expensas, et a dictis octo diebus antea, dictis hominibus sic sapientibus, solvatur dietum vel mensuatim, prout aliis hominibus paiesanis, vel ex ipsorum confinibus servientibus, ut ipsi fit solutio.

Item petunt et requirunt suprascripti nobiles, quod in omni casu guere, quod Deus avertat, vel superventus exercitus dispoti vel Turchorum in tali quantitate, quod dicti nobiles, et homines dictarum contractarum et locorum, non possent ad eorum solitas habitationes, et proprias stare domus, quod prelibatum serenissimum ducale dominium teneatur et debeat ipsis nobilibus et hominibus habitationem et receptum in ipsius terris proximis, ut puta, in Cataro et aliis circumstantibus; et ad ipsius dominii aliqualem provisionem vel stipendium accipere ex ipsis nobilibus saltem XX, per ipsorum substentatione, operando tamen ipsos more sti-

pendiariorum, si in stipendiariis accepti fuerint, vel alio quocumque modo, prout melius videbitur prelibato serenissimo ducali dominio Venetiarum etc.

Item petunt et requirunt nobiles ut supra, in omni casu adventu pacis et concordii fiendi cum domino despoto, quod prelibatum serenissimum ducale dominium debeat ipsos nobiles et homines contractarum dictarum, sub ejus imperio et dominio retinere, nec ipsi despoto vel alii aliqualiter subiectos facere.

Item petunt et requirunt prefacti nobiles ut supra, quod hoc concordio facto prelibatum serenissimum ducale dominium teneatur et debeat eis dare petias XX pani lane de L. portatis et clamides L, secundum eorum ritum.

Item se obligant dicti nobiles et homines dictarum contractarum ad dandum et solvendum, et dare et solvere promittunt prelibato serenissimo ducali dominio grossos duodecim argenti de eorum monetis, omni anno pro qualibet domo, vel pro quolibet foco dictorum hominum et habitatorum dictarum contractarum, juxta mores antiquos, et prout hactenus ipsorum domino annuatim solvere consueverunt.

Item petunt et requirunt suprascripti nobiles et homines, se se nichil solvere velle pro datiis doane de Venetiis, vel quibus-

vis terris prelibati serenissimi ducalis dominii, pro quibusvis rebus ortis in eorum nobilium Pastrovichorum territorio, quas res ut supra conducerent in predictis terris prefate serenissime ducalis dominationis Venetiarum, presertim attento, quod numquam aliquid soliti fuerunt solvere.

Item quod venerabilis abbas dominus Luca patruus supradicti Radich Grubacevig, abbas sancte Marie de jotam territorij dictorum nobilium Pastrovichorum, in ipsius abbatia suprascripta confirmetur, nec de ipsa abbatia aliqualiter privari debeat vel molestari.

Commemoriale XI. ch. 114.

CCCLXXII. 1423. 20. Aprilis, indict. I.

Привилéгія краля Босанског Твртка на Млетачко грађанство и властелство. (Скраћено).

Privilegium serenissimi domini Stephani Tuerethco dei gratia Rassie, Bossine et partium maritimarum regis etc. ad honorem maioris consilii.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis . . . affectum. Ducalis benignitas in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto personas illustres et excelsas preveni-

re studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, ipsarumque requisitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro sinceriores zelo et claritate excellentium operum se ostendunt. Unde cum serenissimus dominus Stephanus Thuerticus, dei gratia Rassie, Bossine partiumque maritimarum rex etc. honoris et nominis nostri zelator assiduus, qui semper cum eius progenitoribus inclite memorie, se verum expressit Venetum, se penes ducatum nostrum sentiens suis meritis gratiosum plurimum et acceptum, nos fecerit amicabiliter rogitari, ut placeret nobis ipsum eiusque filios et heredes, nobilium civium nostrorum Venetorum numero gratiosius aggregari, ut beneficio huiusmodi civilitatis dotati, nobilium et civium nostrorum privilegio congauderent. Nos attendentes dilectionem ingentem ac gratum affectum et sinceritatem, quam semper prefatus serenissimus dominus rex Stephanus ad nos, ducatum nostrum, et singulares personas ducatus eiusdem, ferventer et laudabiliter ostendit, acceptorum operum per effectum, benemeritas requisitiones suas duximus digne retributionis munere gratificabiliter acceptandas. Quapropter notum fieri volumus universis, quod omni juris consiliorum . . . servata, prefatum serenissimum dominum Stephanum regem, cum suis filiis et heredibus, in Venetos et cives nostros et

ad honorem et dignitatem nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetos cives nostros ac de numero nostrorum nobilium maioris consilii fecimus et facimus, ac pro Venetis civibus et nobilibus de nostro maiori consilio in Venetiis et extra ubilibet haberi, suscipi volumus, et omni affectus plenitudine honorifice pertractari, ipsos sincere dilectionis brachiis . . . . quibus alii nobiles cives nostri Venetiarum et de nostro maiori consilio gaudent, prefati serenissimus dominus rex et sui filii et heredes in Venetiis et extra ubique gaudeant plenissime et utantur. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem, presens privilegium fieri mandavimus et bulla nostra pendente aurea communiri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, mensis Aprilis die vigesimo, indictione prima.

Liber privileg. I-mus, charta 198.

CCCLXXIII. 1423. 25. Junii.

Наставленѣ за проведитора Которскогъ Марка Барбадика, како да се влада при уговараню мира са Ђорђемъ Вуковимъ (Бранковићемъ). (Скраћено).

Quod scribatur nobili viro S. Marco Barbadico, provisori Catari in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas sexto Junii praesentis, quibus et contentis in illis

auditis et diligenter intellectis et praesentatis etiam ac porrectis in scriptis nostro dominio exponendis vestri parte, per prudentem virum Marinum de Drusco, fidelem nostrum Catarinum, quem cum praedictis vestris litteris, concludentibus quod eidem credulitatis fidem adhibere dignemur, ad nostram praesentiam destinastis...... et volentes quod habeatis nostram determinatam responsionem.... denotamus vobis: quod circa provisionem, quae ex praedicto vestro scribere... vobis videretur debere fieri etc. Nolumus ullo modo quicunque fieri superinde, et ita etiam videbitis contineri ...... nostras responsiones, deliberatas et captas per nostra consilia rogatorum et aditionis . . . mittimus vobis scriptas in folio praesentibus introcluso, volentes et .... fidelitati vestrae mandantes, quatenus eas ut iacent debeatis inviolabiliter observare.... Ad partem, quam per literas vestras scribitis, quod cum senseritis dominum Georgium de Vulco subtus Scutarum applicuisse, quo venturus est, ut informati manemus per ipsas vestras literas et etiam per literas dicti domini Georgii nobis missas, quas in ipsis vestris litteris introclusas nostro dominio destinastis, ad ipsum dominum Georgium transmittetis subito Johannem de Lusa, causa pacis contrahendae etc. Vellemus libenter consideratis considerandis, vos eidem Johanni comisisse, quod

debuisset se praesentare et superinde conferre, cum capitaneo nostro Culphi et cum comite et capitaneo nostro Scutari, denotantes vobis, quod si conclusio pacis . . . in vestra absentia per dictum Johannem . . . compleri non posset, et esset necessarium, vos illuc debere accedere . . . scripsimus nostro capitaneo Culphi . . . ut mittat Catarum unum nostrum supracomitum, qui loco vestri ibi remaneat . . . . et in casu quo iretis volumus, quod circa fienda debeatis conferre cum capitaneo Culphi et cum comite et capitaneo Scutari; . . . . Volumus etiam, quod acceperitis illos ducatos ducentos . . . causa possendi facere adimpleri pollicita Pastrovichiis . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 107.

CCCLXXIV. 1423. 28. Junii.

Наставленѣ за капетана Кулфа Франциш ка Бембо, тичуhе се рата противъ Србіе. (Скраhено.)

Quod scribatur nobili viro Ser Francisco Bembo militi, capitaneo nostro Culphi, in hac forma, videlicet:

Recepimus vestras litteras, de omnibus gestis . . . usque ad decimum octavum Maii nuper praeteriti . . . et modo recepimus duas . . de 28 Maii et . . . 16 Junii praesentis . . . et consideratis . . . . . . literis, de 18 Maii, in quibus . . . facitis mentionem de Pamaliotis, qui comparuerunt coram vobis, petentes sub-

veniri, et de subventione per vos facta quibusdam ex eis, ducatorum duorum pro quolibet equo, quod plurimum nobis placuit, et de deliberatione quam feceratis transferrendi vos Scutarum, et de missione nuntii vestri ad illos vaivodas, quos ad passum bonum penes Scutarum causa concordii tractandi scripsistis expectare, si vobiscum colloquium habere vellent, volendi firmare treuguam pro uno mense, quam denegastis . . . quod plurimum nobis placet . . . . etc. . . . mandamus quatenus considerata paupertate dictorum Pamaliotorum, de quorum benegestis ad honorem status nostri . . sumus . . . informati, debeatis, ut habeant causam perseverandi bene ferventer in vera et constanti fidelitate, ad bonum status nostri, prout promiserunt, dictis Pamaliotis subvenire . . . quod vobis videbitur; et quia sumus informati Tronsos ferventissime se gesisse, ad honorem et bonum status nostri dominii, et reliquisse domos proprias, reducendo se ad insulam S. Sergii, debeatis etiam subvenire . . . possendo eis omnibus dare usque ad ducatos trecentos in mense in summa, ...

Ceterum quia Ser Marcus Barbadico provisor noster Catari, scripsit inter cetera nostro dominio, quod vobis accedente Catarum cum armata nostra, permanendo ibidem solum octo diebus, tota contrata et comitatus Catari reduceretur ad obedientiam nostram . . . pro

bono nostrorum fidelium de Cataro, ut possint pacifice gaudere et perfrui bonis et possessionibus suis, fidelitati vestrae mandamus, quatenus debeatis, . . . posita bene in ordine cum sufficientibus custodiis bastita Sancti Sergii et altera bastita, et dimittendo ibi, pro securitate earum . . . unam vel duas galeas . . . ire Catarum cum aliis galeis nostris, vobis comissis, et simul cum provisore Catari . . . attendere ad reducendum contratam et comitatum Catari ad nostram obedientiam; et possetis ibi stare per dies octo, vel si esset necessarium . . . ultro dies quatvor, si speretis nostrum mandatum posse executionem habere; — verum si videretis, quod vester accessus ad locum Catari . . . haberet inducere periculum, propter applicationem gentium inimicarum, relinquimus in libertate vestra, eundi . . . tempore, quo videatis cum securitate et sine periculo posse illud exequi . . .

Ad litteras . . . quibus denotastis, quod bonum foret, quod ordinaremus scribi facere mille vel saltem quingentos equos ex hominibus illius paesii etc. vobis rescribimus, quod considerato ingenti numero gentium inimicarum ad illas partes applicatarum, non apparet nobis, pro nunc, de faciendo accipi ullos alios, ultra eos quos debetis et potestis accipere et tenere . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 108.

CCCLXXV. 1423. 2. Julii.

Наставленѣ за проведитора Которскогъ Марка Барбадика, тичуће се уговараня мира са деспотомъ Србскимъ.

Scribatur Ser Marco Barbadico, provisori Catari, in hac forma:

Ut de intentione nostra super facto pacis tractandae cum domino despoto Rassiae, seu cum illis qui ab eo libertatem haberent, sitis informatus, non obstantibus aliis nostris mandatis, vobis usque in praesentem diem comissis, vobis cum nostris consiliis rogatorum et addicionis scribimus et mandamus, quatenus dictam pacem pertractare et concludere debeatis, secumdum formam et tenorem cedulae praesentibus introclusae, qui forma et tenor sunt secundum continentiam primae ambaxiatae, quam vobis comisimus, quando primo ivistis ad partes Rassiae, sicut videbitis, cum ista addicione, quod in dictam pacem ponere debeatis Pamaliotos et Pastrovichos, et alios qui venissent ad obedientiam nostram et fuisset eis promissum de inclucendo eos in pace quam faceremus cum domino despoto praedicto. Verum quia simile mandatum fecimus nobili viro Ser Francisco Bembo, militi, capitaneo nostro generali Culphi, de praticando et concludendo dictam pacem, volumus, quod si reperietis vos insimul cum dicto capitaneo, dictam pacem insimul cum eo praticare et con-

cludere debeatis, si vero insimul non essetis, debeatis vos ad invicem intelligere, quod unus vestrum illam praticet et concludat, quia pro honore et bono nostri dominii volumus, quod solum per unam manum praticetur pax praedicta.

Et quia optamus, quod quiete facta nostra exequantur, vobis ad memoriam reducimus, quod non obstante aliqua differentia, quae hactenus inter vos orta esset, bonam advertentiam habeatis, quod facta nostra suprascripta non impediantur, sed per vos quiete secundum quod vobis comittimus exequantur.

Mittimus vobis praesentibus introclusum unum syndicatum in personam vestram, et unum alium misimus dicto capitaneo Culphi, in personam suam; et similiter dicto capitaneo misimus unum alium syndicatum in personas vestram et suam, quem penes se retinere debeat, et si eritis insimul ad praticam dictae pacis, dictum sindicatum in personas vestrum duorum ostendere debeatis; si vero per aliquem vestrum praticaretur, ostendatur solum syndicatus in personam illius vestrum, qui dictam pacem praticabit.

Secr. cons. rogator. Lib. VIII. ch. 110.

CCCLXXVI. 1423. 13. Julii.

Заключенѣ, коимъ се дае власть Францишку Бембо, да може подъ наведенимъ условима заключити миръ са деспотомъ Србскимъ.

Cum nobilis vir Ser Franciscus Bem-

bo miles, capitaneus noster generalis Culphi, scripserit nostro dominio, quod fuit in colloquio cum domino Georgio nepote domini despoti Rassiae, qui descendit contra Scutarum cum equis VIII. mille, super facto pacis, et ob istam causam misit pro Ser Marco Barbadico, provisore nostro Catari; et bonum et utile sit anticipare tempus, ut deveniamus, si possibile est ad pacem, pro evitando expensam quam habemus in partibus de inde. Vadit pars: quod scribatur dicto nostro capitaneo Culphi et dicto Ser Marco, quod recepimus litteras dicti capitanei, per quas nostro dominio scripsit, fuisse in colloquio cum domino Georgio suprascripto, et misisse pro Ser Marco Barbadico, pro essendo super tractatu pacis cum dicto domino Georgio, et esse poterit, quod pervenerint ad concordium cum dicto domino Georgio, quod concordium si secutum erit, multum placebit nostro dominio. Quando autem secutum non esset concordium aut trenguas, detur dictis capitaneo et Ser Marco libertas, in casu quo viderent, posse ad concordium et pacem venire mediante pecunia, possendi promittere dicto domino despoto, ultra ducatos mille eis concessos, posse annuatim promittere alios ducatos quingentos usque mille annuatim, sicut melius facere poterunt.

Si vero ad concordium et pacem venire non possent, et possent devenire ad longas

treuguas, et ad minus per annos quatvor et ab inde supra, et viderent quod pro talibus treuguis necessarium esset facere aliquam expensam, detur praedictis capitaneo et Ser Marco libertas, possendi promittere singulo anno, tempore dictarum treuguarum, dicto domino despoto, usque ad summam ducatorum mille de introitibus Scutari, declarando in dictis treuguis, sicut eis commissum est, quod tenentes terras et fortalitia, teneant districtus et confinia locorum praedictorum.

die eodem:

Quod detur libertas nobili viro Ser Francisco Bembo militi, capitaneo nostro generali Culphi, veniendi ad pacem cum domino despoto Rassiae sive cum habentibus libertatem ab eo etc. . . . .

(Остало све као што е напредъ.)

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 113.

CCCLXXVII. 1423. 27. Julii.

Налогъ проведиторима за предѣле Солунске, Санту Веніеру и Николи Ђеорђіо, да кодъ Турака ишту помоћь противъ деспота Србскогъ. (Врло кратакъ изводъ).

Comissio nobilibus viris Ser Sancto Venerio et Nicolao Georgio militibus, ituris provisoribus nostris ad partes Salonichi:

. . . .

Et quia intentionis nostrae est, quod

unus vestrum omnino vadat ad praesentiam Turchi . . . . . .

. . . Tu vero qui ibis ad praesentiam dicti Turchi, debeas . . . . praesentatis exeniis . . dicto domino Turchorum exponere, ... de confirmando pacem, quae erat inter quondam patrem suum et nostrum dominium . . .

Confirmata autem dicta pace, debeas cum illis pertinentibus verbis quae tuae discretioni videbuntur, dicere dicto domino, quod vigore dicti capituli, si loca nostra Albaniae per aliquem molestantur, debet ipsa defendere. Et quia dominus despotus Rassiae, damnificat loca nostra praedicta, et abstulit nobis Drivastum, debeas dictum dominum requirere, quod provideat taliter et mittat tale et ita efficax mandatum ipsi domino despoto, qui est homo suus, quod ipsa loca nostra non molestet, nec de illis quidcunque occupet; et nobis restituat locum nostrum Drivasti, quia dictus dominus despotus dicit, hoc fecisse ad petitionem domini regis Hungariae. Et quod velit pro bona executione mandatorum suorum, facere et providere tam effective cum suis gentibus et nuntiis propriis, et cum illis modis, qui fuerint necessarii et executivi, quod mandata sua praedicta habeant expeditivum et bonum effectum et debitam executionem, pro conservatione bonae pacis. Et

si occurreret, quod dictus dominus despotus, sive alii subditi dicti Turchi non observarent mandata sua, et molestarent loca nostra praedicta, quia istud esset contra formam pacis, procura in isto casu, quod non teneamur aliquid sibi dare, et sic debeas servare . . . . etc. . . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 117.

CCCLXXVIII. 1423. 2. Augusti.

Наставленѣ за генералкапетана Кулфа, како да се влада у рату противъ деспота Србскогъ.

Quod scribatur capitaneo nostro generali Culphi, in ista forma:

Recepimus litteras vestras, quas nobis scripsistis super facto praticae pacis, habitae per vos et Ser Marcum Barbadico provisorem nostrum Catari, cum domino Georgio de Volcho, quibus litteris vestris dedimus responsionem, et vobis comisimus super facto dictae pacis illud, quod nobis apparuit committendum per litteras praesentibus alligatas; postea recepimus alias litteras vestras, datas die X et XIV mensis elapsi, et intelleximus tam per primas quam per istas ultimas, qualiter inimici multum se fortificant ad locum Scalae, et sicut litterae vestrae continent, nos multum dubitamus, ne inimici vos claudant per modum, quod cum galeis descendere non possitis; et propterea

volentes vos de intentione nostra reddere informatum, vobis denotamus, quod sumus certi, quod ad pacem et concordium devenietis cum suprascripto domino Georgio, nomine domini despoti Rassiae, quia sicut videbitis per alias nostras litteras vobis missas, responsivas ad factum pacis, condescendimus ad ea, ad quae secundum petitionem suam denegare non potest. Verum quia occurrere posset, quod cum dicto domino Georgio ad pacem venire non possetis, quia mutaret petitiones suas, ut de intentione nostra sitis informatus, volumus quod si videretis ad pacem non posse venire, et comprehenderetis et clare cognosceretis, quod per inimicos vobis claudi posset passus Scale, ita quod non esset in libertate vestra possendi descendere cum galeis nostris vobis comissis, habentes galeas nostras vobis comissas, et earum homines, caros quantum plus esse potest, si videbitis galeas et gentes nostras in periculo esse, propter clausuram passus dictae Scale; et si clauderetur dictus passus Scale, manifesto subiaceretis periculo, relinquimus in libertate vestra, in tali casu manifesti periculi, recedendi cum omnibus galeis nostris et caricari faciendi equos et gentes armigeras in arsilis nostris, et destrui faciendi bastitas, et cum omnibus gentibus nostris vos reducendi versus bucham Boianae, et ponere gentes nostras eques-

tres in Dulcigno, vel aliis locis de inde, sicut vobis melius videbitur, et vos cum galeis nostris nutrire in dictis aquis, scribendo nostro dominio totum et quidquid secutum erit, pro nostra informatione, et expectando nostrum mandatum.

Et si ad pacem devenietis, debeatis dimissis in Scutaro equitibus quinquaginta sub uno sufficienti capitaneo, et illis peditibus qui vobis et comiti nostro Scutari videbuntur, debeatis omnes alias gentes equestres et pedestres mittere Venetias.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. cb. 119.

CCCLXXIX. 1423. 2. Augusti.

Наставленѣ за уговаранѣ мира са деспотомъ Србскимъ, дато генералкапетану Кулфа и Марку Барбадико, садржавајоће неке нове услове.

Quod scribatur et mandetur capitaneo nostro generali Culphi et Ser Marco Barbadico provisori Catari, in hac forma, videlicet:

Recepimus litteras vestras datas ad bastitam Sancti Sergii, die quinto Julii praeteriti, quas et contenta in illis ordinate et distincte audivimus et intelleximus diligenter et notavimus valde bene, ac consideravimus inter cetera praecipue conditiones treuguarum, firmatarum per vos ad medium mensis Augusti praesentis, quas videmus proce-

sisse ex clausura fluminis cum fortiliciis et stricturis factis per gentes inimicas. Notavimus etiam ac consideravimus petitiones sive capitula ultimate vobis porrecta pro pace concludenda etc. quae sunt videlicet:

Primo quidem petit dominus Georgius nomine domini despoti civitatem Dulcigni cum suis confinibus eo modo, quo olim dominus Balsa ipsam civitatem tenebat et possidebat, et ultra hoc ducatos mille annuatim sibi attribuendos per nostrum dominium de introitibus Scutari, prout ipsi quondam domino Balsae dabantur; aut castrum Buduae cum suis juribus et pertinentiis ac confinibus suis, et cum his salinis, quas tenebat praefatus quondam dominus Balsa, et ducatos mille, sibi annuatim ut supra solvendos. Item petit habere velle in suum subditum et pro suo subdito Andream Humoie cum centum domibus in montaneis olim districtus Scutari; habitantem longe a civitate Scutari, per duodecim vel quindecim milliaria, quia asserit ipsum Humoie ab antiquo fuisse de pertinentiis ipsius domini Georgii vel praecessorum suorum etcet. ut in dictis vestris litteris continetur.

Quibus omnibus bene notatis et consideratis, fidelitati vestrae, ut de nostra intentione sitis plenarie informati super facto pacis tractandae cum domino despoto Rassiae

sive cum deputato vel deputatis vel deputando vel deputandis per eum, scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et addicionis, et damus vobis libertatem, quod pro veniendo ad pacem et concordium, possitis promittere castrum Budue cum suis juribus et pertinentiis ac confinibus suis, ac cum his salinis, quas tenebat praefatus condam dominus Balsa, et ducatos mille sibi annuatim solvendos de introitibus Scutari, prout ipsi condam domino Balsae dabantur. Ceterum quia in capitulis porrectis per ipsum dominum Georgium nomine domini despoti ut supra continetur, non nominatur nec fit specifice mentio ulla de loco Lustize, et posset contigere, quod nomine praedicti domini despoti, requireretur et peteretur ipse locus Lustize, cum allegatione, quod Balsa tenebat locum praedictum; volumus ut in omni casu sitis informati de nostra intentione, et vobis cum dictis nostris consiliis scribimus et mandamus, quatenus contingente casu, quod requiri et peti faceret dictum locum Lustize, dicendo quod Balsa tenebat eum, debeatis respondere et sustinere cum illis verbis et rationibus, quae vobis videbuntur, quod dictus locus non est nec spectat pertinentiis Budve, concludendo illis pertinentibus allegationibus et rationibus, quas cognoveritis expedire et videbitis fore utiles, quod debet remanere contentus, quod ipse locus

Lustice remaneat nostro dominio, prout est ad praesens, faciendo super hoc omnem possibilem experientiam, obtinendi dictam nostram intentionem ut profertur. Quando autem non possetis obtinere, intentionem nostram praedictam, quia omnino vellet habere ipsum locum Lustizae, sumus contenti, ne ob ipsum locum Lusticae, deficiat quin veniatis ad pacem et concordiam, et damus vobis libertatem cum dictis nostris consiliis, quod possitis promittere castrum Budue cum suis juribus et pertinentiis, ac confinibus suis, et cum his salinis quas tenebat praefatus condam dominus Balsa, et ducatos mille sibi annuatim ut supra solvendos, et ipsum locum Lustizae, ut cum gratia dei veniatis ad bonam conclusionem pacis et concordiae.

Circa partem autem Andreae Humoiae cum centum domibus, ut supra in capitulo continetur, volumus quod debeatis cum illis verbis et rationibus, quae vobis videbuntur, in totum et per totum lutanare et retrahere vos a tali pratica, faciendo omnem possibilem experientiam, concludendi iuxta deliberationem nostram superius declaratam, pacem et concordium sine dicto capitulo, quia sumus informati, quod tale capitulum non faceret pro nostro dominio, et posset esse per tempora valde damnosum loco nostro Scuiari; quando autem facta omni possibili experientia, non possetis obtinere intentionem nostram

praedictam, et videretis ob hoc restare pacem, ob carentiam cuius veniretis dubitare de galeis et gentibus nostris, quia essent expiratae treuguae, et timeretis posse claudi, seu iam videretis vos clausum ex fortiliciis et stricturis factis per gentes inimicas, et non posse descendere sine periculo; in hoc casu, quia super omnia diligimus securitatem galearum et gentium vobis commissarum, relinquimus in libertate vestra condescendendi etiam ad capitulum praedictum, faciens mentionem de Andrea Humoie, cum illis centum domibus prout continetur in illo, habendo semper in omni casu bonam et diligentem advertentiam, prout de fidelitate vestra plene confidimus, faciendi et concludendi iuxta hanc nostram deliberationem, per illum modum, qui pro bono status nostri vobis melior et utilior apparebit. Nec revocamus propterea, quando ad pacem et concordium non veniretis, libertatem per alias nostras literas vobis missam, veniendi ad trenguas, quam vobis mittimus his inclusam.

Et quia videmus tempus fore breve respectu termini treuguarum, volumus quod esse debeatis cum domino Georgio et petere prorogationem treuguarum, usque ad adventum nobilis viri ser Marci Barbadico provisoris nostri Catari, ut ipso applicato illuc, possitis ambo simul exequi suprascriptum nostrum mandatum, quem ser Marcum debe-

atis advisare ut fuerit opportunum. Quando vero nollet ipsas prorogare, vel esset aliqua alia causa, ex qua videretur vobis non differre, relinquimus in libertate vestra, quod intretis ad faciendum executionem dictae pacis, prout vobis videbitur, secundum quod superius continetur.

(Alii aliter voluerunt, sed pars haec capta fuit).

Secr. consil. rog. Lib. VIII. ch. 119.

CCCLXXX. 1423. 6 Augusti.

Наставленѣ за Іоанна Ђеорђіо, посланика Млетачкогъ идућегъ къ великомъ войводи Сандалу. (Скраћено.)

Cum die mensis Junii elapsi captum fuerit in isto consilio, quod mitti deberet ad praesentiam magnifici domini Sandali, unus noster ambassiator, qui etiam si esset necesse iret ad dominum despotum Rassiae, et electus fuerit nobilis vir ser Johannes Georgio, et sit necessarium mittere dictum nostrum ambassiatorem, pro veniendo ad bonam conclusionem cum dicto domino Sandali, pro bono et quiete civitatis Catari. Vadit pars, quod fiat comissio nobili viro ser Johanni Georgio, ambassiatori nostro in hac forma:

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi . . . . ire debeas ambassiator noster ad magnifi-

cum dominum Sandali, cui praesentatis ..... debeas suae magnificentiae dicere et exponere, quod sicut sua magnificentia scit fuisti ad praesentiam suam de nostro mandato, scit etiam praticas quas secum habuisti super factis civitatis nostrae Catari, et ideo te misimus ad praesentiam suam, pro veniendo et ponendo bonam conclusionem his, quae inter magnificentiam suam et te nostro nomine praticata sunt; et tetigisti quod dictus dominus Sandali erat contentus, quod caravane possent venire ad civitatem nostram Catari, videlicet: quod esset in libertate earum, veniendi Catarum et eundi ad alias terras, sicut eis placeret; sumus contenti sicut alias tibi dedimus in mandatis, quod dictae caravanae sint in libertate sua, possendi ire quo volent, et quod itinera de inde veniendi ad civitatem Catari sint aperta et secura, quibuscunque volentibus ad dictam civitatem venire; et ob istam causam damus tibi libertatem possendi promittere singulo anno de introitibus salis camerae nostrae Catari ducatos sexcentos, de qua quantitate ducatorum sexcentorum retulisti eundem dominum Sandali remansisse contentum; sed volebat, quod adderetur in concordio fiendo, quod si serenissimus dominus suus rex Bossinae, vel dominus Turchorum dicto Sandali committeret, quod iret vel mitteret gentes suas in subsidium domini

despoti cognati sui, contra nostrum dominium et terras nostras Albaniae, quod hoc facere posset, remanente civitate Catari in pace, secundum formam concordii quod fecisset, et habente eo provisionem suam secundum formam concordii, quia non faciet, nec permittet facere, aliquam novitatem civitati Catari praedictae; propterea si de tali additione ponenda in concordio quod faceres, tibi faceret mentionem, et velet quod poneretur in dicto concordio, debeas respondere et dicere, quod hoc non esset iustum nec conveniens, quod in partibus Albaniae esset inimicus noster et guerizaret cum nostro dominio, et in partibus Sclavoniae amicaretur nobis, et ista non conveniunt, quod sit amicus et inimicus in uno eodem tempore, et insta, quod a tali petitione se removeat cum illis pertinentibus verbis et rationibus, quae tuae sapientiae videbuntur. Et si hoc obtinere poteris bene quidem, quando autem non, damus tibi libertatem condescendendi secundum conditionem suprascriptam, et faciendi quomodo melius poteris.

Et quia dictus dominus Sandali requisivit, ut dignaremur eidem concedere certas suas domos, quas habet in Cataro et in Jadra, quae alias sibi fuerunt donatae, de quibus domibus contentus erat stare gratiae nostri dominii; si dictus dominus Sandali tibi similem requisitionem faceret, debeas

respondere, quod sicut suae magnificentiae notum est, dictae domus sunt ruinatae et nullius utilitatis, et quod propterea velit sua magnificentia a tali requisitione desistere; et si pur staret constans, placet nobis quod condescendas, quod sumus contenti, quod habeat suam domum in Cataro, quae alias sibi donata fuit.

Insuper sicut scis dictus dominus Sandali habet et tenet captivos quatvor cives Catarinos . . . . placeat liberare debeas instare . . . quia iniustum esset, quod esset nobiscum in pace et teneret dictos cives Catarinos captivos, ... quando autem illos relaxare nec liberare vellet, si de aliis tibi comissis eris in concordio, non restes propter hoc de veniendo secum ad conclusionem.

Insuper quia nobilis vir ser Fantinus Maripetro, habere debet ut nobis exposuit, certam quantitatem denariorum a domino rege Bossinae, predecessore regis praesentis, et si casus daret, quod te reperires ubi esset dominus rex, debeas procurare penes dictum dominum regem, quod idem ser Fantinus habeat illud quod habere debet. Et si non reperires te ubi esset dominus rex, debeas rogare dominum Sandali, quod velit esse propitius et favorabilis penes dominum regem Bossinae, quod dictus ser Fantinus possit ad recuperationem suorum denariorum pervenire.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 120.

CCCLXXXI. 1423. Ind. I. 12. Augusti.

Уговоръ мира, закљученъ измећу дужда одъ Млетака, и деспота Србскогъ Стефана, као и Ђорђа Вуковогъ Бранковића.

Instrumentum pacis confectum inter ducale dominium Venetiarum, et illustrem dominum despotum Stefanum ducem Rassie, et magnificum dominum dominum Georgium quondam Vulchj etc.

In Christi nomine, Amen; a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, indictione prima, die duodecimo mensis Augusti, in castris magnifici domini Georgii quondam Vulchj, infrascripti quondam Bastiani sancti Sergii, serenissimi ducalis dominii Venetiarum etc. sub papione ejusdem domini Georgii, presentibus magnificis et generosis viris: vayvoda Voyn Juga, vayvoda Scian, vayvoda Aliasbeg, vayvoda Novach, vayvoda Hrebelan Nec non nobilibus viris ser Matteo Leon de Venetiis, ser Jacobo Abramo, Iohane de Caprino, Franceschino de Grossa, Morello de Montio, et Antonio de Fontana, omnibus testibus vocatis et rogatis etc. etc.

Cum jam diu guere et guerarum turbines ac discordie in partibus Albanie Dalmatieque atrociter insurexerint ac viguerint,

inter serenissimum et excelentissimum principem et dominum dominum Franciscum Foscari dei gratia ducem Venetiarum etc. ejusque illustrissimum ducale dominium ac colligatos adherentes recomendatos fautores complices sequaces fideles et subditos suos ex una parte, et illustrem et excelsum dominum despotum Stephanum, eadem gratia ducem Rassie etc. et suprascriptum magnificum dominum dominum Georgium ac colligatos adherentes recomandatos fautores complices sequaces fideles atque subditos et vassallos suos ex parte altera. Pro quibus quidem differentiis guerris rixis et guerarum turbinibus et discordiis sedandis, ac pace amore concordio et treugis seu indutiis et substentamentis, tam in perpetuum quam ad tempus, inter ipsas partes celebrandis perficiendis et confirmandis, antefatus illustrissimus princeps et excelentissimus dominus dominus Franciscus Foscari inclitus dux Venetiarum etc. et ejus excelentissimum ducale dominium una cum suis consiliis ad sonum campane more solito congregatis, omni modo jure via causa et forma, quibus melius fortius et efficatius potuerunt et possunt, fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt, magnificum et generosum militem dominum Franciscum Bembo, pro eodem ducali dominio Venetiarum capitaneum generalem Culphi etc. licet absentem, suum sindicum et procuratorem generalem et specialem.

Et specialiter ad tractandam pacem et concludendum perpetuum concordium amorem et treugas seu inducias et substentamenta, tam in perpetuum quam ad tempus, cum prefato illustri domino domino dispote Stephano duce Rassie etc. et ipso magnifico domino domino Georgio, suis propriis nominibus, et nomine et vice heredum et successorum suorum; nec non omnium et singulorum colligatorum adherentium recomendatorum fautorum complicum fidelium sequatium et subditorum ac vassalium suorum, prout et sicut de dicto sindicatu constat publico instrumento scripto et roborato manu providi et discreti viri ser Constantini de Constantinis quondam sèr Bartholomei, publici imperiali auctoritate notarii et judicis ordinarii, nec non ducatus Venetiarum scribe, sub presentibus millesimo et indicione, die autem secundo mensis Iulii, et bullato bulla plumbea prelibati domini domini ducis et excelsi ducalis dominii Venetiarum pendente. Ibique antefatus magnificus et generosus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus generalis Culphi etc. pro antefato inclito ducali dominio Venetiarum etc. dicto sindicario et procuratorio nomine ex parte una, et prefatus magnificus dominus dominus Georgius quondam Vulchi, habens similiter plenissimam commissionem auctoritatem et bayliam ut supra, a prelibato illustri et excelso domino domino dispoto Stefano

Rassie duce etc. ut patet per literas ejusdem illustris domini domini dispoti in literis sclavis ad ipsum dominum dominum Georgium delatis, ejusdem illustris domini domini despoti sigilli impensione munitis. Considerantes bene ac diligenter, quanto tempore inter ipsos principes et duces prealegatos eorum predecessores, sine vi sine fraude et sine aliquali livore, sed cum omni prorsus sincera caritate et perfecta extitit amicicia, et pax amena, quia pace in humanis rebus nil principibus delectabilius nil melius, nil tranquilla pace suave, nil civibus atque subditis optabilius. Volentes itaque prelibati magnificus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus generalis Culphi etc. nomine quo supra, et magnificus dominus dominus Georgius quondam Vulchi prealegatus nomine quo supra, pristinas et tam dulcissimas amicitias renovare et indissolubili catena connectere, et firmare, presentesque differentias et gueras rixas et guerarum turbines et discordias sedare, et totaliter removere. In eterni creatoris nomine venerando omnium bonorum amplissimi largitoris, omni modo via jure et forma quibus melius et efficatius potuerunt et debuerunt, ac possunt et debent, devenerunt ad bonum concordium, firmam unionem ac amicitiam et perpetuam pacem, pactis modis et conventionibus et conditionibus in capitulis suprascriptis distinctis et annotatis. Quorum capitulorum tenor talis est, videlicet.

Primo, che la serenissima et excelentissima regal signoria de Veniexia, habia tegna e posseza la cita de Scutari cum tuto el suo destreto de fora Scutari et de soto Scutari. Vescovado confini territorii raxon et pertinentie, excepto che Andrea Humoe remagna de una terza persona, zoe de vayvoda Radosauo vayvoda de Drivasto, cum cento case de vilani al dito Andrea suso el monte, el qual vayvoda Radosauo recolga le frue de tute raxon del dito Andrea Humoe, e questo perfina a tanto che l'inclita dogal signoria de Veniexia determinera et rescrivera al rezimento de Scutari, se la vuol far cambio col dito signor Zorzi, et accetar altretante del destricto de Drivasto, in luogo de le case predicte del deto Andrea, et in quanto che la prefata serenissima ducal signoria de Veniexia non volesse far el cambio predicto, che tunc et in eo casu, el dito signor Zorzi nomine quo supra, diebia restituir liberamente el terreno e le intrade cum le possession e case predicte del dito Andrea, ala antefata inclita ducal signoria de Veniexia. Dulcigno cum el suo destreto, Cataro cum el suo destreto, chomo ha habudo e tegnudo al tempo del signor Zorzi Stracimir e del suo fiol misser Balsa, franchamente siano de la prefata inclita signoria de Veniexia, li quali la antefata inclita ducal signoria de Veniexia tegna e poseza quieta e pacificamente jure proprie-

tario perpetuo et in perpetuum, senza alguna novitade impazo ne molestia da esseti fata per alguno modo via forma raxone, cum casone da li predicti signori dispoto e signor Zorzi ne de alguno suo adherente subdito complice seguace recomendado ne vassallo. E ali signori predicti remagna Drivasto, Antivari, e per lo simile diebiano esser messi in possession del castel de Budua, e de le saline, che fu del signor Balsa, e cum tuti suo confini raxion e pertinentie, le quale aveva et ha habudo soto et tempo de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia. E tuto quelo haveva habudo e possedudo el signor Zorzi Strazimir, el suo fiol misser Balsa, excepto le dite citade cum li soi confini vescovadi territorii raxion e pertinentie, cum questo modo e condition, chel dito signor Zorzi nomine quo supra, non habia a fare alguna cosa, ne habia alcuna iurisdicion over raxon in el fiume over in laqua de la B o i a n a, ne possa per algun modo via forma e raxon over caxion fabricar apresso el dito fiume, ne fare over lassare fabricar forteza alguna over castello, apresso a la riva del dito fiume, per uno mio infra terra, intendendo questo da bocha del fiume zoe da bocha del lago per fina in la marina, segondo come va el dito fiume de la Boianae. El qual fiume remagna libero e francho cum tute sue raxon e pertinentie, de la prefata inclita ducal signoria de Veni-

exia. Item, chel prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, sia tegnudo e debia desfar e brusar le bastie fate suso la riva del dito fiume de la Boiana ala scalla, over al stretto. E per lo simele, lo prefato misser lo capitaneo diebia fare desfare e spianar la bastida fata per mezo la bastia de Santo Sergi da laltro ladi de la Boiana. Item, perche el prefato signor misser Zorzi domanda per soi subditi i Pastrovichi, i quali el prefato misser lo Capitaneo non ha libertade de darli etc. sono stati e de presente sono de piam concordio i prefati signori, che i Pastrovichi remagnano in determination de la prefata serenissima ducal signoria de Veniexia e del prefato illustre principe de despoto. Item, che tuti i presoni che sono stadi presi si per l'una parte chomo l'altra, dal principio de le predicte discordie e novitade, sono state inter la prefata inclita signoria de Veniexia, e li signori predicti, tuti per una parte e per l'altra, siano lassadi de presente de Thomaso Schiavo, el qual za fo menato per prixone in Schiavonia. El prefato magnifico signor Zorzi promette sopra la fede sua de far juxta sua possa, chel sia lassado.

Item, che per algun muodo via forma raxon over caxon, tanto la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, e li soi oficiali, quanto i prediti signori et li soi officiali et etiamdio li soi adherenti complici sequaci subditi reco-

mandadi e vassalli de le parte predite, non possano tuorse luna parte a laltra, pian ne recevere alguna citade luogo ne forteza, per tradimento ne per alguno altro muodo ne insegno, soto fede de sacramento e de la pena sotoscrita.

Item, che conscio sia cosa, che Nicha Herman di Pamaliotti, suddito de la prefata inclita signoria ducal de Veniexia, durando el termene de le presente triegue, ogni altro fallo e tradimento posponudo, habia assassinado e amazado tre homeni del signor Zorzi, contra i pati de la triegua e contra el sacramento e la fede data per lo prefato misser lo capitaneo, e per lo magnifico misser Marco Barbarigo, honorevole provededor de Cataro, attento el predito delito perpetrado, si etiamdio a petion del prefato magnifico signor misser Zorzi, romaxe de acordo de le parte predicte, chel dito Nicha Herman non debia stare ne habitare apresso a Scutari a cento megia, per fina a tanto, che la prefata inclita ducal signoria non seria fato sententia sovra el dito vayvoda Nicha. Item, se caso fosse, et intravegnesse, che alguno homo de che condicion e mainiera se sia, ferisse over amazasse, involasse over robasse, o altro delito facesse, e fosse homo de la signoria o de li diti signori, li officiali de l una parte e de latra insieme iustamente debiano cognoscer et sententiare.

Item, che i diti signori per lor o li suo

heredi et successori habiano mille ducati d' oro over tante monede ogni ano, da la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, de le intrade de Scutari, in el zorno de la festa de la nostra dona d' Agosto. E che per neguno special debito ne casone non siano sequestradi intraditi ni ritegnudi li diti ducati over denari. Item, che tuti i cittadini, tanto queli de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, quanto de i diti illustre signor dispoto, et magnifico signor Zorzi, e tuti i altri complici e seguaci e adherenti e recomandati, subditi e vassalli de una parte e de l' altra, possono andare et usare per i luogi e cita e tenuto si de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, como de i diti illustre signor dispoto e magnifico signor Zorzi, stare mercantare vendere compare ogni mercantia, che a lor piaqua, si chomo vendere et compare posso tuti i citadini complice seguace e adherenti, subditi e vassalli e recomandadi de lo prefato signore, in le terre de le signorie, senza alguna contradicione ne molestia de alguna de le parte predicte. Item, se caso fosse, che ai predicti illustri signori despoto e magnifico signor misser Zorzi besognasse o piacesse a lor e li soi homeni, de que condicion se sia, de passar con zente o senza per le citade e luogi de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, che liberamente possano passare per le citade e luogi de la antefata excelentissima

ducal signoria de Veniexia, et possano andare in ogni luogo ecitade, dove a i diti signori over a i soi homeni parera e piasera, senza contradicion ne novitade de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, ne de li soi officiali. Item, se alcuno homo de que mainiera e condicion se sia, per ogni muodo o caxone che se voia scampasse e fucisse da i luogi e terre de la prefata inclita signoria de Veniexia, intro i luogi e terre de li prefati illustre principe despoto e magnifico signor Zorzi, i prefati signor e soi officiali siano tegnudi di restituirli a la prefata inclita signoria de Veniexia, cum ogni aver e roba, che havesse portada via, e versa vice la prefata inclita signoria de Veniexia cum li soi rectori et officiali el simele debiano fare a li prefati signori e ali soi officiali e rectori. Item, che tuti i citadini de la prefata signoria de Veniexia et altri homeni, de que maniera e condicion se siano, i quali ano possession personali o materiali o compre o dote case vigne e campi et ogni altre possession, dentro dai luogi confini et citade de li diti signori, liberamente possano haver tegnir golder e posseder, le dite lor possession pagando el dreto de li prefati signori. E versa vice li homeni de i diti signori possano fare entro i luogi citade e tenimenti de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia. Item, domanda el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra,

che si per caso li bisognasse andar per mar contro i Turchi o altri soi inimisi, che la prefata inclita ducal signoria de Veniexia li conceda de speciali gratia, per fina a sie galie; le qual galie i diti signori possano armar a tute sue proprie spese dentro de Veniexia, over in altro luogo, unde si fossero assegnade per tanto tempo e tante volte parera esse licito a la prefata ducal signoria de Veniexia. E questo domanda de don e gratia speciale, alla quale domanda el prefato magnifico misser lo capitaneo se offerse a tuta sua possa de fare si, che la prefata serenissima ducal signoria quelo concedera, non dubitando che questo non sia ben concesso da essa ducal signoria de Veniexia. Item, domanda el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, che per l'antefata inclita ducal signoria de Veniexia debiano esser ratificati e confermadi tuti i privilegj fati da essa ducal signoria si al padre de l' illustre signor despoto, chomo al padre desso magnifico signor Zorzi, per lor e per li soi heredi e successori.

Quam pacem unionem, et concordium, ac omnia et singula suprascripta, et contenta in capitulis suprascriptis, prefatus magnificus dominus dominus Georgius per se et suos heredes, ac nominibus quibus supra, ex parte una, et prefatus magnificus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus prealegatus no-

mine quo supra, ex parte altera, juraverunt ad sancta dei Evangelia supra anchonam et figuram domini nostri Jesu Christi crucifixi manutactis, quod semper et omni tempore firma et rata, pariter atque grata habebunt, et tenebunt omnia et singula suprascripta, ac ipsa attendent et observabunt, ac attendi et observari facient perpetuo et in perpetuum, sub vinculo sacramenti suprascripti, et sub pena ducatorum centum millium solvendorum per partem non attendentem parti attendenti, et observare volenti: qua pena semel vel pluries commissa vel non, et soluta vel non, tamen omnia et singula suprascripta semper et omni tempore in sua permanebunt roboris firmitate.

Ego Nicolaus de Arcilupis de Kataro, imperiali auctoritate iudex ordinarius et publicus notarius, et prelibati illustris et excellentissimi principis et domini domini despoti Stefani Rassie ducis, et prefati magnifici et excelsi domini domini Georgii scriba. Quia omnibus et singulis suprascriptis una cum prenominatis testibus interfui rogatus, ideo scripsi et publicavi, et in hac forma publica redegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis, una cum prefati magnifici domini Georgii impensione sigilli roboravi.

Commemoriale XI. ch. 112.

CCCLXXXII. 1424. 17. Maii.

Дуждъ Францешко Фоскари потврђуе капитулацію Паштровића.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, presentes literas inspecturis, facimus manifestum. Quod cum per virum nobilem Franciscum Bembo militem, de nostro mandato capitaneum generalem Culphi, cum nobilibus Pastrovichis conventum fuerit, ac perventum ad suprascripta capitula et conventiones, cum nostro se submiserunt dominio, et fidelitatis prestiterint sacramentum. Nos de ipsorum nobilium Pastrovichorum fidelitate quam plurimum informati, prelectis prius ac diligenter examinatis ipsis capitulis, nostrorum consiliorum solemnitate servata, eadem duximus tenore presentium ratificanda et approbanda. Quorum quidem tenor est ut supra. In quorum fidem et evidentiam pleniorem presentes fieri jussimus et bulla nostra argentea pendente muniri.

Data in nostro ducali palatio, die XVII. Maij millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

Commemoriale XI. ch. 112.

CCCLXXXIII. 1424. 17. Juni.

Писмо кралю Босанскомъ.

Quod scribatur serenissimo domino regi Bossinae in hac forma, videlicet:

Accepimus nuper letanti animo et libenter audivimus literas vestrae maiestatis; in quibus facta mentione de prava intentione Turchorum, significat vestra serenitas, promissa hinc inde non fore postponenda ymo servanda; quibus intellectis respondemus; et primo ad partem novitatis Turchorum, quod certe illam audivimus displicenter, nam de celsitudine et statu vestris optamus continue sentire et audire idmet, quod de nobis et statu nostro proprio videre et habere vellemus, sperantes duce domino, excellentiam vestram sapientissimam, pravitati eorum opportune providisse, et ita in posterum sufficienter et bene provisuram. Ad partem autem de promissis servandis et cet. dicimus, quod accepta per antea quadam copia unius litterae vestrae celsitudinis, missae per illam viro nobili Jacobo Georgio comiti nostro Tragurii, per quam serenitas vestra nobis noticiam praebuit ob guerram et novitatem Turchorum, nequivisse ad tempus statutum adimplere promissa, destitimus prosequi etiam nos dicta causa, et ad praesens nobis non apparet tempus habile ad negotium praedictum, parati letanter ad quaecunque excellentiae vestrae grata et accepta et bono animo.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 158.

CCCLXXXIV. 1424. 7. Julii.

Заключено писати управительима Задра, да бране Сплиһане одъ Полиһана, а войводи Сандалу, да забрани Полиһанима нападати на Сплиһане. (Скраһено.)

Quoniam comes et comunitas nostra Spalati scribunt, quod Polizienses quotidie invadunt et damnificant territoria et subditos nostros Spalati, in personis et bonis suis, et nolunt se aliqualiter abstinere . . . . . , vadit pars: mandetur rectoribus nostris Jadrae, quod debeant . . . . vigilare ad defensionem . . . . subditorum nostrorum Spaleti . . . . . contra dictos Polizienses et alios . . .

Et insuper scribatur per nostrum dominium domino vaivodae Sandali, in illa forma quae fuerit opportuna ad hoc, ut dicti Polizenses se abstineant a damnis et offensionibus suprascriptis.

Secr. cons. rogator. Lib. VIII. ch. 161.

CCCLXXXV. 1424. 26. Augusti, in Plana.

Толкуюһи или попуняваюһи додатакъ къ уговору мира између Млѣтака и деспота Србскогъ

Questa si e la pratica havita sora la declaration di capitoli de la paxe, pratica per magnifico signor Zorzi quondam Vulchi etc. e magnifico, et generoxo misser Francisco Quirini, per la ducal signoria de Veniexia

capitano a le parte d' Albania, e special sora i capitoli sotoscriti, de li qual el tenor si e questo;

Item, se contien in uno de li capitoli de la dita paxe, che se algun homo de que condicion e maynera se sia, ferisse over amazzasse, involase over robasse, o altro delicto facesse, o fosse homo de la signoria o de li diti signori, li officiali de una parte, e de laltra insiema, instanter debiano conoscer et sententiar etc.

A questo el prefato magnifico signor per se et per nome del illustrissimo signor despoto, sie contento che sora dito capitolo sia declarado per quello modo parera a la prefata signoria de Veniexia, et alli messi delli prefati signori che andera a Veniexia.

Item, che tuti i citadini tanto quelli de la prefata inclita signoria de Veniexia, quanto de li diti illustre signor despoto et magnifico signor Zorzi, et tuti altri complici e seguaci adherenti e recomandati subditi e vassali de una parte e de laltra, possano andare e usare per i luogi e citate e tenute, si de la prefata inclita signoria de Veniexia, como de i diti illustri signori despoto et magnifico signor Zorzi, stare mercantizare vendere comprare ogni mercadantia, che a lor piaxera, si chomo vendere et comprare pono tuti i citadini complici seguaci et adherenti, subditi et recomandadi et vassali de le

prefate signorie, in le terre de le lor signorie, senza alguna condicion ni molestia de alguna de le parte predicte, declarato per le sovra dite parte, che non s' intenda per li publici traditori, i quali sarano dati in nota per una parte et per l'altra.

Item, che tuti i citadini de la prefata signoria de Veniexia, et altri homeni de che mainiera et condicion se siano, i quali ano possession paternali e maternali, compre o dotte, case o vigne e campi et ogni altra possession dentro dai luogi confini et citade de li diti signori, liberamente possano haver et tegnir, golder et possieder le dite lor possession, pagando el dredo de li dite signori. Et versa vice li homini de li diti signori possano fare entro i luogi citade et tegnimenti de la prefata inclita signoria de Veniexia. Declarato fo el capitolo per le parte sovrascrite, che questo capitolo non habia luogo per li publici traditori, i quali saranno dati in nota per una parte per l'altra. Et per fermeza de zo fo soto sigilladi de li sigilli de le sora dite parte. Data in Plana, die XXVI. mensis Augusti, millesimo quadringentesimo quarto.

Commemoriale XI. ch. 113.

CCCLXXXVI. 1425. 9. Augusti.

Одговоръ датъ посланнку великогъ войводе Сандала, на нѣгова заитеваня.

Quod ambaxatori magnifici domini

Sandali, magni vaivodae Bossinae, respondeatur in hac forma:

Et primo ad primum capitulum, per quod ex parte dicti magnifici domini Sandali, significatur nostro dominio, pacem et unionem secutam esse inter dominum regem Hungariae et dominum regem Bossinae etc. Respondemus: quod cognoscimus bonam affectionem et dilectionem, quam dictus dominus Sandalus habet erga nostrum dominium, et reddimur certi, quod semper omnia quae cognosceret posse reverti in incommodum nostri dominii, nostro dominio notificaret, tamquam bonus amicus noster, prout viceversa notificaremus suae magnificentiae, et de ista sua significatione suae magnificentiae amicabiliter regraciamur.

Ad id, ad quod hortatur nostrum dominium, qud velimus aquirere provinciam Polizensem, et salinas quas tenet comes Johannes de Citines, quae spectant nostro dominio causis per eum significatis nostro dominio; respondemus, quod non sumus informati prout esset necessarium, de modo servando in aquirendo res praedictas, quia licet sciamus res praedictas de jure spectare nostro dominio, tamen non adhibuimus ad hoc cogitamina nostra, sed deliberavimus velle informari circa hoc, a rectoribus nostris de inde, et habita eorum informatione, postea faciemus illam deliberationem, quae nobis videbitur superinde.

Ad secundum capitulum, per quod rogat nostrum dominium, ut dignemur providere cum Mustafa, quod habeat unum privilegium, per quod eidem confirmat omnes metas et confinia sui paisii, quod tenet et possidet, etc. Respondemus, quod diligentes statum suum tamquam amici nostri carissimi, sumus parati, in quibuscunque possibilibus suae magnificentiae complacere, sed volentes secum loqui, tamquam cum amico nostro carissimo, dicimus, quod sumus certissimi, quod Mustafa, propter favores quos sibi damus, tam in praesenti, quam si succedet ad dominium, semper complaceret nostro dominio de faciendo privilegium praedictum; sed quia posset occurrere, quod dictus Mustafa non prosperaret in dominio, et etiam res Turchorum non stant bene secrete, esse posset, quod hoc perveniret ad notitiam Morathbey, et remanente in dominio dicto Morathbey, posset esse nocivum dicto magnifico domino Sandali, requisivisse a dicto Mustafa privilegium praedictum, et propterea consulendo sibi tamquam amico nostro carissimo, quia statum suum nostrum reputamus, nobis videtur utilius fore et securius pro dicto domino Sandali, expectare qualiter facta dicti Mustafae succedent. Nihilominus sumus parati et in praesenti et in futuro, prout deliberabit, sollicitare de habendo dictum privilegium, quia sumus certissimi, quod in omni

tempore illud habebimus a dicto Mustafa, quo habito illud magnificentiae suae secundum eius requisitionem transmittemus.

Ad tertium capitulum, de renovando amicitiam cum domino d u c e M e d i o l a n i etc. Respondemus quod cum domino duce Mediolani sumus in pace, et licet consideremus dominium dicti S a n d a l i multum esse remotum a dominio dicti domini ducis Mediolani, [tamen magnificentia sua potest deliberare de renovando vel non renovando amicitiam cum dicto domino duce, ut sibi placet, quia omnis sua deliberatio placebit nostro dominio.

Aliivolunt suprascriptum capitulum usque [et postea dicatur: et talis innovatio amicitiae non posset esse nisi cum expensa et damno suo, consulendo sibi amicabiliter, videtur nobis, quod talem innovationem non debeat querere.

Ad quartum capitulum, per quod nos rogat . . . . ut dignemur providere, quod illos s e x c e n t o s d u c a t o s, quos habet annuatim de introitibus C a t a r i, — habeat una vice . . . . . Respondemus, scribemus comiti nostro Catari, quod se intelligat cum domino S a n d a l i . . . . quo tempore habilius congregare poterit dictam pecuniam, et quod in una vel duabus pagis omnino debeat eam dicto domino seu nuntiis suis consignare; et scribemus efficaciter comiti nostro, quod ita debeat observare.

Ad quintum capitulum respondemus, quod iuxta requisitionem suam mandabimus per litteras nostras patentes, quas eidem faciemus consignare, omnibus nostris rectoribus Dalmatiae, quod omnes rebelles suos expellant de terris nostris, et in futurum dictos suos rebelles acceptare nec tenere debeant.

Secr. cons. rogat. Lib. IX. ch. 32.

CCCLXXXVII. 1425. 20. Augusti.

Одговоръ посланицима Ђорђа Вуковогъ Бранковића, нећака деспота Србскогъ, тичући се неки чланака уговора мира, заключеногъ између Млетака и деспота Србскогъ.

Cum ambassiatores domini Georgii de Vulcho, nepotis domini despoti Rassiae, fuerint ad praesentiam nostram, et cum dictis ambassiatoribus facta fuerit pratica, et dicti ambaxatores multas differentias moverint, super pace facta inter dominum despotum et nostrum dominium, et ultimate venerint ad tres differentias: primo petentes ducatos mille pro Cataro; secundo petebant Pastrovichos; et tertio quod procedatur contra Nicham Armano. Et dicti ambaxatores fuerint ad praesentiam dominii, et per serenissimum dominum ducem dictis ambaxatoribus super dictis tribus differentiis multum fuerit declaratum, dictum dominum Georgium non iuste petere, quia non erat justum, quod nos, nec dominus suus,

essemus judices istarum differentiarum, eramus contenti quod dictae duae differentiae ducatorum mille pro Cataro et de Pastrovichiis, determinari deberent per unam tertiam personam, quia nostra dominatio non volebat nisi illud, quod iustitia requirebat; et dicti ambaxatores dixerint et responderint, quod non possunt se removere a requisitione dictorum ducatorum mille, nec a requisitione Pastrovichorum, nec etiam habent libertatem standi juri, compromittendi in tertium, et petierunt licentiam cum instantia possendi recedere, et concluserunt, quod placeret nostro dominio unum ex nostris mittere ad praesentiam domini sui, ad declarandum dicto domino suo hanc nostram intentionem: Vadit pars: quod iterato mitti debeat pro istis ambaxatoribus, et eis dici debeat, quod nostra dominatio, cupiens cum illustri domino despoto et magnifico domino Georgio pacifice et amicabiliter vivere; tamquam cum fratribus et amicis nostris, super differentiis quas fecerant super pace, existente inter dominum despotum et nostrum dominium eis responderamus, quod contenti eramus stare terminationi unius tercii, dicto domino despoto et nobis fido; videlicet super differentia ducatorum mille pro Cataro, et super facto Pastrovichorum, utrum debebant remanere dicto domino despoto, vel nostro dominio, et sic eis dicimus ad praesens. Verum

si hoc acceptare volunt, videlicet quod dictae differentiae terminari debeant per unam terciam personam, de hoc remanemus contenti, quando autem non, et ipsi ambaxatores vellent alia dicere pro bona conclusione et remotione differentiarum praedictarum, ipsi possunt aperire intentionem domini sui, ut possit bona conclusio poni differentiis praedictis.

Et si dicti ambaxatores aliqua proponent ultra ea quae dixerunt, eis responderi debeat cum verbis pertinentibus et necessariis, et veniri debeat ad istud consilium, pro respondendo dictis ambaxatoribus ad ea, quae de novo dixerint, sicut isti consilio apparebit.

Si vero dicti ambaxiatores responderent non habere libertatem ad aliud condescendendi, quam quod dixerint, eis dici debeat, postquam non habent libertatem condescendendi, nec se compromittendi in tertium, nos mittemus ad praesentiam suam nostrum ambaxiatorem.

Secr. cons. reg. Lib. IX. ch. 34

CCCLXXXVIII. 1425. 3. Septembris.

Наставленѣ за Францешка Квиринн, посланика къ Ђорђу Бранковићу, како да се погоди съ овимъ о некимъ членцима уговора мира, кои нису іошъ у дело приведени,

Cum in responsione facta ambaxiatoribus magnifici domini Vulchi, quia cum illis non fuimus concordes, eis au-

toritate huius consilii promissum fuerit, quod mitteremus nostrum ambaxiatorem ad praesentiam ipsius domini Georgii, et bonum sit superinde providere; vadit pars, quod scribatur viro nobili Francisco Quirino, capitaneo nostro partium Albaniae, in hac forma, videlicet:

Fuerunt ad praesentiam nostram duo ambassiatores magnifici domini Georgii, quondam domini Vulchi, qui sub litteris credentiae praefati domini sui, parte sua exposuerunt nostro dominio, qualiter per eundem eorum dominum ad praefatum dominium nostrum fuerant destinati, pro complemento et bona executione pacis, alias celebrate inter illustrem dominum despotum et dictum magnificum dominum Georgium ex una parte, et nostrum dominium ex altera, cum certae res contentae in celebratione dicte pacis non fuerint observatae; quibus quidem oratoribus auditis, fuerint per nostrum dominium deputati auditores; quibus auditoribus dicti ambassiatores petierunt, quod per nostrum dominium deberent dari dominis suis, a die celebrationis pacis praedictae usque ad festum sanctae Mariae proxime praeteritum, ducati mille in anno, juxta continentiam dictae pacis. Item tenuta castri Budue et eius districtus. Item salinae quae fuerunt condam Balsae. Item Pastrovichos, et ulterius petierunt, quod Nichemar per

nostrum dominium puniretur pro excessu commisso tempore sufferentiarum. Ex adverso autem per auditores nostros sibi deputatos, responsum fuit, quod secundum continentiam dictae pacis eorum domini tenebantur et obligati erant, restituere nostro dominio domos Andreae Moia, districtus nostri Scutari; similiter tenebantur praefati domini, de restituendo et assignando illam partem districtus Catari, quam tenebant, et ulterius debebant deliberare de captivitate omnes captivos Pastrovichorum, qui erant in manibus praefatorum dominorum suorum, quas quidem res faciendo prefati domini eorum, et respondendo nostro dominio de usufructibus domorum Andreae Moia, et de eo quod tenebant de districtu Catari, videlicet de contrata Zupe, a celebratione pacis citra, prout dicti eorum domini tenentur, et prout nomine nostri dominii, praedicti eorum domini requirebantur, ipsa nostra dominatio erat parata de dando eisdem dominis suis, pro tempore praeterito a die celebrationis dictae pacis citra ducatos mille pro quolibet anno praeterito, quos nostra dominatio tenetur dare quolibet anno in festo assumptionis beatae virginis, erat etiam parata sibi assignare castrum Budue et eius districtum, ac etiam triginta quatvor salinas, quae fuerunt condam domini Balsae; de ducatis autem mille, quos petebant annuatim pro Cataro et districtu,

mirabatur dominatio nostra, cum ex forma pacis praedictae, pro tali causa nullatenus obligetur. Ad partem autem Pastrovichorum, eis responsum fuit, quod sicut sciebant in contractu pacis, praefatus magnificus dominus Georgius volebat, quod dicti Pastrovichi sibi darentur, quod nobilis vir Franciscus Bembo miles, tunc capitaneus noster ad celebrationem pacis praedictae deputatus, recusabat facere; tandem ne tantum bonum restaret, conventum fuit inter partes, quod dicti Pastrovichi deberent sic stare, quousque per illustrem dominum despotum, et nostrum dominium fieret deliberatio superinde, et quod certe dominatio nostra erat disposita complacere praefatis eorum dominis in longe maioribus, dummodo posset facere sine praeiuditio honoris sui. Cum igitur dicti Pastrovichi habuerint promissiones a nostro dominio, quod non assignaret eos dictis dominis, nec alicui alii domino, sed retineri debeant per nostrum dominium, sub eius dominio, dominatio nostra ipsorum ambaxiatorum requisitioni nequiret annuere sine praeiuditio honoris nostri. Quare eos rogabamus, quod vellent remanere contenti, quod dicti Pastrovichi nobis remanerent, ad quod sperabamus eorum dominos debere contentari rationibus superius dictis. Ad partem autem Nicherman, responsum fuit, quod per nostrum dominium fuerat processum contra ip-

sum Nichemar, prout nostro dominio apparuit convenire. Quibus quidem responsionibus intellectis, dato quod praedicti ambassiatores fecerint aliquam difficultatem circa castrum Stipanice, dicentes quod per nuntios utriusque partis videretur, si dictum castrum foret intra terminos, nobis assignaretur, sin autem remaneret eorum dominis, et per auditores per nos deputatos, fuisset responsum, quod per nuntios praefati domini in simul cum nostris, bis visum fuerat et repertum dictum castrum Stephanice fore totum sive pro maiori parte in iurisdictione nostra, ita quod non erat necesse, ut hoc amplius videretur; et dictis per utramque partium multis verbis superinde, demum dicti ambaxiatores contentarunt, ut dictum castrum ruinaretur, contentarunt insuper et promiserunt, nomine praefatorum dominorum suorum, quod nobis restituerentur et assignarentur domus centum Andreae Omoye, districtus Scutari, et contrata Zuppe districtus Catari, ac etiam usufructus dictarum domorum centum et contrate Zuppe, a tempore celebrationis pacis usque ad diem consignationis praedictarum rerum. Et ad factum Nicherman post factam aliquam punctam, etiam remanserunt taciti; sed ad partem ducatorum mille, quos habere praetendunt annuatim pro civitate et districtu Catari, minime contenti remanserunt, allegantes

dictos denarios habere debere, cum in instrumento pacis contineantur haec verba, videlicet: Dolcegno chon el so destreto, e Cataro chon el so destreto, come ha abudo e tegnudo al tempo del signor Zorzi Strazimir e del suo fiuol miser Balsa, franchamente siano de la prefata signoria de Veniexia, liqual la antilata inclita dogal signoria de Veniexia, tegna e posseza quieta e pacificamente iure proprietario perpetuo et in perpetuum, senza alguna novita impazo ni molestia etc. Alegabant igitur dicti ambassiatores, quod cum tempore domini Georgii et domini Balsae eius filii, Catarini solvissent ducatos mille annuatim, et quod in instrumento dicatur, quod Catarum retineatur per nostrum dominium uti tenebatur tempore domini Balsae, inde concludebatur, quod per nostrum dominium dari deberent dominis suis ducati mille annuatim. Ex adverso pro parte nostra respondebatur eis, hoc nullo modo posse intelligi, quia in velle praetendere habere ducatos mille annuatim, necessario poni debebat et fieri mentio per expressum in instrumento, prout factum fuit in ducatis mille, quos nostra dominatio eis dare promisit annuatim in die assumptionis beatae virginis de introitibus Scutari. Praeterea in dicta parte instrumenti dicitur Catarum cum districtu esse debere nostri dominii franche; si autem solvi deberent pro eo ducati mille

annuatim, haberetur servum et non liberum, inde sequitur, quod hoc nullo modo potest intelligi, sed quod illa clausula, videlicet: uti tenebatur, se refferebat ad quantitatem confinium, cum si diceretur absolute Catarum cum eius districtu esse debere nostri dominii, intelligeretur districtus quem antiquitus habebat, quo comprehenderetur Lustiça et multa alia, quae domini sui tenent, uti patet autenticis privilegiis, quae Catarini habent; quam ob rem tenendum est, quod praefatus dominus Georgius voluit dictam clausulam poni, ut nostra dominatio haberet solummodo illam partem districtus Catari, quae tenebatur per Catarinos ad tempus olim domini Georgii Strazimir et domini Balsae eius filii. Unde allegatis his et aliis rationibus, et circa hanc partem et illam de Pastrovichis, et dictis ambaxiatoribus nos non valentibus reducere, nostrum dominium affectuosum pacis et quietis, condescendit ad hunc ultimum modum, videlicet: quod per nostrum dominium et dictos ambaxiatores eligeretur una tertia persona, quae cognoscere haberet circa dictas duas differentias, et quamvis dictis ambassiatoribus videretur, dominationem nostram sancte et juste loqui, attamen assentire noluerunt, allegantes circa hoc non habere libertatem, sed quod irent et refferent hoc domino suo, rogantes nos instantissime, quod ad praefatum dominum suum, nostrum mitteremus

ambaxiatorem, quia sperabant indubie, quod res bonum haberet exitum, unde nos sic contenti fuimus facere. Haec autem omnia volumus vobis fore enarata, ut plene informatus possitis melius deffendere rationes nostras, et per consequens deducere rem ad optatum finem, cum nostris consiliis rogatorum et addicionis vobis scribentes atque mandantes, quatenus receptis praesentibus, debeatis vos intelligere cum praefato domino Georgio, et vos ad eius praesentiam conferre, et praesentatis nostris litteris credentialibus, quas vobis mittimus praesentibus alligatas, et factis amicabilibus salutationibus et oblationibus, prout honori nostro et suo videbitis convenire, ac etiam praesentatis muneribus vobis missis, magnificentiae suae dicere debeatis: quod dum fuissent ad nostram praesentiam spectabiles oratores sui, missi ut dixerunt pro complemento et bona executione pacis celebratae etc. quos certe vidimus alacriter et libenter, intuitu et contemplatione suae magnificentiae, quam habemus et habere intendimus in carissimum fratrem; non valentes remanere secum in concordio, defectu libertatis, ut ipsi dixerunt, sicut dominatio nostra non dubitat ipsos suos ambaxiatores magnitudini suae retulisse, optantes pacem et quietem habere cum omnibus Christianis, et specialiter cum illustri domino d e s p o t o et sua magnitudine, quos ut diximus, habemus et habere intendimus in caris-

simos fratres; etiam rogati a praefatis suis oratoribus, vos misimus ad praesentiam suae magnificentiae, cum plenissima libertate, ut omnis differentia resicatur et aptetur, bene rogamus suam magnitudinem, quod ut dominus, cui convenit uti jure et honestate, velit dirigere mentem suam ad quam libet istarum partium, et habere respectum ad servicia, quae in futurum ei nostra dominatio facere potest, cum illis aliis verbis, quae vestrae sapientiae convenire videbuntur, ut veniatur ad praticam. Et cum veneritis super pratica, volumus quod cum omni instantia debeatis procurare, quod dictus dominus **Georgius** remaneat contentus, silentium imponere petitioni ducatorum mille, quos petit pro Cataro, et quod **Pastrovichi** cum suo tenere, remaneant nostro dominio, quod firmiter speramus, quod obtinebitis, cum ipsi ambaxiatores in acceptione a nobis licentia, dixerint, ut adminus providere vellemus, quod Pastrovichi starent in pace et nullam facerent novitatem, ob quod visum fuit, quod quasi iustum eis videretur, quod ipsi Pastrovichi nobis remanerent. Sed factus primo ipsum ratificare res supradictas, videlicet: quod domus **Andreae Omoye** et contrata **Zuppe** nobis restituantur cum usufructibus etc. ut superius dictum est. Item quod **castrum Stefanice** ruinetur, dando nostrum dominium eis ducatos mille de introitibus **Scutari** annuatim, iuxta formam

pacis, quae omnia possendo obtinere, volumus ut vos intelligatis cum dicto domino, ut mittat personam, per quam fiat executio a parte sua, et quae sit apta recipere executionem fiendam pro parte nostra, quam in hoc casu vobis mandamus, ut integraliter exequi debeatis. Si vero facta omni instantia possibili, dictus dominus ad haec non contentaret, sed vellet pur Pastrovichos ei dari, et de ducatis mille pro Cataro esset contentus inponere stilentium, volumus ut procuretis cum dicto domino, quod per dictos Pastrovichos velit remanere contentus, avantagiare se in pecunia ei danda annuatim per nostrum dominium, ad quod ipso contentante ut speramus, sumus contenti ut promittere ei possitis annuatim quam minus poteris, usque ad summam ducatorum quingentorum. Si vero dictus dominus non attenderet ad avantagiandum se in pecunia, nolumus ut vos apperiatis de hac nostra intentione, sed si in primo casu vel secundo difficultas staret in sancta Maria de Rotezo, quia dominus Georgius diceret illam esse districtus Antibari, et illam vellet, habita prius ante vestrum recessum informatione, si dictus locus sanctae Mariae est districtus Antivari, vel de tenere Pastrovichorum, si eritis clarus ipsum locum fore districtus Antivari, volumus ut propter hoc non restet concordium, quin ymo contentare debeatis, quod ipse locus sanctae Ma-

riae de Rotezo, assignetur praedicto domino, tamquam res Antibari. Si vero non remaneret contentus imponere silentium, petitioni ducatorum mille pro Cataro, vel remaneret contentus imponere silentium, et non contentaretur ad aliquod praedictorum petitorum circa facta Pastrovichorum, in hoc casu volumus, ut ei dicere debeatis, quod vollentes et inteligentes sua magnificentia uno modo, et nostra dominatio alio modo, necessarium est venire ad unum tertium, qui habeat videre et decidere differentias praedictas; et ideo ut diximus oratoribus suis, nostra dominatio est contenta de compromittendo se in uno tercio, quem sua magnitudo eleget, domino, comunitate seu studio Christianitatis, dummodo non sit persona, quae rationabiliter nostro dominio debeat esse suspecta, et quae non sit cum aliqua partium coniuncta lige vel parentelle; et contentante se praefato domino de hoc, volumus ut possitis concludere in quolibet infrascriptorum dominorum, comunitatum sive studii, qua conclusione facta, intellectis vobis prius cum sua magnitudine, quod pendente dicto tractatu, per dictos dominos despotum et Georgium et gentes suas, non inferetur damnum iniuriae vel molestia alicui loco nostro, vobis similem promissionem nostro nomine faciente, quae promissiones appareant in scriptis, et etiam intellectis vobis secum, quod mittat ad instandum cum illo domino, comunitate vel

studio, quod electum erit, quod velit hoc assumere, cum nostra dominatio faciet similiter, accepta licentia ab eo redire debeatis ad vestrum regimen, nos de omnibus secutis plenissime informando. Si vero de praedictis non contentaretur, volumus ut procuretis habere sufferentias per illud quam longius tempus poteritis, quibus obtentis vel non, volumus ut redire debeatis ad vestrum regimen, nostrum dominium de omnibus plenissime informando. Nomina autem illorum, in quibus nostra dominatio se compromittere contentatur, sunt haec, videlicet: Imperator Constantinopolis, princeps Achaie, despotus Janinae, comes Nicolaus Segnae, comunitas Florentiae, comunitas Sennarum, comunitas Anchonae, quilibet dominorum de Malatestis, studium Bononiae, et studium Sennarum. Et si dictus dominus Georgius, introduceret dominum Sandali pro medio, quod attamen non credimus, volumus ut cum illis honestis et prudentibus verbis, quae vestra sapientia dicere sciet, cum sit cum dictis dominis affinitate stricte coniunctus, et habeat in gubernum filias condam domini Balsae, interpositionem sive compromissarium dicti domini Sandali recusare debeatis. Insuper quia per litteras nuperrime habitas, a comite nostro Catari informati sumus, quod per metro-

politam Sclavoniae, et per aliquos subditos praefatorum dominorum, fuerint laboratae salinae, sub praetextu et colore, quod fuerint suae, quod de jure ipsi facere non potuerunt, cum ut videbitis per formam contractus pacis, praefati domini habere debent castrum Budue cum suis confinibus, et salinas solum quae fuerunt Balsae, et cum secundum informationem datam nostro dominio, praedictae salinae non sint de confinio vel districtu Budue, hinc est quod de jure ut diximus praedicti metropoliti et alii subditi praedictorum dominorum, dictas salinas non possunt facere laborare; desiderantes igitur pro evitatione scandalorum, omnes salinas habere in manibus nostris, volumus quod in prima pratica tenenda de innovatione, facta per dictos metropoliti et alios subditos suos, in faciendo laborare dictas salinas, cum dicto domino debeatis nostri parte vos gravare, tamen cum modestis et convenientibus verbis, et continuando praticam volumus ut dimittatis hanc differentiam a parte, et attendatis ad duas principales, quibus aptatis volumus, ut procuretis aptare istam per infrascriptum modum: 1. quod omnes salinae remaneant nostro dominio, tam illae quae fuerunt condam domini Balsae, quam metropoliti, et cuiuscunque alii subditi sui, ente obligata nostra dominatione, praedictis dominis pro triginta quatvor salinas, quas habere de-

bent, et pro omnes illas, quas de jure spectarent subditis suis, usque ad summam ducatorum mille annuatim, quam minus poteritis. Vobis denotantes, quod ut scripsit nobis comes noster Catari, metropoliti praedictus voluit ei dare salem quem colligerat, pro illo precio, quo ipsemet comes volebat. Quando vero haec pars sic aptari non posset, et in aliis essetis concordes, nolentes ut ob hanc causam restetur, ut bona pax sit, sumus contenti, quod concludetis in hac forma, videlicet: quod triginta quatvor salinae condam domini Balsae sint praefatorum dominorum: XXIV metropoliti. XXVII illorum de Lustiza. X Georgii et Alexii Juras. VIII Bogdani Sichis. II Nicolae Zauli et II Chiuichi. Catarinorum XXXII et IIII Raichi Monetae, ut de jure esse videntur.

Ceterum vos advisamus, quod ad instantiam et requisitionem praefatorum ambaxiatorum, scripsimus domino Georgio, prout per copiam praesentibus introclusam, videbitis contineri, volentes et vobis mandantes, quod conclusis cum magnificentia sua differentiis praedictis, faciatis ipsum iurare, quod iuxta tenorem dictarum litterarum, pacem et conclusiones factas inviolabiliter observabit, et vos simile sacramentum ei facietis, nomine nostri dominii, faciendo de praedictis omnibus fieri publica instrumenta, facere sigillata suo sigillo.

Praeterea, quia in contractu pacis idem dominus Georgius petiit de gratia, posse in Venetiis et aliis locis nostris armare suis expensis, si ei necesse esset ire contra Turchos, usque sex galeas, volumus quod, siquidem vobis diceret superinde, debeatis respondere, quod adveniente casu, quod dictae galeae essent ei necessariae, reperiret nostram dominationem dispositam in cunctis possibilibus, quae honeste facere posset, suae magnificentiae complacere.

Insuper si ipse dominus Georgius vellet, ut ei permitteretur, quod in omni eventu posset se cum filiis et heredibus et bonis ac havere suis, reducere se in terris et locis nostris, et in illis posse tute, libere et secure stare, sumus contenti, quod hoc ei promittere possitis, venientibus attamen ipsis cum comitiva honesta.

Expeditis autem et conclusis praedictis vobis commissis, volumus ut ipsi magnifico domino Georgio, facta commisserie condam nobilis viri Benedicti Contareno, qui ab ipsis dominis et aliis suis subditis bonam summam pecuniae habere debebat, recommittere debeatis, et instare ac procurare, quod praedictus dominus Georgius, faciat tam efficax mandatum, quod vir nobilis ser Mapheus Contareno, filius condam ipsius ser Benedicti, consequi valeat et obtinere debitum suum.

Ire autem debeatis in ambaxiata praedicta cum illa familia que vobis videbitur, ad expensas nostri communis, possendo expendere ducatos tres in die.

Et ex nunc captum sit, quod per dominium expendantur ducati ducenti in uno panno auri, prout videbitur dominio, pro largiendo praedicto magnifico domino Georgio.

Mittimus vobis praeterea per Thomasium Sclavo, brachia triginta panni auri, quae dicto domino Georgio parte nostra praesentare debeatis.

Secr. cons. rogat. Lib. IX. ch. 37. 38. et 39.

CCCLXXXIX. 1426. 2. Septembris.

Одговоръ Франческу Квирино, да може са посредованѣмъ Ђорђа Бранковиħа ступити у преговоре мира са Турчиномъ.

Quod respondeatur viro nobili ser Francisco Quirino, comiti et capitaneo Scutari, in hac forma, videlicet.

Recepimus litteras vestras, quibus nobis denotastis ea quae habuistis a magnifico domino Georgio, circa interpositionem illustris domini despoti, pro pace tractanda inter nos et imperatorem Teucrorum etc. Et illis intelectis fidelitati vestrae scribimus et mandamus, cum nostro consilio de C., quatenus dicto domino Georgio dicere debeatis: quod cum maxima no-

stra expensa et laboribus acquisivimus et habuimus civitatem nostram Salonichi, quam sumus dispositi et omnino intendimus, favente domino, pro nobis tenere et conservare. Et auditis litteris vestris et his quae magnificentia sua vobis dixit, de interpositione praefati domini despoti, dicimus quod dummodo imperator Teucrorum sit contentus de interpositione sua, sumus contenti et parati, ipsam suam interpositionem acceptare et acceptamus, quia ob singularem affectionem et amorem, quem ipsi domino despoto gerimus, ipsa sua interpositio nobis plus placebat, quam alterius domini.

Et sic pro bona executione ipsius vobis misimus libertatem ad plenum, et estis paratus in dei nomine, per medium et interpositionem ipsius domini despoti, venire ad praticam et subsequenter ad bonam ipsius conclusionem. Et volumus, quod in quantum dictus imperator Teucrorum esset contentus, quod ipsa pax praticaretur in terris domini despoti praedicti, dimisso castellano nostro Scutari loco vestri, ire debeatis in loco per eum deputato, et in dei nomine, per medium ipsius intrare ad praticam et subsequenter ad bonam ipsius conclusionem.

Si vero dictus Teucer vellet, quod ipsa pax tractaretur ad praesentiam suam, per medium tamen dicti domini despoti, sumus contenti et vobis mandamus, quod obtento

salvo conductu ab ipso Teucro, et dimisso praedicto castellano loco vestri, ut est dictum, in dei nomine ire debeatis ad illum locum, qui per ipsum ad hoc deputabitur, ad praticandum et concludendum si fieri poterit, pacem praedictam, quam tractare et praticare debeatis iuxta formam et libertatem, quam vobis mittimus praesentibus introclusam. Et ire debeatis ad expensas nostri communis, cum illa quam minori expensa poterit, non possendo ducere ultra equos octo in decem. Et ex nunc captum sit, quod ipsi comiti et capitaneo nostro Scutari, mittatur illamet libertas, quam habet noster capitaneus Culfi, et expendi debeat in muneribus portandis dicto Turcho, quae mitti debeant dicto comiti et capitaneo Scutari, usque ducatos quadringentos, prout alias factum fuit.

Secr. cons. rogat. Lib. IX. ch. 165.

CCCXC. 1426. 18. Decembris, in Centum.

Одговоръ Якову Тести изъ Трогира, на нѣгово известіе, да кнезъ Іованъ Цетински жели предати своє градове Млетачкой влади у руке.

Cum ad nostram veniret praesentiam fidelis noster Jacobus Testa de Tragurio, pro parte comitis Johannis de Citines, et nostro dominio exposuerit, quod ipse comes Johannes esset contentus se

intelligere cum nostro dominio palam vel oculte, prout nobis videretur, et volebat in manibus nostris ponere fortilicia sua, sicuti est relatum isti consilio per serenissimum dominum ducem, vadit pars: quod respondeatur dicto Jacobo, quod nostri parte dicto comiti dicere debeat, quod nostra dominatio semper fuit et est erga ipsum comitem bene disposita, et svademus ei, quod pro bono status sui stet sic tacite; et quia ad praticandum talia, necessarium est, quod sint personae cum libertate ad plenum, et non est conveniens, quod mittamus libertatem Spaleto, quia nescimus intentionem suam, et necesse esset, quod ille quem mitteremus nobis scriberet, et sic res transiret in longum, pro celeriori expeditione rei, ipse posset Venetias mittere, aliquem suum nuntium secretum, cum sua intentione et libertate plenaria, quoniam ipse reperiet dominium nostrum inclinatum ad ea, quae convenientia sint et honesta.

Secr. cons. rog. Lib. IX. ch. 193.

CCCXCI. 1426. indict. IV. 22. Aprilis, in Vuolciterni.

Допуниваюћи чланци къ уговору мира између Млетака и деспота Србскогъ, заключени у Вучитрну, између Францишка Бембо посланика Млетачкогъ и Ђорђа Бранковића.

In Christi nomine. Amen Anno ejusdem domini millesimo quadringentesimo vigesimo

sexto, indictione quarta, die vigesimo secundo mensis Aprilis, actum in Vuolciterij, videlicet in curia infrascripti magnifici et potentis domini domini Georgii quondam Vulchi, presentibus, reverente in Christo patre domino Phaonna dei gratia Grazanicie metropolite, vayvoda Luchatio, vayvoda Merchixa, ser Aluisio Donato quondam ser Johannis de Venetiis, ser Thomasio Sclavo scribe curie Scutari, ac Johannino de Venetiis Georgii Venetiani, stipendiario equestri in Scutaro, testibus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis. Cum hoc sit, quod inter magnificum et generosum militem, dominum Franciscum Bembo, pro serenissimo et inclitissimo ducali dominio Venetiarum olim generalem capitaneum Culphi, ac sindicum et procuratorem prelibati illustrissimi ducalis dominii Venetiarum, nomine prefati serenissimi ducalis dominii, ac nomine et vice omnium colligatorum adherentium, recomendatorum, complicium, sequacium, fidelium atque subditorum ejusdem ducalis dominii ex una parte, et prefatum magnificum et potentem dominum, dominum Georgium quondam Vulchi suo proprio nomine et vice in nomine illustris et excelsi principis domini, domini Stephani dispoti, dei gratia ducis Rassie etc. ac nomine et vice omnium et singulorum colligatorum adherentium recomendatorum

fautorum complicium sequacium fidelium atque subditorum et vassallorum suorum ex parte altera, sine vi, sine fraude, et sine aliquali livore, sincera caritas amicitia et pax amena celebrata fuerit. Licet post celebrationem dicte pacis, aliqua contenta in capitulis pacis restaverunt exequenda, ex quibus insurexerunt certe differentie; et precipue quia antefatus magnificus dominus dominus Georgius, nomine quo supra, petebat ducatos mille, quos habere pretendebat annuatim pro Cataro. Cum in instrumento pacis contineantur hec verba, videlicet: Dolcigno cum el so destreto, como ha habudo e tegnudo al tempo del signor Zorzi Strazimir e del so fiuol misser Balsa, franchamente siano de la prefata signoria de Veniexia, li quali l antelata dugal signoria de Veniexia, tegna e possieda quieta e pacificamente, jure proprietario perpetuo et in perpetuum, senza alguna novita impazo ni molestia etc. Allegabat etiam dictus magnificus dominus Georgius, quod cum tempore domini Georgii, et domini Balse ejus filii, Catarini solvissent ducatos mille annuatim. Et quod instrumento pacis dicatur, quod Catarum retineatur per prefatum inclitum ducale dominium, uti tenebatur tempore domini Balse. Inde concludebatur quod inclitum ducale dominium dari deberent prefato domino Georgio, dicto nomine, ducati mille annuatim. Ex adverso autem per antelatum ducale dominium

respondebatur, hoc nullo modo posse intelligi, et quod in velle pretendere habere ducatos mille pro Cataro annuatim, necessario poni debebat, et fieri mentio per expressum in instrumento, prout factum fuit in mille ducatis, quos ei dicto nomine prefatum ducale dominium dare promiserat annuatim de introitibus Scutari. P r e t e r e a in dicta parte instrumenti dicitur, C a t a r u m cum districtu esse deberi prefati ducalis dominij franche; si autem solvi deberent pro ipso annuatim ducati mille, haberetur servum, et non liberum. Inde sequebatur hoc nullo modo posse intelligi, videlicet, quod illa clausula: „videlicet uti tenebatur", se referebat ad quantitatem confinium; cum si diceretur absolute Catarum cum ejus districtu esse debere prefati ducalis dominii, intelligeretur districtus quem antiquitus habebat: qui comprehenderet Tristriam, et multa alia que idem magnificus dominus Georgius tenet: ut patet autenticis privilegiis que Catarinj habent. Quamobrem tenendum est, quod prefatus magnificus dominus Georgius, voluit dictam clausulam poni, ut ipsum dominium solummodo haberet illam partem districtus Catari, que tenebatur per Catarinos ad tempus olim domini Georgii Strazimir et domini Balse ejus filii; volebat namque prefatus msgnificus dominus dominus Georgius, nomine quo supra, quod P a s t r o v i c h i sibi darentur, et per antelatum dominium ducale Venetiarum res-

pondebatur, ipsos eidem dare non posse sine preiuditio honoris prefati ducalis dominij.

Cum prefata dominatio eisdem Pastrovichiis promissiones fecerit, de non assignando eos dicto domino domino Georgio, nec alicuj alio domino, sed ipsos retineri debere per prefatum ducale dominium. Eapropter serenissimus et excellentissimus princeps et dominus dominus Franciscus Foścari dei gratia dux Venetiarum etc. ejusque illustrissimum ducale dominium, cupientes dictas differentias sedare, ac ipsas totaliter extirpare et in bonum amorem et tranquillam pacem et concordium reducere, una cum suis consiliis commiserunt et plenissimam commissionem ac auctoritatem et bayliam attribuerunt, spectabili et generoso viro domino Francisco Quirino, pro eodem ducali dominio Venetiarum comite et capitaneo Scutari ac capitaneo partium Albanie, possendi dictas differentias insimul cum prefato magnifico domino Georgio dicto nomine sedare, et alia faciendi, ut patet per quasdam literas credentiales prefati ducalis dominij, prefato magnifico domino Georgio delatas, bulla plumbea antelati ducalis dominii Venetiarum pendente; datas Venetiis in ducali palatio, die quinto mensis Septembris MCCCCXXV, indictione tertia. Unde prefatus spectabilis dominus Franciscus Quirino nomine quo supra, ac nomine et vice omnium et singulorum colligatorum fautorum adherenti-

um recomendatorum complicum sequacium fidelium atque subditorum ejusdem ducalis dominii ex una parte, et prefatus magnificus et potens dominus dominus Georgius quondam Vulchj, habens similiter plenissimam remissionem autoritatem et bailiam, ut supra, a prelibato illustri et excelso domino domino dispoto Stefano Rassie duce etc. Ut patet per literas ejusdem domini domini despoti ad ipsum spectabilem et generosum dominum Franciscum Quirino delatas, ejusdem illustris domini domini dispoti sigilli impressione munitas, datas in Topolonica die XXII mensis Martii, 1426, ex parte altera, suo proprio nomine, et nomine et vice prefati illustris domini domini dispoti Stephani, ac nomine et vice omnium et singulorum colligatorum adherentium et recomendatorum, fautorum complicum sequacium atque subditorum et vassalorum suorum. Volentes itaque prefati magnificus dominus dominus Georgius quondam Vulchi, et dominus Franciscus Quirino capitaneus ut supra, nominibus antedictis, predictam pacem et amicitias tam dulcissimas indissolubili vinculo connectas, inviolabiliter observare et in perpetuum manutenere, ac omnes et singulas differentias, que post celebrationem dicte pacis insurgerunt, sedare et totaliter amovere, ne de cetero inter ipsas partes error aliquis suscitetur, in eterni creatoris nomine venerando, omni modo via jure et forma, quibus

melius et efficacius potuerunt ac debuerunt, ac debent et possunt, dictas differentias deduxerunt ad hunc concordium, modis condictionibus et conventionibus in capitulis infrascriptis distincte annotatis; quorum capitulorum tenor talis est; videlicet: Primo: el prefato magnifico signor Zorzo sie contento e promete, per suo proprio nome, e per suo heredi e successori, e per nome del prelibato illustre et excelso signor dispoto, de metere silencio a la domanda feva el dicto magnifico signor Zorzi nomine quo supra, di mille ducati de Cataro, e de queli mai per algun tempo non domandar ne molestar la prefata dogal signoria de Veniexia. Item: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promete de so propria e spontanea volunta, che i Pastrovichij et Resevichij cum tute so pronie patrimonj e dote, e ogni altra cossa, che i dicti Pastrovichij e Resevichij avesse e possedesse justamente, intendendo quelle pronie patrimonji dote e possessione, che ly haveva e possedeva per fin ala morte del signor Balsa, e quele case vintizinque, che son in Lastua, che serviva a misser Balsa liberamente debia romagnir ala prefata signoria de Veniexia, non intendendo i Pastrovichij i quali iera a obediencia del prefato illustre signor dispoto e signor Zorzo nomine quo supra, al tempo de la celebration de la paxe, fata tra i prefati signori e misser Francesco Bembo, nomine quo supra, i quali

debia aver loro possessione pronie, patrimonij e dote, le qual li haveva e possedeva al tempo che fo fata la dicta paxe. E selse trovasse, che le caxe de lastua, che serviva a misser Balsa, fosse de piu de XXV, quelle fosse de piu diebia esser del prefato magnifico signor nomine quo supra. I t e m : el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de far ruinar el castello chiamado Zorzevez, e ali confini de li Garbellj zoe Zupa de Cataro, che fesse Stephaniza fiuol de Zorzi Iuras, — per modo chel dicto castello de mo avanti non se possa habitar ni quelo piu rehedificar.

I t e m : el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de dar e assignar li Garbelli, zoe Zuppa de Cataro, cum li suo confini, i quali Garbellj sie di confini de Cataro, ala prefata signoria de Veniexia, segondo tegniva e possedeva al tempo del signor Zorzi e de misser Balsa so fiuol. I t e m : el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de dar e pagar, overamente defalcar de la provision el die haver de le intrade de Scutari, tutto quelo sara sta scosso per so nome di Garbelj de la Zupa de Cataro, dal di de la celebracion de la dicta paxe, per fina al di de la consignation de quela Zupa di G a r b e l l j. E se algun subdito del prefato illustre signor dispoto, e del dicto magnifico signor Zorzi, havesse scosso alguna cossa de la entrada de la Zupa di Garbellj, senza licen-

cia del dicto magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de defalcar tuto quello fosse sta scosso, de la provixion de Scutari, como e dicto de sovra. E tuto quello manchasse a scuoder de la entrada de la dicta Zupa, dal di de la celebration de la dicta paxe per fin al di de la consignation de quella Zupa, el dicto magnifico signor Zorzi diebia scuoder e quella deffalcar in la dicta provision de Scutari, como e dicto de sovra. E el prefato misser Franceseo Quirini, per nome dela antelata ducal signoria de Veniexia ut supra, promette de dar ogni sovenzion e favor chel pora, al prefato magnifico signor Zorzi, per rescuoder el resto manchasse dela dicta entrada de la dicta Zupa di Garbelij per lo tempo sopradicto. I t e m : el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de dar et assignar a la prelibata ducal signoria de Veniexia, le caxe cento che tien Andrea Humoy, che son del destreto de Scutari, como apar per li capituli de la paxe, cum el so usufructo, dal di de la celebration de la dicta paxe per fina al di de la consignation de le dicte caxe. I t e m : el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, si promette de far e far observar ali citadinj de la cita de Dolcigno, tute jurisdicion e regalie, le qual hano habude per lo tempo passado, i dicti citadinj in la Abadia de san Nicolo de la Foza de la Boiana, che son, prima: che li homeni

de la dicta Abadia, non possa comprar vino che in altro luogo che in lo dicto luogo de Dulcigno, fina che se trovera vini a compar in Dolcigno, zoe vino de loro possession. Item: che i dicti citadini possa pescar liberamente per mar per tuto per fine a la foza de la Boiana. Item: che li dicti citadinj possa passar al trageto dela Boiana, senza algun pagamento. Item che li dicti citadinj possa taiar legnami per loro uso in lo bosco de Begazi, senza alguna molestia. Romagnando la dicta giexia de san Nicolo, in li confini del prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, cum le sue raxon iurisdicion e confini. Item che le saline che fo de misser Balsa e di suo suditi debia romagnir al prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, e le saline de Cataro debia romagnir a la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, cum tute so raxon. E le saline quatro de Raicho Moneta debia romagnir al dicto Raicho, e a so heredi, segondo la forma de la so concession al dicto Raicho, facta per el metropoliti e per lo capitulo de la giexia. Item: el prefato misser Francisco Quirino nomine quo supra, promette de dar e de consignar el castello de Budua al prefato magnifico signor Zorzo nomine quo supra, da puo che al dicto misser Francesco sera consignado la Zupa de Cataro, e le case de Andrea Humoy. Item: el prefato misser Francesco

Quirini nomine quo supra, de piam concordio roman contento, che l'Abadia de sancta Maria de Rozezo, cum le suo raxon e confini e ville debia romagnir liberamente al prefato magnifico signor Zorzo, nomine quo supra. Item: promette il dicto misser Francesco nomine quo supra, che tuto quello fosse sta scuosso per nome de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, entro li luogi de la dicta Abadia de sancta Maria de Rozezo, dal di de la celebration de la dicta paxe, per fina al di de la consignation de quella, debia esser dado al prefato magnifico signor Zorzo nomine predicto, per la antelata ducal signoria de Veniexia. Item: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, e romaso contento de piam concordio, che tuti i passi de la Boiana, zoe el passo de san Thodoro, el passo di Bellenj, sia liberamente de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, sensa algun impazo, como chiaramente apar in li capitoli, i qual dixe: chel dicto signor Zorzi nomine quo supra, non habia a far alguna cossa in alguna jurisdicion over raxon, in lo fiume over aqua de la Boïana, e che queli passi mai per algun tempo, el dito magnifico signor Zorzi nomine quo supra, non li possa far scuoder. Item: se contien in un capitulo de la paxe, che se algun homo de che condicion e mainiera se sia, ferrisse over amazasse involasse over robasse, o altro delicto facesse, o fosse homo de la signoria, o de li

dicti signori, li officiali de luna parte e de laltra insieme instante debiano cognoscer e sententiar etc. — A questo el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, e il prefato misser Francesco nomine quo supra, son contenti, chel sovradicto capitulo sia dechiarado in questo muodo, che de qua avanti che se i subditi di prefati signori cometera algun fuogo homicidio furto, over algun altro delicto in le terre e luogi de la prefata ducal signoria de Veniexia, over fara algun dano ali suditi e fedeli de la prefata signoria, diebia per li rethori de la dicta signoria, in lo terren di quali i sara trovadi colpevoli, esser retegnudi, e contra de queli proceder segondo a li dicti retori aparera de raxon. E se i dicti malfactori scampa in le terre o luogi di prefati signori, li retori e suo officiali sia tegnudi, de farli piar juxta so possa, e mandar quelli tal soto bona guardia a li retori di luogi ove sara commesso el delicto. Et versa vice, se algun fedel o subdito de la prefata signoria de Veniexia, comettera algun delicto como e dicto de sopra, in le terre di sovradicti signori, li officiali suo debia e possa retenerli e contra de queli proceder, segondo el ge parera de raxon. E se li dicti malfattori scampasse in li luogi de la prefata signoria, debia per i rectori de la prefata signoria esser retegnudi, iuxta sua possa, e queli mandar in le man de li officiali di predicti signori

la o che havera commesso el delicto, e contra de quelli procieder i como i parera de raxon. I t e m : se contien in uno capitulo de la pase, che tuti li citadinj, tanto quelli de la prefata inclita signoria ducal de Veniexia, quanto de li dicti illustro signor dispoto e magnifico signor Zorzi, e tuti i altri complici adherenti et recomendati subditi e vassalli de una parte e de l altra, possano andar usar per li luogi e cità e tenute si de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, como de i di dicti illustro signori dispoto e magnifico signor Zorzi, star mercadantar vender comprar ogni mercadantia, che a loro piaxera, si como vender comprar pono tuti li citadinj complici sequaci adherenti subditi e recomendati e vassallj de le prefate signorie, in le terre de le loro signorie; senza alguna contradiction ni molestia de alguna de le parte predicte, dechiarido fo el dicto capitulo per le parte sovradicte, che non si intenda per li publici traditori, i quali serano dadi in nota per una parte e per l altra. I t e m : se contien in uno capitulo de la paxe, che tuti li citadinj de la prefata signoria de Veniexia, e altri homeni de che mainiera e de che condicion se siano, li quali hano possessione paternali o maternali compre o dote, case vigne, o campi e ogni altra possessione, dentro da i luogi confini e citade de li dicti signori, liberamente possano haver tegnir, e golder e possieder,

le dicte loro possessione, pagando el dreto de li dicti signori. Et versamente li homeni de li dicti signori, possano far entro luogi citade e tegnimenti de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, dechiarido fo el dicto capitulo, per le parte sovradicte, che questo capitulo non habia luogo per li publici traditori, i quali saranno dadi in nota per una parte e per l'altra. I t e m: el prefato misser Francisco Quirino nomine quo supra, promette chel prefato illustre signor dispoto e el prefato magnifico signor Zorzi, cum loro fiuoli e fiuole, et heredi et etiamdio sel romagnisse una solo fiuola de i dicti signori, che la prefata ducal signoria de Veniexia, li recevera et havera et acceptara in perpetuo, in fradello e fio e in amixi carissimi piu recomandadi. Q u e o m n i a et singula suprascripta et infrascripta et contenta in capitulis suprascriptis, prefatus magnificus dominus Georgius, per se et suos heredes, ac nominibus quibus supra, ex una parte, et prefatus spectabilis et generosus dominus Franciscus capitaneus preallegatus, nominibus quibus supra, ex parte altera, juraverunt ad sancta Dei evangelia, supra anchonam et figuram domini nostri Jesu Christi crucifixi, manu tactis scripturis, quod semper et omni tempore firma et rata pariter atque grata habebunt et tenebunt, omnia et singula suprascripta et infrascripta, ac ipsa attendent et observabunt, ac attendi et observari facient

perpetuo et in perpetuum, sub vinculo sacramenti suprascripti, et sub pena ducatorum centum millium, prout continetur in instrumento pacis, solvendorum per partem non attendentem parti attendenti, et observare volenti; que pena semel vel pluries commissa vel non, tamen omnia et singula suprascripta et infrascripta, semper in omni tempore in sua permaneat roboris firmitate. Insuper prefati magnificus dominus dominus Georgius et dominus Franciscus, nominibus quibus supra, pacem unionem et concordium ac dulcissimam amicitiam, olim celebratam inter antelatum magnificum dominum dominum Georgium nomine quo supra, et prefatum magnificum militem dominum Franciscum Bembo, tunc capitaneum generalem Culphi, nomine serenissimi ducalis dominij Venetiarum predicti; de qua pace et unione patet publico instrumento, scripto et rogato per ser Nicolaum Arcilupis de Cataro, publicum notarium, prope bastitam sancti Sergii, die XII mensis Augusti, 1423, indictione prima; et omnia et singula contenta in capitulis dicte pacis annotata, ratificaverunt approbaverunt et emologaverunt et confirmaverunt, et omnibus modis juribus formis et causis, quibus melius potuerunt, dicte partes nominibus quibus supra, promiserunt sibi invicem ⁒ una pars alteri et altera alteri, per solemnem stipulationem hinc inde intervenientem, firma rata, et grata habere et tenere, et effectualiter

ac inviolabiliter observare, et contra premissa vel aliquod premissorum non contrafacere vel venire, nec contravenienti vel contravenientibus consentire, aliqua ratione vel causa, sub vinculo sacramenti suprascripti et pena suprascripta, cum refectione damnorum. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis atque adimplendis, idem magnificus dominus Georgius suo proprio nomine, et nomine et vice antelati illustris et excelsi domini domini dispoti, ac nominibus quibus supra, omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, et ipse spectabilis et generosus dominus Franciscus Querino, comes et capitaneus proallegatus nomine quo supra, omnia bona comunis Venetiarum mobilia et immobilia presentia et futura, sibi invicem una pars alteri, et altera alteri, perpetuo obligarunt, renunciantes dicte partes dictis nominibus, condictioni sive causa vel ex injusta causa exceptioni doli mali et in factum actioni, et omnibus juribus comunis et municipalibus, fori privilegio et omnium legum et statutorum auxilio, quibus possint seu vellent contra predicta vel aliquod predictorum facere vel venire. Promisit insuper prefatus magnificus dominus dominus Georgius, nomine quo supra, per pactum expressum stipulatione vallatum, quod prefatus illustris et excelsus dominus dominus dispotus, per publicum instrumentum seu per suas literas patentes, bulla

solita communitis, presens instrumentum et omnia et singula contenta in eo, ratificabit approbabit, et emologabit atque confirmabit; et firma rata grata et valida habebit et tenebit; et in nullo contrafaciet vel veniet. Et prefatus dominus Franciscus nomine antedicto promisit, quod prelibatus serenissimus et illustrissimus dominus dominus dux Venetiarum et ejus inclitissimum ducale dominium, similiter presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta, approbabunt ratificabunt et emologabunt atque confirmabunt, per publicum instrumentum vel per literas suas patentes sua bulla plumbea pendente bullatas, ac firma rata grata et valida habebunt et tenebunt, et in nullo contrafacient vel venient.

Ego Manfredinus ser Guilielmi de Monteclaro, publicus imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius, et prefati spectabilis et generosi domini Francisci Quirino comitis et capitanei ut supra, cancellarius et in hac parte scriba prelibati magnifici et potentis domini domini Georgii quondam Vulchi, quia omnibus et singulis suprascriptis, una cum prenominatis testibus interfui rogatus, ideo scripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi, signo quoque et nomine meis solitis, una cum prefati magnifici domini domini Georgii impressione sigilli roboravi.

Commemoriale XI. ch. 148.

CCCXCII. 1426. 25. Julii, in Srebrnica.

Стефана деспота ратификація или потврђенѣ уговора мира, заключеногъ између Млетака и Ђорђа Бранковића у име истогъ деспота Србскогъ.

Ratificatio pacis et declarationum suprascriptarum, facta per dominum Stefanum despotum Rassie.

Stefanus dei gratia Rassie despotus, et dominus Servie etc. Memorie commendamus, ac presentium tenore significamus, quibus expedit universis. Quod dudum vigentibus guerris discordiis rixis et differentiis inter nos et magnificum Georgium quondam Vulchi Branke nepotem ac filium nostrum carissimum, nostrosque complices adherentes sequaces subditos ac recomissos ex parte una, et illustrissimum principem et dominum Franciscum Foscari dei gratia ducem Venetiarum, suumque ducale dominium nec non suos complices adherentes sequaces subditos et recomissos ex parte altera, in partibus Albanie seu Zenthe etc. demum prefatus magnificus Georgius vice et in persona ac nominibus nostro ac suo proprio, praticavit fecit composuit et conclusit firmum concordium ac perpetuam pacem, cum spectabili et egregio milite domino Francisco Bembo, tunc pro dicto Venetiarum dominio gene-

rali capitaneo Culphi: a quo domino duce suisque consiliis prefatum dominum Franciscum Bembo, generale ac speciale in premissis scilicet pacis et concordiorum compositionibus, plenum mandatum habere constabat, prout in instrumento pacis inter ipsos nominibus tam nostris quam prefati domini ducis suique ducalis dominii, clarius patet; in quo quidem pacis instrumento quedam pendentia et indeterminata remanserunt. Postea vero idem magnificus Georgius non nulla prefate pacis capitula, et illa que indecisa et indeterminata remanserunt, cum nobili viro Francisco Quirino pro dicto Venetiarum dominio capitaneo gentium armigerarum in partibus Zente et Albanie, reformaverunt declaraverunt et addiderunt, prout in instromento pacis reformate et declarate plenius constat. Que omnia et singula per prefatum magnificum Georgium, tam cum prefato domino Francisco Bembo, quam etiam cum nobili viro Francisco Quirino, praticata facta declarata addita reformata et conclusa, nos Stephanus pronominatus approbamus gratificamus et ratificamus, ymo ratum gratum et firmum habemus, tenore presentium nostrarum scripturarum mediante. Promittimus insuper, quod omnia et singula per dictum magnificum Georgium dicta facta praticata declarata addita determinata et conclusa, cum prefato domino duce suoque ducali dominio, ut premittitur habere tenere et in-

grande, el qual se in cavo del bosco al piam, e cussi avanti per lo fosso e in cavo del fosso a la piera, che havemo messo in pian, e de la piera dreto al fosso al saligar grande, che se tagiado in tre luogi; e del saliger grando dreto al fossado terzo, a un altro salegar el qual se tagiado in tre luogi, e per lo fosso in fina a la piera in lo pian, e dela piera in fin l'altra piera, che se in la via granda, che vien da Scutari a Coponicho. E de la in suso per li fossi del pian, la che tornassemo a man dextra metessemo algune piere, e de quelle piere cussi dreto a la piera granda, che se suso la riva, e de la piera su la riva a la montagnola, che se tornizada cum spini, che ha piere in mezo. E de la montagnola che se cum spini, in fina ala montagnola che se a la piera. E de la deta montagnola dreto a le piere che se in la via, che vien da Scutari a Drivasto. E de la passano la Clia vecchia in suso al monte de le piere, che se a la riva del fosso, e cussi del monte de le piere de la de la Clia a la ponta de la montagna, comenzando entro li duji Castelli in zuso in lo fosso, a la man dextra inverso Scutari, e in zuso per lo fosso in fina la, che se truova tuti do li fossadi, passando la via maistra, e cussi dreeto in zuso in cima de la montagna, la che se de le legne. E cussi zuso per la montagna a scontrarse in pe del monte cum l altro confin, e si de la da la

montagna xe de Drivasto, e quelo che xe de qua dala montagna, xe de Scutari, e per la pianura la che metessemo li confini de piera in piere, e de mogilla in mogilla, e de arbor in arbor, segondo se scrive de sovra in fin in lago. E de li do castelli per lo confin dreto in fin in cavo de la saldia fino al Drino. |E de sovra Scutari, comenzando a presso el lago fino al fiume clamado Rivola, e suxo per lo fiume de la Rivola confina cum terren de B a l e z o, e de Balezo confina cum S a n Z u a n, e cum carpaneto, e in cima a castelletto, e cussi suxo in cima de marmaa dreto zuso a Veschas, e cussi per zuna de montagna in cavo de parva. E che P i e r o S p a n habia quello terren clamado corte, como compara so ava, e so pare, el qual se in li confini de B a l e z o. E da l altro ladi, verso li otti confini, comenza in la contrada de la prefata signoria de Veniexia. E prima de zima de la montagna clamada V e l l e z i c h, e confina cum la villa de S t a r a, la qual se del signor Zorzo cum tuti suo confini, confina cum la mita clamada dal Col, la qual e de la prefata signoria de Veniexia cum li suo confini, e cussi zuso la ove fo la caxa de B e n c h o, otti e un luogo clamado le mocche, e drito in lago, el qual lago cum le ysole e de la prefata ducal signoria de Veniexia, como fo al tempo de misser Z o r z o S t r a z i m i r, e de misser B a l s a so fiuol.

Item declaremo li confini de Dolcigno, cum li Oprati, e cum san Nicolo de la foza, comenzando da la giesia de san Sergii, per mezo la villa de Jurovichii, e cussi suso per la corona de la montagna a san Elia, e per zima de monxuan a santo Vladimir e a santa Maria de Romano che se drito a la bederla e la villa di Begazii, cussi terren como bosco zoe che se truova in li confini di Begazii, che la so porta per mezo la mita romagna a la ducal signoria de Veniexia, e l altra mita al signor Zorzi. E il resto del bozco sia del prefato signor Zorzi, habiando queli de Dulcigno la iurisdicion che se contien in li capitoli fati tra el prefato signor Zorzi e misser Francesco Quirini, zoe de taiar legname; e in pian al scolio al marmoro, che se appresso al lago, e cussi drito per Stivalio a la piera granda, che se in mar, romagnando al lago como contien l aqua in li confini de Dolcigno.

Item dechiarremo li confini de santa Maria de Roceus, comenzando da Mostres confina cum la stua, e confina cum Milos Mazuppa, e in zima de la montagna et anchora Linoberd; e che le case de la stua sia in quella condicion, segondo se contien in li capitoli fati a Volciterner, de quele servira a misser Balsa.

Item li confini da Budua a li Pastrovichi, comenzando da la marina al

fiume clamado Recha, e cusì suso per lo fiume a la montagna che se dixe Predigne. E tute pronie e possession che hano habudo li Pastrovichii in el tempo de misser Zorzi e de misser Balsa, in li confini de Budua, debia romagnir a li Pastrovichii, che sono de la prefata signoria de Veniexia, intendandose per fine a la morte de misser Balsa.

Li Pastrovichii i quali resta al prefato signor Zorzi: Vochasin Bezich cum li figliuoli, excepto il figliuol grande, che die romagnir a la prefata signoria, Radiz Cernez, Alexios Mitrovich cum suo nevodi figliuoli del fradelo, Perexa Rexevich e co la bona, i quali die remagnir al prefato signor Zorzi cum tute suo pronie e bastive, che li haveva al tempo del signor Zorzi, e de misser Balsa so fiol.

Item havemo dechiarido, chel Metrapoliti habia le soe jurisdicion e usanze per tute le giexie, a la fede schiava, cussi in lo lago como in l altro paise de la prefata signoria, cussi como have in el tempo del signor Zorzi Strazimir e de misser Balsa; cum condicion chel dicto metrapoliti non possa meter algun ygome in la giesia de san Piero de la reda, e in la giexia de san Michiel sotto el castello de Dolcegno, senza licentia del rector de Scutari e de Dolcegno. Et versa vice havemo dechiarido, che tuti vescovadi, habadie e gliesie, le qual son

in el paexe e luogi de la prefata signoria de Veniexia, habia tute soe jurisdicion e usanze in el territorio del prefato signor Zorzi, come hano habudo in el tempo de misser Zorzi Strazimir, e de misser Balsa. E per lo simel l' arcivescovado de Antivari e tuti altri vesçovi abadie e gliesie, habia tute suo jurisdicion in el territorio de la prefata signoria, como have in el tempo de misser Zorzi Strazimir, e de misser Balsa.

Item dechiaremo li confini de Çataro, comenzando dal luogo detto yas al saxo rosso e a pruovo a la giesia de san Trifon, suso a la cuppa sina a la scalla de Duboniza e Villinayama a ponesdel, como se siegni per i signi taiadi per i saxi fermi, e per mezo de Drenouiz suso a Nuseraglava e a san Zorzo, e suso a la porta de maistori, e per zima per tuta la montagna. E per li confini tra Cataro e le Danize, chel sia tolto sey boni homeni de Cataro, e sey boni homeni de le Danize degni di fede, i quali debia zurar per sacramento, e la ove se concordera la mazor parte, li se debia meter li confini, como fo al tempo de misser Zorzi Strazimir, e de misser Balsa so fiol, zoe al tempo de paxe; e che tuti li homeni et subditi del prefato signor Zorzi possano usar e conversar in lo territorio de Cataro. E per lo simel queli de Cataro in li luogi e territorio del prefato signor Zorzi, como fo al tempo de

misser Zorzi Strazimir e de misser Balsa zoe in tempo de paxe.

Item prometemo nui Francesco antedito, nomine quo supra, che quela usanza la qual haveva misser Zorzi Strazimir, de condur sal a Budua, che la sia observada al prefato magnifico signor Zorzi, e quelo vender segondo se vendera in el tempo del prefato signor Zorzi Strazimir.

Item prometemo nui Francesco antedito nomine quo supra, che bisognando la gente de la prefata ducal signoria de Veniexia in favor del prefato signor Zorzi, in le parte di Zenta, che la gli sia conceduda a soa requisition. E versa vice: nui signor Zorzi nomine quo supra, bisognando le zente nostra in Zenta a la prefata ducal signoria de Veniexia, che la gli sia conceduda a ogni requisition de la prefata ducal signoria de Veniexia, o ver de i suo rectori in Zenta.

Item prometemo nui Francesco antedicto nomine quo supra, che quela usanza la qual haveva Antivaranj de condur sal per loro uxo in Antivari, in el tempo de misser Zorzi Strazimir, che quella li sia observada.

Item semo convegnudi in questa forma per l entrada de la Zuppa di Garbelli de Cataro, dal di de la paxe fatta tra el prefato signor dispoto e signor Zorzi, e misser Francesco Bembo, e de la entrada de le cento case de Andrea Humoy, per lo tempo

sovra dicto, nui Francesco Quirino nomine quo supra, promettemo de non domandar alguna cossa ali dicti signori, e nui signor Zorzi nomine quo supra, per quello havesse scosso la prefata dugal signoria de Veniexia, di confini de sancta Maria de Rotez, e de ducati trea millia, che demo haver nuji prefati signori dispoti e Zorzi, de la provision de Scutari, che son per tre anni passadi, i quali se compie a di 15. Agosto de 1426. Nuy signor Zorzi, nomine quo supra, promettemo de non domandar ne molestar la prefata signoria de Veniexia de le dicte cosse. E nuy Francesco per nome de l antelata dogal signoria de Veniexia, prometemo de dar e pagar al presente al prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, per le sovraescrite cosse, per l' amontar de ducati mille duxento d'oro, a grossi . . . el ducato, yperperi quatro millia duxento, e che da di XV Agosto passati, per lo avegnir el debia haver li mille ducati segondo se contien in li capitoli de la paxe.

Item dechiaremo, che per li confini de Cataro a quelli del metropoliti e de la giexia de san Michiel, chel diebia esser tuolto Racho Moneta, Thomaxo Schiavo, Pancho de Briza, Drago fiuol de Marco, e Ruchsa de Pacienti, e chel conte de Cataro debia eleger tre boni homeni degni de fede, de la Zupa de Cataro, e duij de la Zupa de san

Michiel, e segondo zurera la mazor parte de loro, quelli sía li confini.

In quorum testimonium nos Georgius antedictus, nomine quo supra, presentes fieri jussimus, et nostri sigilli impressione muniri. Data Drivasti, die XI mensis Novembris MCCCCXXVI, inditione quarta.

Commemoriale XI. ch. 150.

CCCXCIV. 1427. 1. Januarii in C.

Одговоръ посланнцима Цетски властела Ђорђа и Алексе Юраша, кои иштy да ій Млетчиħи прійму подъ свою владу.

Cum comparuerint ad praesentiam nostri dominii duo ambaxatores, pro parte Georgii et Alexii Juras, nobilium Zentae partium Albaniae, et inter cetera requisiverint, quod dominatio nostra vellet eos acceptare pro subditis suis; et quum hoc fieri non potest, quia per formam pacis firmatae cum condam domino desposto Rassiae et domino Georgio Vulci nepote eius, ipsi Alexius et Georgius Juras sunt subditi eorum, vadit pars: quod respondeatur praedictis ambaxiatoribus, quod sicut sciunt, nos contraximus pacem cum dominis despoto Rassiae et Georgio eius nepote, vigore cuius ipsi Alexius et Georgius sunt subditi sui. Et volentes ipsam

pacem observare, prout moris nostri est, velle servare omnia per nos promissa, et cum ipso domino Georgio fraterne et amicabiliter vivere, non disponimus aliam conventionem cum ipsis Alexio et Georgio praesentialiter facere; sed si ipsi volent esse boni servitores et vicini nostrae dominationis, nos bene vicinabimur cum illis et tractabimus eos ut bonos amicos nostros.

Secr. cons. rogat. Lib. X. ch. 115.

CCCXCV. 1427. indict. V. die 3. Febr.

Отворено писмо, коимъ луждъ Млетачки Францешко Фоскари ратифицира миръ, уговоренъ са деспотомъ Србскимъ.

Litera patens per quam illustrissima ducalis dominatio Venetiarum, ratificat pacem et declarationes, factas cum despoto Rassie.

Franciscus Foscari de gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis presentes literas nostras patentes inspecturis, tenore presentium significamus: Quod dudum vigentibus guerris discordiis, et differentiis, inter illustrissimum dominum dominum Stefanum dei gratia Rassie dispotum et dominum Servie etc. et magnificum dominum Georgium quondam Vulchi Branche, nepotem ac filium suum carissimum, nec non suos complices adherentes,

sequaces subditos et recomissos ex una parte, et nostrum dominium complices adherentes subditos sequaces et recomendatos nostros in partibus Albanie seu Zente etc. ex altera; demum affectantes cum predictis dominis ad pacem venire, et illam perpetuis temporibus conservare, iussimus nobili et sapienti viro Francisco Bembo militi, tunc nostro capitaneo generali Culphi, cui expressum, speciale et generale procuratorium et mandatum fecimus, ut cum prefatis dominis nostro nomine ad pacem deveniret. Et in hac etiam bona dispositione concurrentibus prefatis dominis, idem magnificus dominus Georgius, vice et in persona ac nominibus predictis ex una parte, et predictus Franciscus Bembo miles nostro nomine ac vice, et nomine omnium adherentium complicium subditorum sequacium et recomendatorum nostrorum ex altera; praticaverunt composuerunt, fecerunt et concluserunt firmum concordium ac perpetuam pacem, prout in instrumento pacis inter ipsos, nominibus tam nostris quam prefatorum illustrissimi domini dispoti et domini Georgii antedictorum, clarius constat. In quo quidem pacis instrumento quedam pendentia et indeterminata remanserunt; postea vero idem magnificus dominus Georgius vice et nominibus antedictis, et nobilis vir Franciscus Quirino comes et capitaneus Scutari, cui expressum speciale et

generale mandatum dedimus, reformaverunt declaraverunt et addiderunt, prout in instromento pacis reformate et declarate plenius constat. Que omnia et singula per prefatum dominum Georgium ex una parte, et nobiles et sapientes viros Franciscum Bembo militem et Franciscum Quirino comitem, et capitaneum Scutari, ex altera, praticata facta declarata addita reformata et conclusa, approbamus emologamus et ratificamus, et illa rata firma et grata habemus, et tenore presentium confirmamus; promittentes ipsa omnia et singula, ut premittitur habere, tenere et inviolabiliter observare, et in nullo contradicere facere vel venire aliqua ratione vel causa, per nos aut alios, modo aliquo subornato aut ingenio, seu quovis ficto colore, super fidem nostram, et ad sancta dei Evangelia, et sub penis et obligationibus in instrumentis pacis prefate scriptis et positis. In quorum omnium fidem robur et firmitatem perpetuam, presentes literas patentes fieri jussimus, et bulla nostra plumbea pendente muniri.

Datum in nostro ducali palatio, die tertio Februarij, indictione V. MCCCXXVI.

Comemoriale XI. cb. 151.

CCCXCVI. 1429. 14. Junii, ind. VII.

Луждъ Млетачки Францешко Фоскари, поклаия великомъ войводи Сандалу и нѣговимъ наслѣдницима одъ дома Косаче, едну куħу у Млетцима.

Privilegium donationis domus magnifici domini Sandali.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum, etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tunc ad laudis et glorie nostre cumulum nostrorum benivolorum sinceritas propagatur, cum pro amicicie fructibus de nostre munificentie liberalitate manantibus, proque iugi memoria amicissimos status nostri aliquo munere decoramus. Retinentes igitur memorie sinceritatis benivolentiam, quam dudum magnificus et potens dominus Sandalus magnus vayvoda regni Bossine, ad nos nostrumque dominium cordialiter gessit, et gerit, ac operum effectibus quamplurimis patefecit. Eidem magnifico domino Sandalio jamdudum de numero percarissimorúm nobilium urbis nostre Venetiarum, suisque magnificis filiis, et heredibus, nec non magnificis comiti Wocáz et comiti Stephano, ejusdem comitis Wocaz filio, eorumque et cuiusque eorum filiis heredibus et successoribus in perpetuum, servata omni solenitate nostrorum consiliorum ad hoc necessaria, in signum me-

morabilis amicicie et ob mutue sinceritatis affectionem ad ipsum magnificum dominum Sandalium, suosque posteros universos, titulo pure mere et irrevocabilis donationis liberaliter condonamus domum unam in hac urbe nostra sitam, in contrata sancte Trinitatis, que fuit viri nobilis Nicolai Mauroceno quondam ser Gasparini, cum omnibus et singulis ejusdem domus adiacentiis pertinentiis confinibus juribus et jurisdictionibus universis, aut eidem tam intus, quam extra spectantibus quovis modo. Ea quidem potestate libera, arbitrio et auctoritate, qua ipse magnificus dominus vayvoda Sandalius, ejusque magnifici filii et heredes, prefatique magnifici comites Wocaz et Stephanus ejus filius, eorumque et uniuscuiusque eorum heredes, et successores tam presentes quam futuri, in perpetuum ipsam domum habeant teneant et possideant, gaudeant et usufructent. Et ipsam in toto et parte possint, et valeant libere tenere, et possidere dare donare vendere permutare concambiare cuicumque voluerint, pro anima et corpore judicare, et de ea, et qualibet ejus parte omnem suam voluntatem dispositionem et placitum facere, sicut de eorum processerit voluntate, et tamquam de re sua propria, absque contradictione alicujus comunitatis dominij vel alterius cujusvis persone de mundo, tam publice quam private, quocumque nomine denotentur vel titulo aut officio potiantur. Et

cum hac expressa conditione, quod nullo tempore nullaque guerre vel novitatis occasione, nullo etiamque debito, aut alia quavis causa, que dici vel excogitari possit, dicta domus, seu aliqua ejus pars, seu ejus affictus redditus aut proventus in toto vel parte, per ullum ingenium sive malum, intromitti accipi impediri tolli vel auferri valeat a suprascriptis vel eorum aliquo in perpetuum. Addicientes insuper et in complacentiam ejusdem magnifici domini vayvode Sandali per hujus privilegij tenorem firmiter statuentes, quod si casus occurreret, quem deus avertat, quod idem magnificus dominus Sandalius ex hoc seculo transmigraret absque filiis et heredibus, tunc prefata domus cum omnibus modis et conditionibus suprascriptis, deveniat pleno jure in illos de progenie sive d o m o C o s a c e ejusdem magnifici domini Sandalij, qui post eumdem magnificum dominum remanebunt. Ita et taliter, quod de ipsa domo, et ejus parte qualibet ejusque affictibus et redditibus sit in eorum libertate disponere et facere, tamquam de rebus suis propriis in perpetuum. In quorum testimonium presens privilegium fieri jussimus, et bulla nostra plumbea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, die quartodecimo Junij, indictione septima. millessimo quadringentesimo vigesimo nono.

Commemoriale XII. ch. 94.

CCCXCVII. 1429. 13. Augusti, in Rogatis.

Заключено наложити капетану Скадарском, да гледи за годишню плату приволети Турке у Албанія, да ненападаю на сусѣдну Скадарску область.

Quoniam habetur informatio, quod si daretur quaedam provisio ducatorum vel circa annuatim, filiis quondam Auranessii Turchi, qui dominantur in partibus vicinis Scutari et aliis locis nostris partium Albaniae, ipsi tenerent modum, quod illae partes et loca nostra, nunquam cursitarentur nec infestarentur a Teucris; vadit pars: quod detur libertas atque mandetur comiti et capitaneo nostro Scutari, quod possit et debeat querere et procurare, per illos meliores modos, qui suae sapientiae videbuntur, cum dictis filiis condam Auranesii, quod se obliget et promittat ita facere, quod dicti Turchi non veniant ad molestandum et cursitandum loca et subditos nostros partium Albaniae, ullo tempore; possendo promittere eis usque ad summam ducatorum ducentorum singulo anno. Et si veniet ad istam concordiam et compositionem, debeat providere, quod istae pecuniae solvantur per impositionem seu collectam, exigendam a subditis et districtualibus nostris, sicut alias fieri consvevit.

Secr. cons. rogat. Lib. XI. ch. 25.

CCCXCVIII. 1429. 1. Januarii, in Rogatis.

Заключено наложити управительима Албаніе, да обяве награду за онога, кои би убіо одметника Млетачкогъ Стефана Марамонта.

Quia principalis cessatio omnium novitatum Albaniae esset, si Stefanus Maramont, rebellis nostri dominii, de oculis omnium tolleretur; et ser Johannes Longo provisor noster Alexii scripserit, habere modum cum aliqua talea faciendi capere vel occidere ipsum, sitque utilissimum providere et experiri aliquo cauto et secreto modo, faciendi eum surripi ex occulis nostris, pro bono et securitate terrarum et populorum nostrorum Albaniae; vadit pars, quod detur libertas domino et collegio, scribendi illis rectoribus Albaniae, pro executione praedicta secrete et optime exequenda, per illum modum et formam, quae praedictis melius videtur, possendo promittere executori negotii quanto minus erit possibile, usque ad summam ducatorum quingentorum, et duorum equorum ad soldum nostrum in Scutaro, in vita ipsius.

Secr. consil. rog. Lib. XI. ch. 60.

CCCXCIX. 1430. 3. Martii, in Rogatis.

Наставленѣ за кнеза и капетана Скадарскогъ, како да утиша буну, кою е подигао Марамонте у предѣлима Албаніе. (Скраћено).

Quod scribatur comiti et capitaneo Scutari in hac forma:

Volentes providere conservationi loci nostri Scutari, et aliorum locorum nostrorum de inde, et pro reducendo loca rebellia ab obedientiam nostram, et facere alias provisiones utiles et neccessarias . . . . mandavimus viro nobili Silvestro Mauroceno, capitaneo nostro generali maris, ut cum galeis sibi comissis se conferat in Boianam . . . . et vobis mandamus, ut attendatis per omnem modum venire ad ipsum capitaneum et esse in colloquio cum eo . . . . . quando autem venire non poteritis, provideatis intelligere vos secum per viam literarum aut fidorum nuntiorum . . . . Et quia fuit ad praesentiam nostram Jacobus de Senis, qui nobis inter alia dixit, quod Tanusius parvus, sub cuius specialiter favore Stefanus Maramonte inimicus noster occupavit et intullit gverram locis de inde, libenter veniret ad gratiam nostram . . . . . volumus . . . vos praticetis promittendo eidem Tanusio, quod si ipse vult operari et ponere vires suas simul cum nostro domi-

nio, contra dictum Stefanum et alios sequaces suos et dominos nobis inimicos, et illum dabit vel vivum vel mortuum in manibus vestris, eidem donabimus ducatos quingentos, et ulterius dabimus sibi in perpetuum equos octo ad latinam ad soldum nostrum, et ei donabimus domum sitam in Scutaro, quae fuit olim Stefani Span, rebellis nostri, quae nunc est in nostro communi. Et ultra hoc, si dominus Coya inimicus noster destrueretur per nostrum dominium cum favoribus ipsius Tanusii, sumus contenti, quod omnia quae praedictus Coya, sibi occupat de bonis et territoriis et villis suis, quae de jure ad eum pertinerent, ipse Tanusius habeat et possideat ad omne suum beneplacitum, dummodo non sit cum praeiudicio locorum nostrorum aut fidelium nostrorum, quibus ea bona possent aliquo modo spectare. Et ultra praedicta faciente ipso sicut speramus, contra omnes inimicos nostros illarum partium, providebimus eidem iuxta operationes suas, quod merito contentabitur. Super quibus rebus praticandis poteritis operari fidelem nostrum Jacobum de Senis praedictum, qui ad illas partes revertitur, a quo etiam poteritis informari de aliquibus super dicta materia, ut melius possitis exequi intentionem nostram suprascriptam. Et si videretur vobis rem istam per viam provisoris nostris Alexii vel aliam

vam priaticari debere, hoc relinquimus in libertate vestra.

Praeterea vobis mandamus, quod sicut vobis scripsimus, provideatis de interfici faciendo vel capiendo dictum Stefanum Maramonte, per omnes alias vias et modos vobis possibiles, exponendo illam quantitatem pecuniae, quam vobis scripsimus, et circa hoc omne studium et diligentiam habeatis, pro bona executione dictae nostrae intentionis.

Et quia magnificus Georgius Vulchus, cum quo habemus pacem, in hac novitate Albaniae, facta per dictum Stefanum, nullum subsidium gentium misit, sicut tenetur ex forma pacis ipsius, vobis mandamus cum dictis nostris consiliis, quod mittatis aliquem fidelem nostrum, qui sit sufficiens ad sciendum ab eo, si vult esse cum nostro dominio, ad expellendum et capiendum dictum Stefanum, et ad recuperandum loca amissa, tam sua quam nostra, et quod dictus nuntius sollicitet ipsum magnificum Georgium, ut mittat de gentibus suis, quia dominium nostrum faciet a parte sua, debitum et honorem suum. Si vero dictus magnificus Georgius nollet mittere gentes suas, tunc dicat ille nuncius eidem, quod dominatio nostra videns tot iniurias, factas per ipsum Stefanum contra subditos et loca nostra, intendit omnino guerram gerere contra dictum Stefanum

et omnia loca acquisita per eum. Et si acquiremus aliqua ex dictis locis, illa tenere et possidere disponimus, quia debitum et conveniens est, quod si ea cum pecuniis et effusione sangvinis nostrorum et cum opera et diligentia nostra acquiremus, illa nobis debeant remanere. Et expeditus dictus nuntius a sua magnificentia debeat ad vos reverti, de omnibus plenissime informatus. Verum de omnibus quae in suprascriptis materiis executus fueritis, sitis sollicitus nostro dominio significare pro nostra informatione.

Secr. cons. rogat. Lib. XI. ch. 84.

CCCC. 1430. indict. IX. 29. Augusti, in Rogatis.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ, являюђегъ да и Угарски краль и Турски султанъ захтевају одъ нѣга, да прекине пріятельство са Млетцима.

Quod ambasiatoribus serenissimi domini regis Bossinae, ad ea quae nobis exposuerunt, super facto requisitionis factae eidem per dominum regem Hungariae et dominum Teucrorum, ut rumpat cum nostro dominio, et quod superinde petebat consilium nostrum etc. prout per serenissimum dominum ducem est expositum huic consilio, respondeatur: quod audivimus et intelleximus quaecumque nobis exposuerunt

ex parte serenissimi domini sui, super dicta requisitione, facta eidem domino. Et de tali significatione regratiamur suae serenitati, quia clarissime videmus fraternam dilectionem suam, quam ad nostrum dominium serenitas sua gerit, quae tamen nobis non est nova, quoniam dudum eam manifestam cognovimus, quam nos etiam ex parte nostra conservare et augere disponimus. Sed ad factum consilii, quod superinde a nobis petit, respondemus, quod non expedit, quod serenitas sua a nobis consilium petat. Nam in omni facto pro amplissima sapientia sua, quam cognovimus in serenitate sua, ipsa sciret bene deliberare et optime providere. Et quantum pertinet ad hanc rem sumus certissimi, quod serenitas sua, quae semper est asveta servare promissiones suas, observabit etiam conventiones et promissiones quas habet nobiscum, et quod sicut semper fecit, taliter faciet et providebit, quod amorem et benivolentiam nostram conservabit.

Secr. cons. rog. Lib. XI. ch. 130.

CCCCI. 1430. 5. Septembris, in Rogatis.

Одговоръ дужда Млетачкогъ посланику краля Босанскогъ.

Quoniam orator serenissimi regis Bossinae videtur non bene contentari de responsione, quam sibi fecimus, et insuper requirit mutuo a nostro dominio ducatos XXXII millia auri, pro redimendo de manibus Turchorum aliqua eius castra, quae sunt in illorum manibus in regno suo Bossinae, secundum certam compositionem, quam invicem habuerunt; vadit pars, quod dicatur sibi, quod iudicio nostro sibi pridem pertinenter respondimus, quantum ad honorem illius serenissimi regis et nostri dominii secundum naturam rei nobis visum fuit expediens. Nec videtur nobis quod dicere possimus aliud, quam id quod diximus, quoniam sua serenitas est sapientissima et habet notabilissimum consilium, ac in omnibus rebus occurrentibus sciet multo melius deliberare et providere circa ea, quae habeant conservare honorem suum, in confirmationem et augmentum antiquae amicitiae et cordialis

benivolentiae, vigentis inter suam serenitatem et nostrum dominium, quam nos qui sumus longinqui et non possumus videre nec intelligere ea quae occurrunt et occurrere poterunt suae serenitati, ita quod non possemus pertinenter consulere suae serenitati, sed bene certificamus eum, quod dudum fuimus ac sumus et esse disponimus cordialissimi amici et benivoli suae serenitatis, et in omnibus concernentibus honorem et commodum suae serenitatis et status sui, semper erimus promptissimi et sincere dispositi, sicut semper fuimus et plus si plus dici potest, et sicut semper videre potuerat per effectum. Dicatur quoque dicto oratori, quod per comitem nostrum Sibenici fuimus informati, quod sua serenitas rogavit eum, quod non velit dare favorem nec se impedire in factis comitis Johanis de Citines, contra quem sua serenitas intendit movere guerram. Et quod ut sua serenitas cognoscat nostram bonam intentionem, nos mandavimus dicto comiti nostro, quod se non impediat in his factis, secundum requisitionem ipsius serenissimi domini regis. Et sic de novo dicimus, quod non dabimus nec dari faciemus favorem aliquem dicto comiti Johanni, neque nos impediemus in his factis, ita quod sua serenitas libere facere poterit facta sua.

Ad partem autem mutui ducatorum XXXII millium, summatur excusatio quod non est

nobis possibile posse complacere suae serenitati, cum verbis et allegationibus ad materiam pertinentibus.

Secr. cons. rogat. Lib. XI. ch. 132.

CCCCII. 1434. 23. Maii, indict. XII.

Привилегія војводи Ђорђу Посиловићу на властелство Млетачко. (Скраћено)

Privilegium magnifici et potentis domini Georgii Possilovich vayvode, filii quondam magnifici et potentis domini Voislavi comitis, et nepotis condam magnifici et potentis domini duche Cheruoie, ad honorem maioris consilii.

Franciscus Foscari, dei gratia dux Venetiarum etcet. Universis et ...... affectum. Ducalis benignitas in liberalitatis . . .. ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Georgius Possilovich, filius quondam magnifici et potentis domini Voislaui comitis et nepos quondam magnifici et potentis domini duche Cheruoie, Bossine et partum inferiorum vayvoda, etc. nostri dominii amicus sincerrimus, continue per elapsa tempora mores progenitorum suorum laudabiliter immitatus, intensam affectionem quam reipublice nostrae gessit et gerit, liberaliter

ostenderit in cunctis quae ad nos, ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem spectant et pertinent, se promptissimum exhibens, per oratorem suum fecerit nobis nuperrime supplicari, ut eundem dignaremur ceterorum nostrorum nobilium nostri maioris consilii numero aggregare, ut preeminentia et beneficio nosri maioris consilii et aliis dignitatibus privilegiis et libertatibus, quibus nobiles nostri, de nostro maiori consilio perfrui dignoscuntur, ipse et eius filii gratiosius congauderet. Nos attendentes eiusdem magnifici domini Georgii sinceram devotionem, affectionem et fidem, eiusque petitionem iam dictam illariter admittentes, notum vobis fieri volumus universis, quod omni juris consiliorum et ordinamentorum . . . . servata, eundem magnificum dominum Georgium Possillovich, cum eius filiis et heredibus, ex eo legitime descendentibus, in Venetos et cives nostros ac de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetos . . . . . . haberi volumus periterque tractari, ipsos sincere . . . . libertatibus, beneficiis, gratiis, preeminentiis, honoribus ac imunitatibus, quibus alii Veneti nobiles de nostro maiori consilio perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Georgius et sui filii et heredes ut supra, de cetero in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. Nobis quoque idem mag-

nificus et potens dominus Georgius Possillovich, per prudentem virum Thomam, condam Francisci de Pontremulo, oratorem jam dictum et procuratorem suum legitimum, ad evangelia santa dei, solenniter fidelitatis prestitit juramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis, millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, die 23. mensis Maii, indictione XII.

Liber privileg. II. charta 18.

CCCCIII. 1435. indict. XIII. 14. Augusti, in curia apud Semedrum.

Уговоръ заключенъ између деспота Србскогъ Ђорђа Бранковића, и Николе Мемо посланика Млетачкогъ, тичући се права Србски и Млетачки на Албанске и Приморске области и градове.

Instrumentum concordii celebrati per clarissimum ac insignem dominum Nicolaum Memo oratorem, nomine illustrissimi dominii Venetiarum, cum illustri domino Georgio despoto Rassie.

In Christi nomine, amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, indictione tertia decima, die quarto decimo mensis Augusti. Cum post concordium, et

producere voluerint, tam de jure, et juris forma, quam de comuni concordio, et amore, sicuti ipsis ambobus ad maiorem confirmationem, stabilimentum et robur dicte pacis magis conducere videretur. Quapropter partes predicte unanimiter concorditer et amicabiliter, ut omnis litis et disturbij amoveatur occasio, utque pax fraternitas, et amicitia perpetuis temporibus nedum conservetur, et manuteneatur, verum auctore deo fortius solidetur, Christi et beatissime Virginis matris ejus nomine invocato, omni modo, via, jure, et forma, quibus magis et efficatius potuerunt, et debuerunt ac debent et possunt, dictas differentias, et capitula deduxerunt ad infrascriptum concordium, modis, conditionibus et pactis inferius distincte annotatis. Et circa differentias spectantes illustri domino despoto et capitula non declarata in Cataro: P r i m o videlicet ubi illustris dominus despotus predictus petebat ducatos novem mille, pro mille ducatos, quos anuatim percipere debet de introitibus camere Scutari, de quibus annis novem nihil habuit. I t e m ubi petebat denarios qui exacti fuerunt a villis Lustice, Bogdasitiorum, et Resevichiorum ac Pastrovichiorum. I t e m cum ab hominibus dictarum villarum per illustrissimum dominium Venetiarum exactum fuerit yperper, et ipse illustrissimus dominus despotus post designationem sibi de dictis villis factam exigi fecerit ducatum, petebat refectionem ab yper-

per ad ducatos pro tempore, quo illustrissimum dominium Venetiarum eas tenuit. Et ex adverso responderetur per prefatum dominum Nicolaum Memo oratorem etc. nomine quo supra: quod illustre dominium Venetiarum non tenebatur ad solutionem ducatorum mille annuatim, nisi a die quo prefatus illustrisimus dominus despotus pacem adimplevit, videlicet a die quo destrui fecit castrum Zorzeuez, quod castrum destrui facere tenebatur vigore pacis, sive concordij, et erat introitibus camere ac hominibus commitatus Catari plurimum damnosum, cum supra territorio Catari esset edificatum. Item peterentur expense facte per comites, et capitaneum Scutari et Catari in guerris, et necessitatibus ipsius illustrissimi domini despoti, de voluntate et ordine suo, ut patet literis suis, que quidem expense ascendunt ad magnam denariorum summam. Et ad partem refectionis ab yperper ad ducatum responderetur, quod comes Catari, ne homines ipsarum villarum devenirent ad manus Juraseuich, tunc hostis et rebellis dicti illustrissimi domini despoti, eos illa conditione solvendi yperper accepit, quam promissionem si dominus despotus eis servare voluerit benequidem, quando vero non, potest ab eis exigi facere quidquid exactum non fuit, cum homines ipsarum villarum sint in rerum natura. Et cum plura super his tribus dicta, producta ac al-

legata hinc inde fuerunt, unanimiter et concorditer convenerunt partes predicte, quod illustris dominus despotus habere, et percipere debeat ducatos quatuor mille, videlicet IIII mille, ab illustrissimo domino duce, et dominio Venetiarum, pro resto et ressiduo omnium, et singulorum denariorum suprascriptorum, ac aliarum quarumcumque rationum, pactorum, promissionum, expensarum, obbligationum et causarum, quas pro pecuniis usque diem XV presentis mensis Augusti, quo die est terminus annualis limitatus ad solutionem mille ducatos, quos singulo anno habere debet idem illustris dominus despotus, partes predicte invicem agere habuissent, et quas una pars alteri, et altera uni, quocumque modo, et quacumque ratione et causa sibi invicem et vicissim aliqualiter petere seu requirere posset, promittentes sibi invicem et vicissim nominibus supra, per solemnem stipulationem et pactum, una pars alteri, et altera uni, de non petendo aliquid amplius causis et rationibus suprascriptis, imponentes per se et successores suos perpetuum silentium, et finem omnibus petitionibus et requisitionibus, quas predicte partes sibi invicem aliqualiter petere potuissent et possent, causis et rationibus suprascriptis. Verum promisit dictus dominus Nicolaus Memo orator etc. nomine quo supra per solemnem stipulationem, et pactum, quod juxta pacis formam, prefatus

illustris dominus despotus recipiet ab illustrissimmo domino duce, et dominio Venetiarum, a die quintodecimo presentis mensis Augusti de millesimo quadringentesimo trigesimo quinto in antea, singulis annis in die festivitatis beate Marie Virginis, de medio mense Augusti, in Scutaro ducatos mille de introitibus Scutari, numerandos cui vel quibus idem illustris dominus despotus suis literis declarabit, sine ulla exceptione dolo vel fraude. **Item** promisit dictus dominus Nicolaus Memo orator etc. et se obligavit nomine quo supra, quod postquam hinc recesserit, et Scutarum venerit, numerari faciet nuntio, sive nuntiis dicti illustris domini despoti, pro parte suprascriptorum ducatorum quattuor millium, de quibus concordes remanserunt pro resto omnium eorum rationum etc. ducatos duos mille auri vel valorem in monetis, et a die dicti sui appulsus Scutari, usque ad menses quatuor proxequentes, alios duos mille ducatos faciet nuntiis dicti illustris domini despoti effectualiter dari et consignari in Scutaro, pro resto et residuo dictorum ducatorum quatuor millium. **Item** cum in capitulis declarationis firmatis cum illustre domino despoto predicto per spectabilem virum dominum Franciscum Quirino, nominibus quibus supra, unum contineatur capitulum hujus tenoris de verbo ad verbum, videlicet: „**Item** permeto messer Francesco antedicto, nomine quo supra, che

quella usanza, la qual havea messer Zorzi Stracimir de condur sal a Budua, che la sia observada al prefato misser signor Zorzi, et quelo vender segondo se vendea in el tempo del prefato signor Zorzi Stracimir, vigore cujus capituli illustris dominus despotus predictus dicebat posse per mare salem facere conduci Buduam, quantum et unde sibi placebat, cum sic fuerit consuetum tempore domini Georgii Strazimir. Et ex adverso respondebatur, quod si predictus dominus Georgius Strazimir salem conduci fecit Buduam, ultra salem suarum salinarum, illum fecit conduci contra ordines et banna dominii Venetiarum, et si dictus sal fuisset repertus, fuisset amissus, quoniam mare est dominij Venetiarum et nullus preter dictum dominium in illo jurisdictionem habet. Quare predictum capitulum concorditer declaratum fuit, et convenerunt partes predicte, quod illustris dominus despotus nullum salem possit facere conduci Buduam, nisi salem suarum salinarum, et subditorum suorum, que sunt ad salinas Catari, et possit dictum salem facere conduci Buduam per mare cum barchis Budue, et subditorum dominii Venetiarum. Item quia petebat prefatus illustris dominus despotus catunos Cernagore sibi consignari per illustrem dominum ducem et dominium Venetiarum, convenerunt predicte partes, et concorditer ac unanimiter declaràverunt, omnes

predictos catunos Cernagore esse, et spectare ac pertinere prefato illustri domino duci et dominio Venetiarum, cum omnibus suis dotis, possessionibus, patrimonijs, vineis et campis, cum ipsi catunni Cernagore in confinibus dominij Venetiarum inclusi sint et ipsius dominii continue fuerint. Item quia in pace alias conclusa inter prefatum dominum illustrem despotum, et generosum militem dominum Franciscum Bembo, nominibus in illa contentis, unum contineatur capitulum continens effectualiter, quod tam subditi illustrissimi dominii Venetiarum quam illustris domini despoti, possint stare, emere, vendere, et eorum mercantias facere, per terras, et loca partium, et contra hoc ab aliquo tempore citra, per vayvodas et officiales illustris domini despoti non permittantur caravane, ire Catarum pro sale et mercantiis, et homines plane non permittantur ire similiter Scutarum pro sale et mercationibus, petebat prefatus dominus Nicolaus Memo orator etc. nomine quo supra, debere servari, et adimpleri formam pacis; idcirco superscriptus ill. dominus despotus promisit, et se obbligavit taliter edicere, atque mandare omnibus officialibus suis, quod semper et omni tempore omnes caravane et subditi sui poterunt ire Scutarum et Catarum pro sale, et cum mercationibus sine ulla contradictione, ad eorum libitum. Item quia Juraseuich jam annis novem

tenuit, ac tenet possessiones Jariste, earumque redditus exigit, et annis quinque continuis a Desmo et Goiacho eorumque filiis, nepotibus, et familiis, de quibus sunt domus viginti, omnes utilitates et redditus etiam exegit, petebat suprascriptus dominus orator nomine quo supra, debere cogi per illustrem dominum despotum predictum Juraseuich, ad restituendum prefato dominio Venetiarum omnes predictas possessiones, redditus et utilitates de illis exactas, et dictus s. dominus despotus responderet, velle dictas possessiones facere restitui, convenerunt predicte partes, et promisit dictus dominus orator, ac intuitu prefati s. domini despoti nomine quo supra se obligavit, de non petendo aliquid amplius dicta causa, si et in quantum prefatus s. dominus despotus faciat designare et restituere per nuntios suos, quos ad partes Zente misimus, et nunc est omnes predictas possessiones Jariste, ac Desimum et Goiachum cum omnibus suis filiis, nepotibus, et familiis, hominibus, et dominibus domino comiti Catari, vel nuncio aut nuntiis suis. Item cum per suprascriptum spectabilem dominum Nicolaum oratorem, etc. nomine quo supra requireretur ordinari, et precipi per s. dominum despotum, quod omnes ille domus, que edificate reperiuntur supra monte, ubi erat edificatum castrum Zorzeuez, destruantur et funditus ruinentur, ita et taliter, quod nihil amplius habitationis

illic, et in cacumine montis illius remaneat, et quod per subditos prefati illustris domini despoti et illustrissimi dominij Venetiarum numquam amplius possint rehedificari; et dictus illustris dominus despotus respondisset dimittere in arbitrio et potestate suprascripti domini oratoris, ordinandi, quod destruantur, vel ne, et prefatus dominus orator omnino requireret, illas debere destrui, predictus illustris dominus despotus volens omnia, que paci possent aliquod scandalum producere penitus amoveri, promisit, seque solemniter obligavit, facere destrui et solo equari omnes predictas domos, et quod subditi sui illic amplius non habitabunt, promiseruntque partes predicte, ac invicem convenerunt per solemnem stipulationem et pactum, quod in cacumine montis illius, nec per dominium Venetiarum, nec per illustrem dominum despotum, neque per eorum subditos, fideles, vel recomendatos ullo umquam tempore edificabitur aliquod fortilicium, castrum, domos vel habitationes. Item quia petebat dictus dominus orator nomine quo supra, quod domino episcopo Catari restituerentur omnia beneficia chatolica, que sunt in Sclavonia, cum metropolita Sclavo fuerint restituta omnia beneficia suarum ecclesiarum etc. promisit dictus illustris dominus despotus ac promittit, et se obbligat, facere restitui dicto do-

mino episcopo Catari omnia dicta beneficia, et promittere eum vel suos nuntios redditus omnes sive prebendas dictorum beneficiorum exigere, donec per Romanum pontificem declarabitur, cui dicta beneficia pertinebunt, an dicto domino archiepiscopo Antibarensi, qui in dictis beneficiis ad jus pretendere videtur, vel domino episcopo Catari, promisitque dictus illustris dominus despotus, dare brachium et favores suos seculares dicto domino episcopo Catari, ut rehabeat redditus qui de dictis beneficiis hactenus fuerunt exacti, si declarabitur per Summum pontificem, dicta beneficia spectare et spectasse domino episcopo Catari predicto. Que omnia et singula supra scripta ac contenta in capitulis suprascriptis prefatus illustris princeps et dominus, dominus despotus etc. per se et heredes ac et successores suos parte ab una, et prefatus clarissimus ac insignis dominus Nicolaus Memo orator, nomine quo supra parte altera, promiserunt solemni stipulatione, quod semper et omni tempore firma et rata pariter, atque grata habebunt, et tenebunt omnia et singula suprascripta, et infrascripta, ac ipsa attendent et observabunt, ac attendi et observari facerent perpetuo et in perpetuum, sub vinculo sacramenti. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, et observandis atque adimplendis, prefatus illustris dominus despotus omnia sua bo-

na mobilia et imobilia, presentia et futura, et ipse clarissimus dominus Nicolaus Memo orator nomine quo supra, omnia bona comunis Venetiarum mobilia et immobilia, presentia et futura, sibi invicem una pars alteri et altera uni perpetuo obbligaverunt, renuntiantes dicte partes nomine quibus supra, condic tioni sive causa, vel ex iniusta causa exceptioni, doli mali et in factum actioni et omnibus juribus comunibus et municipalibus fori, privilegio, et omni legum et statutorum auxilio, quibus possunt vel possent, seu volunt vel vellent, contra predicta, vel aliquod predictorum facere, vel venire.

Actum apud Semedrum, in curia sive palatio residentie suprascripti et excelsi domini domini despoti, in sala magna audientie ipsius domini, presentibus magnificis viris: Radich Celnik comite palatino, Nicola Rodop protobistario, Radith Bogdasich magistro agazonensi — — Bogdano Zlokievich, consiliariis dicti ill. domini despoti; ac circumspecto et prudentibus viris ser Luca Pantin de Cataro, Gasparino Johannis de Venetiis, Nicolao Spano, et Petro Malontio, ambobus de Scutaro, omnibus testibus ad suprascripta vocatis, habitis et rogatis.

Ego Nicolaus de Cataro imperiali auctoritate judex ordinarius et publicus notarius, quia omnibus et singulis suprascriptis

dum sic fierent et agerentur presens fui, et de mandato suprascriptorum dominorum, licet de alia manu sit scriptum, in hac pubblica forma redegi, signoque et nomine meis muni vi, in fidem et robur omnium premissorum.

Ego Johannes de Reguardatis quondam domini Alexandri, civis Venetus, publicus imperiali auctoritate et Venetiarum notarius, ac judex ordinarius, et ducatus Venetiarum scriba, nec non ad presens cancellarius suprascripti domini oratoris, predictis omnibus, dum sic fierent et agerentur presens fui, eaque de mandato suprascriptorum dominorum in hanc publicam formam redegi, una cum ultra scripto egregio viro domino Nicolao, cancellario predicti illustris domini despoti, et in premissorum fidem et robore me subscripsi signumque meum consuetum apposui.

Commemoriale XII. ch. 148.

CCCCIV. 1435. 14. Augusti.

Зактеваня коя е Никола Мемо посланикъ Млетачки, предложіо деспоту Ђорђу Бранковићу приликомъ уговора.

Capitula et petitiones, quas facit clarissimus vir dominus Nicolaus Memo orator illustrissimi dominij Venetiarum, illustri domino despoto, pro inobservatione pacis, et damnis factis civibus et subditis pre-

fati dominii, per officiales et subditos ipsius domini despoti.

Primo per capitulum unum pacis concluse per dominum Franciscum Bembo, et deinde declarate et confirmate per dominum Franciscum Quirino, subditi omnes illustrissimi dominii Venetiarum, cujuscumque conditionis existant, habentes possessiones dotes patrimonia vineas etc. in territorio illustris domini despoti, illis gaudere debent, et eas possidere possunt; contra cujus capituli formam Buduani non permittunt aliquos ex Pastrovichis gaudere et frui possessionibus suis, quas habent in confinibus Budue.

Item Jurasevich vi accepit et tenet unam bastinam, que est Chalogiurgi Chiudich ex Pastrovichis.

Item Jurasevich tenet vi possessiones et terrena Mastini Susiedonovich, et Mergie Putimirovich, provisionatorum il. dominij Venetiarum in Cataro, que possessiones sunt in Machine, et quas il. dominus despotus alias jussit eis dessignari per Dusmanum, licet eas non habere potuerint.

Item Perchocellus subditus Jurasevich, tenet unam bastinam Carnoe Novachovich ex Pastrovichis, que bastina est in cacumine montis post Scloe.

Item Chalo Viohassevit tenet per vim dotem unam Dimitrj Nalesthovich, que est in Bochono.

Quare petitur, ut pro observatione capituli suprascripti pacis et concordij, il. dominus despotus faciat effectualiter restituere omnes suprascriptas possessiones, territoria, et bastinas, que per suos indebite occupantur, ne paci derogetur.

Item mandat capitulum unum suprascripte pacis, quod omnes qui de terris illus. dominij Venetiarum aufugerent cum aliquibus rebus et mercationibus, ad terras ill. domini despoti, debeant restitui officialibus vel subditis prefati ill. dominij Venetiarum; contra quod capitulum vayvoda Altomanus tenuit ac tenet in Antibaro Milosinum Stefani del Conte, nepotem Seuerinj de Antibaro, qui cum ballis quatuor pannorum Flandrie, valoris ducatorum ultra VI. mille, de ratione domini Pangratij Justiniano nobilis Venetiarum civis, quas ex Curzola Ragusium portare debebat, fugiens iuit Antibarum, et licet vayvoda Altomanus verbis dicat, velle eum sive pannos predictos restituere, tamen nihil hactenus haberi potuit, et si magna instantia pluries fuerit requisitus idem Altomanus pro dicta restitutione; petitur ergo restitutio dictorum pannorum.

Item quia post declarationem in Cataro concorditer factam de confinibus Ca-

tari, ut patet literis super inde scriptis, et sigillatis, Negusi subditi Jurasevich, occuparunt de territorio dominij Venetiarum, in tribus locis intus confinia de versus castrum Catari, petitur: quod confinia conserventur et manuteneantur, et quod predicti Negusi cogantur restituere domino comiti Catari, nomine il. dominij Venetiarum, omnes recolectas et emolumenta, quas et que quomodolibet habuerunt, et colligerunt super dictis terrenis, sive territorijs.

Item existentibus in portu Budue barchis duabus Catari, Buduanij eas ceperunt, pro quibus damnificati fuerunt Catarini de yperperis VI. centum; de quibus licet vayvoda Altomanus fuerit sententiatus per oratores illustris domini despoti, nihilque tamen haberi aliquod potuit, petitur ergo cogi predictum Altomanum, ad exbursandum et solvendum Catarinis sine alia dilatione predicta yperpera sexcenta.

Item existente in portu Antibari, propter maris tempestatem, navigium unum domini Antonij Arimondo nobilis civis Venetus, quia predictum navigium lesionem receperat, et aqua illud intrabat, factor predicti domini Antonij Dulcignum fuit pro hominibus et barchis, et cum maris tempestas cessasset adeo quod navigium predictum suum sequi potuisset viagium, quia provisiones debite facte fuissent, venerunt Buduani cum

nihilominus prefatus illustris dominus despotus, ut prefatus dominus Nicolaus orator etc. precipiat omnibus comitibus et rectoribus prefati illustrissimi dominij in partibus Zente constitutis, ut omnibus damnificatis prefati i. domini despoti, licet hic non sint scripti et nominati, justitiam facient cum complemento debite satisfactionis, secundum juris ordinem et capitulorum pacis continentias. Qui dominus Nicolaus orator etc. libenti animo, nomine quo supra promisit se facturum, et cum effectu adimplecturus, ratione pacis et concordij convenientia requirente.

Commemoriale XII. ch. 149.

CCCCV. 1436. 26. Martii, ind. XIV.

Привилегія на властелство Млетачко, кою суждъ Франциско Фоскари дав Србскомъ деспоту Ђорђу Бранковићу и нѣговимъ наслѣдницима. (Скраћено).

Privilegium illustris et magnifici domini Georgii, dei gratia regni Rassie despoti ac domini Servie etc. ad honorem maioris consilii, cum filiis et heredibus legitimis.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et . . . . affectum. Ducalis benignitas . . . . tanto personas illustres excellentiae ac dignitatis honore conspicuas maioribus prevenire studet honoribus

et gratioribus ampliare favoribus, ipsarumque votis eo liberalius conformari, quanto ducatui nostro sinceritate fidei et affectionis magnitudine promptiores omnimode se ostendunt. Cum itaque illustris et magnificus dominus Georgius, dei gratia regni Raxie despotus ac dominus Seruie etc. intensam affectionem, quam per retrolapsa tempora nec minus in presenti nostre reipublice habuit et habet, multipliciter ostenderit in cunctis, quae ad nos ducatum nostrum, singularesque personas ducatus eiusdem spectant et pertinent, liberaliter et laudabiliter se promptissimum exhibens et ostentans, amicabilibus requisitionibus nobis sua parte porrectis, per virum nobilem Nicolaum Memmo, dilectum civem nostrum oratoremque a presentia ipsius illustris domini despoti nuperrime redeuntem et exposcentem, quod eundem illustrem dominum suosque filios legitime procreatos et procreandos, dignaremur ceterorum nostrorum nobilium nostri maioris consilii numero aggregare, ut beneficio et preeminentia nostri maioris consilii, aliisque dignitatibus privilegiis et libertatibus, quibus nobiles nostri de nostro maiori consilio perfrui dignoscuntur, ipse et prefati eius filii gratiosius congauderent. Nos alacriter et liberaliter annuentes attendentesque eiusdem illustris domini Georgii sinceram affectionem, ferventisimam devotionem atque benivolentiam, no-

tum vobis fieri volumus universis per huius nostri privilegii paginam et tenorem, quod omni juris consiliorum et . . . . servata, eundem illustrem dominum Georgium cum eius filiis et heredibus ex eo legitime descendentibus, in Venetos et cives nostros ac de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetos et cives nostros ac de nostro maiori consilio fecimus et facimus, et pro Venetis et civibus nostris ac nobilibus de nostro maiori consilio in Venetiis et extra ubilibet habere et haberi volumus pariterque tractari, ipsos sincere . . . . statuentes, quod deinceps eisdem libertatibus, beneficiis, gratiis, preeminentiis, honoribus, jurisdictionibus et immunitatibus, quibus alii Veneti nobiles de nostro maiori consilio gaudent et perfrui dignoscuntur, idem illustris et magnificus dominus Georgius et sui filii et heredes, ut supra in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. In quorum omnium fidem testimonium et evidentiam pleniorem, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis, millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, mensis Martii die vigesimo sexto, indictione XIIII.

Liber privileg. II, charta 20.

CCCCVI. 1436. indict. XIV. 15. Maii.

Привилегія коіомъ луждъ Млетачки потврђуе Стефану великомъ войводи Босанскомъ, куђу у Котору и шесть стотина дуката годишнѣгъ доходка одъ Котора, као што е имао и нѣговъ стрицъ Сандалъ.

Copia privilegii magnifici domini Stefani magni vaivode Bossine, pro domo Catari, ac ducatos VI centos.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Memores bone amicitie et benivolentie, qua magnificum et potentem dominum Sandalum magnum vayvodam Bossine complectebamur, eam benivolentiam cum suis posteris non solum conservare sed augere disponimus. Idcirco profectis ad nostram presentiam spectabilibus, et egregiis viris Prebislao Poualich milite, et Grubico de Pruchinich oratoribus magnifici et potentis domini Stefani magni vaivode Bossine etc. nepotis ejusdem domini Sandali, inter cetera petentibus, quod sibi dari et assignari facere deberemus domum, quam dictus dominus Sandali habebat et possidebat in Cataro, et quod dentur singulis annis eidem vaivode Stefano a camera nostra Catari ducati sexcenti, sicut habebat prefatus dominus Sandali, tenore presentium universis et singulis tam presentibus quam futuris, facimus manifestum, quod sumus contenti, quod dicta domus de

Cataro sit ipsius domini vaivode Stefani, et suorum heredum; et similiter quod pro se, et suis heredibus de cetero habere debeat anuatim ducatos sexcentos a camera nostra salis Catari. Eodem domino Stefano, et heredibus suis, tenentibus loca et dominium, que ipse dominus Sandali tenebat, facientibus quoque ipsis, quod caravane et turme per totum eorum dominium possint ire libere, et alio quo voluerint, sicut tempore ejusdem domini Sandali faciebant, pro sua comoditate cum quibuscumque suis bonis et mercantiis, nec non observantibus reliqua omnia, que idem magnificus dominus Sandali debebat observare, vigore privilegii alias per nos facti in MCCCCXXIII die XVI mensis Februarii indictione secunda. Quod privilegium per nos primo factum et concessum suprascripto domino Sandali, dominis Volcham et Vulcho fratribus, ac eidem tunc comiti Stefano nepoti, nunc magno vaivode Bossine, per hoc nostrum privilegium confirmamus, ut ab ambabus partibus debeat inviolabiliter observari. In quorum omnium fidem presens privilegium fieri jussimus bulla nostra aurea comunitum. Data in nostro ducali palatio, die quinto decimo mensis Maij, indictione XIV, millesimo quadringentessimo trigesimo sexto.

Comemoriale XII. ch. 159.

CCCCVII. 1439. 2. Januarii.

Одговоръ посланицима Србскогъ деспота Ђурђа Бранковића, на четири предложене точке.

Quod oratoribus illustris domini despoti Rassiae, qui uti relatum fuit huic consilio per seressimum dominum ducem, quatuor exposuerunt; primo videlicet, quod nos rogat ut precio eis consentiamus locum Dulcigni. — Secundo, quod provideamus, quod si veniret et redducere vellet se, filios et familiam suam, in terris nostris, ei praebeatur receptus. — Tercio, quod provideamus ut habeat ducatos mille, quos annuatim habere debet; et quarto nos advisat de pratica quam tenet habendi regnum Hungariae, et si dictum regnum habebit, deliberat esse bonus amicus noster; respondeatur, cum illis bonis verbis, quae collegio videbuntur, honestando quod non possumus ei vendere Dulcignum, et quod mandabimus, quod veniente eo, vel familia sua in terris nostris, ei detur receptum; et mandabimus comiti Scutari, ut det ei id quod habere debet; et demum regratietur de his, quae nobiscum de factis suis comunicavit, et de bona dispositione sua, dando sibi bona verba.

Et quia hic sunt oratores Catarini, supplicantes ut accipiamus Buduam ac Zentam et alia loca Albaniae dicti domini despoti, ne ad manus Turcho-

rum perveniant, cum non sit potens ea sustinere, procuretur intelligere a dictis oratoribus, intentionem dicti despoti de locis suprascriptis, si ea tenere non posset, cum illis verbis, quae collegio videbuntur.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 7.

CCCCVIII. 1439. 15. Aprilis.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана синовца Сандаловогъ, кои захтевају градъ Которъ.

Quod oratoribus comitis Stephani, nepotis condam Sandali, qui venerunt ad nostram praesentiam, et post verba generalia, petunt civitatem nostram Catari, quam asserit fuisse quondam dicti Sandali, patrui sui, et loco ipsius se offert nobis dare Narentam; respondeatur, quod habemus ipsum comitem Stephanum in bonum fratrem et amicum singularem, et semper vellemus ea facere posse, quae grata et accepta ei forent; sed declaramus eius magnificentiae, quod Catarinenses sponte se submiserunt nostro dominio cum promissione, quod illos sub nostro dominio conservaremus, quare intelligere potest, quod non possemus dictam civitatem sibi tradere, sine diminutione honoris et fidei nostrae, et certi reddimur quod eius magnificentia nolit nisi ea, quae salva honestate facere possimus, sicut nos ab eo etiam nolemus nec requireremus. Et propterea ei libeat nos habere excusatos, nam nunc

et in futurum eum habere et tenere volumus in bonum fratrem et amicum praecipuum. Et cum his et aliis verbis, quae videbuntur, honestetur excusatio nostra. Et ex nunc captum sit, quod per collegium expendi debeat in exeniis praedicto comiti Stephano fiendis, id qud ipsi collegio videbitur, non excedendo valorem eorum, quae idem comes Stephanus nobis praesentari fecit.

Secr. cons. rogat. Lib. XIV. ch. 195.

CCCCIX. 1439. 23. Aprilis.

Одговоръ посланику Србскогъ деспота, захтевајућегъ градъ Улцинъ.

Quia huc venit quidam orator illustris domini despoti Rassiae petens ut ei dare velimus locum Dulcigni, sibi respondeatur in consimili forma verborum, qua nos excusavimus oratori comitis Stephani, non dando eis Catarum. Et excusatio capiatur, quod non possumus ei assentire locum ipsum cum verbis opportunis et necessariis.

Secr. cons. rogat. Lib. XIV. ch. 196.

CCCCX. 1440. 30. Maii.

Наредба како да се дочека и прійми Србскій деспотъ Ђурђе, кои долази у Млетачку область Истрію.

Cum locumtenens Istriae scribat per litteras suas, habuisse a quodam cancellario illustris domini despoti nun-

tiatum, ipsum dominum despotum cum uxore et familia venturum esse ad loca nostra; et subiungit idem locumtenens habuisse, quod idem dominus despotus venturus est cum equitibus mille quingentis, et hodie esse debet ad Clusam, et petit ipse locumtenens mandatum, quia non permittet ipsum dominum despotam ingredi Istriam sine mandato nostro; vadit pars, quod respondeatur ipsi locumtenenti in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas 28 praesentis, cum inclusis in eis litteris cancellarii illustris domini despoti Rassie, et intelleximus ea, quae dicitis de ipso domino despoto sensisse a Bartholomeo a Cisterna, et vobis mandamus, ut subito receptis praesentibus, mittere debeatis ad ipsum dominum despotum, quatvor aut sex notabiles personas de inde, cum ordine et mandato, quod suae excellentiae dicant, quod habentes eum in verum et carissimum fratrem, intendimus et disponimus, quod in territorio nostro venire et stare possit, uti in propriis, quodque optavissemus suum perscivisse adventum, ut eius excellentiam honorare potuissemus, ut est mentis et intentionis nostrae, et quemadmodum convenit nostrae bonae amicitiae et fraternitati. Quodque habita notitia de eius adventu, iussimus in continenti, quod in Patria*) illa libere intrare permittatur, et iussimus

*) Овако, а вальда треба Istria?

eos cives obviam sibi mitti, qui excellentiam suam in dicta Patria introducant. Et debeant ipsi cives nostri societatem suam allogiare per ea loca nostra, quae ei videantur. Et ipsum vero dominum despotum cum familia sua et nobilibus eius, in numero tamen convenienti, allogient in illis terris nostris, quae magis ei gratae sint, habendo tamen semper advertentiam ad securitatem locorum nostrorum, et specialiter ad locum Clusae, et quod ipse commode allogietur et habere valeat sibi necessaria. Cum autem appropingvabitur ei obviam ire debeatis, si comode ire poteritis, et eum visitare et honorare, et in colloquiis quae cum excellentia sua habebitis, ei declarare debeatis, quod ad eius praesentiam subito missuri sumus de nostris nobilibus, pro honorando suam excellentiam; et volumus ut ei praesentare debeatis in rebus comestibilibus pro libris ducentis parvorum, de pecuniis nostris. Et dare vobis debeatis operam intelligendi quid sit facturus, videlicet, si est huc venturus, et quando, et cum quanta est societate, et qualiter associatus et in ordine, et de omnibus subito per proprium caballum nos advisatis.

Et essemus contenti quod si posset fieri absque quod retardaretur introitus praefati domini despoti in Patria, in numero dictorum nobilium mittendorum obviam suprascripto domino despoto, essent de

Castellanis, de civibus Utini, ac de civibus civitatis Austriae.

Et ex nunc captum sit, quod per collegium elligantur et mittantur duo nostri nobiles, oratores nostri ad dictum dominum despotum, ad visitandum excellentiam suam, cum illa commissione, quae conveniens sit.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 24.

CCCCXI. 1440. 10. Junii.

Одговоръ посланику Србскогъ деспота, коя иште да га Млетачке галіе превезу у Албанію.

Quod sapienti viro Nicolao de Cataro, cancellario et oratori illustris domini despoti Rassie, ad requisitionem galearum et navigiorum nostrorum, quae eum conducant in Albania, respondeatur: quod revera singulariter affecti sumus suae excellentiae et sumus semper parati in cunctis possibilibus alacri animo complacere; quodque videri fecimus in arsenatu nostro, et non reperimus nos ad praesens habere nisi galeam unam, aptam ad conducendum equos, quam parati sumus ad omne eius beneplacitum sibi dare, ut conducat excellentiam suam ad loca sua Albaniae, et si plura navigia habere vult, potest cum civibus et subditis nostris, prout necesse ei videtur convenire, nam amplam eis licentiam exhibebimus suae excellentiae in hoc serviendi.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 25.

CCCCXII. 1440. 25. Junii.

Одговоръ посланику Србскогъ деспота, захтевајућегъ градъ Улцинь, и да Млетчићи пошлю посланичтво Турчину, кое ће посредовати између деспота и султана.

Quod oratori illustris domini despoti Rassie, super requisitionibus quas facit, pro parte praefati domini despoti, tam ut assentiamus ei ad tempus locum nostrum Dulcigni, quam etiam quod mittamus nostram ambaxiatam ad Turchum, respondeatur: quod novit deus quod fraterne diligentes excellentiam suam, optamus semper facere de rebus sibi gratis et acceptis; et si hucusque distullimus spectabilitati suae respondere, hoc processit quia quaesivimus et voluimus videre, si modus esset, quod possemus, ut supra diximus optare, excellentiae suae complacere. Et habita bona consideratione dicimus, primo non posse sine offensione honoris et fidei nostrae de facto Dulcigni complacere, quia expresse esset contra ea, quae promisimus illis de Dulcigno.

Et circa factum legationis nostrae mittendae ad Turchum, omnibus consideratis non videmus, propter certos iustos et rationabiles respectus, suae excellentiae complacere, et honestando in hoc nostrum dominium cum illis verbis, quae dominio videbuntur, dicatur, quod rogamus praefatum

dominum despotum, ut nos habere velit merito excusatos.

Alii volunt: quod respondeatur ad factum Dulcigni ut superius continetur; et ad factum legationis mittendae ad Turchum, dicatur, quod optantes ei ut praediximus complacere, contenti sumus, si ei placet mittere unum nostrum oratorem ad Turchum, pro interponendo nos, pro concordando excellentiam suam cum ipso Turcho, qui orator noster vadat cum illa familia, quae honesta sit, et cum muneribus, ad omnes expensas suae excellentiae, ut petiit; et ipsum oratorem eligemus per nostra consilia. Nam obstantibus ordinibus nostris aliter facere non possumus.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 27.

CCCCXIII. 1440. 13. Septembris.

Одговоръ посланицима Стефана великогъ войводе Босанскогъ, на више ньіови предложеня.

Quod ad ea quae retulerunt spectabiles oratores magnifici domini Stephani magni vayvodae Bossine, parte domini sui nostro dominio, sicut per serenissimum dominum ducem relatum est huic consilio, respondeatur:

Ad partem per quam petunt, ut cum dictus dominus vayvoda Stephanus intendat facere vindictam suam, de iniuriis sibi

illatis per comitem Maticonem, sibi porrigamus favores nostros, contra ipsum comitem Maticum. Quod considerata singulari benivolentia, quam habemus ad ipsum magnificum vayvodam Stephanum, libenter vellemus posse sibi in hac sua requisitione satisfacere. Sed sicut notum est, sumus in treuguis cum corona Hungariae, et loca quae tenet idem comes Matico sunt coronae Hungariae; ideoque salvo honore nostro, non possemus complacere dicto magnifico vayvodae Stephano, quem rogamus ut nos merito excusatos habere velit.

Ad requisitionem vero, quam faciunt nobis de civitate nostra Catari dicimus, quod etiam in hoc contenti essemus posse complacere et rem gratam efficere dicto magnifico vayvodae Stephano, sed attento, quod quando habuimus dominium ipsius civitatis, promisimus illis civibus et subditis nostris, quod nullo unquam tempore, ipsos alienaremus ab dominio et protectione nostra, non videtur nobis posse contravenire et contrafacere promissionibus nostris, et justificetur hoc cum his et aliis pertinentibus verbis et rationibus, sicut melius fieri poterit.

Ad tertium per quod petunt, ut mittamus ambaxiatam nostram ad Teucrum, ad recomendandum ipsum magnum vayvodam Stephanum; respondemus: quod si occurret quod mittere habeamus ambaxiatam

nostram ad ipsum Teucrum, erimus libenti animo memores requisitionis suae, ac ipsum vayvodam Stephanum stricte et efficaciter recomendabimus Teucro.

Ad quartum capitulum, per quod requirunt, ut concedamus salvum conductum nostrum Stephano Maramonte, veniendi ad terras nostras etc. dicimus, quod habito respectu ad illa quae idem Stephanus, dum esset in his partibus Lombardiae in nostris servitiis, contra fidem et promissiones suas contra nos attentavit, non videtur nobis sibi concedere salvum conductum praedictum.

Super ultimo capitulo, per quod petunt rebelles ipsius vayvodae Stephani de terris nostris Dalmatiae licentiari etc. dicimus, quod ut complaceamus dicto magnifico vayvodae Stephano, parati sumus licentiari facere rebelles suos de terris nostris Dalmatiae et Albaniae; ideoque oratores ipsi nobis in scriptis dare possunt nomina rebellium praedictorum, quum scribemus et mandabimus rectoribus nostris illarum partium, ut licentiari faciant rebelles praedictos.

Verum ex nunc captum sit, quod dictis oratoribus vayvodae Stephani fieri debeat unum donum, quod equivaleat illi, quod nostro dominio praesentarunt.

Secr. consil. rog. Lib. XV. ch. 41.

CDXIV. 1440. 17. Decembris.

Одговоръ посланику краля Польскогъ и Угарскогъ, тичуħи се Турака, великогъ войводе Босанскогъ Стефана, и кнеза Матка. (Кратакъ изводъ.)

Respondeatur oratori serenissimi regis Poloniae et Hungariae, quod parati sumus cum eo bonam pacem et amicitiam observare, sicut habuimus cum imperatore Sigismundo. . . .

Comiti Maticoni non possumus dare auxilium contra comitem Stefanum, ad recuperandum castrum ei ab eodem ablatum, quia promisimus esse neutrales; — ad factum Teucrorum, notum est orbi, quanto nostro damno et effusione sangvinis fecimus guerram Turcis, sine alicuius subsidio, et tandem videntes nos esse solos, quasi coacte devenimus cum eo ad pacem, cui nunc contravenire non possumus, sed cum tempore poterit fieri. — Comiti Maticoni permittetur extrahere ex Venetiis veretonos, pulverem et munitionem, etiam bombardas, sed caute et secretae, ut videamur neutrales etc.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 57.

CCCCXV. 1441. 21. Februarii.

Одговоръ посланику Рестоя Коморника краля Босанскога, на нѣгово предложенѣ и молбу.

Quod prudenti viro Jacobo Testa de Tragurio, qui huc venit pro parte Res-

toie camerarii serenissimi domini regis Bossine, et ut pridie relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, dicit ipsum dominum regem Bossine optare et nos rogare, ut consentiamus, quod possit quando opus sibi videbitur, mittere in aliqua terrarum nostrarum havere suum, et personaliter etiam venire cum familia sua, et offert nobis illud regnum regendum nostro nomine, palam vel occulte ut nobis placet, et vellet arma et alias munitiones de locis nostris posse habere etc. respondeatur:

Quod sumus contenti ut revertatur in Bossinam ad dominum Restoia, et ei nostri parte dicat, quod habemus ipsum serenissimum dominum regem in honorabilem fratrem, et contentissimi sumus, ut in hac nostra civitate et in illa civitatum nostrarum, quae suae serenitati magis placeat, possit ad libitum suum mittere havere suum, ac etiam personaliter et cum familia sua se reducere, quoniam semper bene videbitur et tractabitur, et parati erimus quotiescumque ei placebit, facere sibi nostros salvos conductus et patentes litteras, ac omnes illas cautiones, quae suae serenitati videantur.

Ad oblationem autem regni praedicti dicat, quod cognoscimus hoc procedere ex multa affectione, quam ille serenissimus dominus rex ad nostram habet rem publicam, et multa fide, quam de nobis facit,

et eidem quantum plus possumus regratiamur, et dicimus quod singulariter eius serenitatem diligimus et summopere optamus, ut in regno et dominio se conservet. Et ex nunc contentamur, quod de hac nostra civitate libere extrahere possit munitiones ei neccessarias et ipsas in regnum suum conduci facere, ut valeat regnum et dominium suum praedictum defensare.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 113.

CCCCXVI. 1441. 28. Octobris.

Наставленѣ за капетана и кнеза Скадарскогъ, како да се влада према кнезу Стефану, кои е почео освоявати землѣ и градове Србскогъ деспота.. (Скраћено.)

Comiti et capitaneo Scutari.

Sensimus a comite nostro Catari, quod comes Stefanus pretendit occupare loca Albaniae, quae supposita erant domino despoto Rassie, iamque concors est et intelligentiam habet cum Jurasevich, et ingressus est Zentam superiorem, et quod propterea omnia loca, quae praedicti domini despoti erant, in magna sunt trepidatione; quae quidem nobis minime placent, nam nollemus ipsum comitem Stefanum eadem loca habere. Et quia iustissimam causam habemus ad hoc obviandi, cum ut scire debetis, per capitula pacis, quam habebamus cum condam desposto Stefano et successive cum praesenti despoto Georgio, tenemur, quociescun-

que praedicta loca sua opprimerentur, eis de gentibus subvenire, volumus et vobis mandamus . . . . quod cum eo numero equitum, qui vobis conveniens et honestus videatur, vos conferre debeatis ad expensas nostras Buduam, Antibarum et ad alia loca Albaniae, quae erant praedicti domini despoti, et eos hortari, ut sint boni et constantis animi, quoniam deliberavimus vos mittere ad praedictum comitem Stefanum . . . . . quod desistat a novitatibus eis inferrendis; quod si fecerit bene quidem, quando vero non, parati sumus eos sub protectione nostra recipere et defensare; . . . . et si videbitis, quod hoc eis placet et quod sint contenti venire ad obedientiam nostram, ... debeatis ire ad comitem Stefanum, et aliter non . . . cum veneritis ad praesentiam comitis Stefani . . . dicatis, quod eum habemus in bonum filium et amicum . . . . et propterea quanto maior et potentior esset, tanto magis nobis placeret, dummodo esset cum honore nostro, — sed ut potest audivisse habemus pacem factam cum condam despoto veteri et confirmatam per praesentem dominum despotum, et inter cetera per capitulum expressum conventum est, ut si loca sua Albaniae oprimerentur, eis cum gentibus nostris subvenire teneamur et eis sucurrere; quam ob rem intendentes ut semper fecimus fidem nostram inviolabiliter observare, magnificentiam suam requirimus et

precamus, quod pro amicitiae et amoris nostri conservatione, utque cesset omnis materia scandali, ei placeat loca praefati domini despoti non molestare, et si quem ex subditis domini despoti iam sub se accepisset, eum liberare, quoniam ut praediximus, non possemus aliter facere, quam cum gentibus et viribus nostris ipsis locis favere et subvenire.

Et si ipse comes Stefanus contentabitur bene . . . . . debeatis cum sua bona licentia redire Scutarum et nos de omnibus advisare.

Si vero idem comes Stefanus se excusaret et nollet se abstinere ab intromissione dictorum locorum Albaniae, volumus quod ei dicatis, quod tale non expectabatis responsum . . . . et quod non possumus aliter facere, quam pacta quae cum dicto domino despoto habemus observare, et locis praedictis subvenire; et sumpta a sua magnificentia licentia, vos intelligere debeatis cum comite nostro Catari, et in dei nomine, loca praedicta domini despoti sub obedientia et protectione nostra accipere, et ad custodiam et defensionem eorum facere omnes provisiones vobis possibiles, et de his quae executus fueritis, nos omni cum celeritate possibili duplicatis aut etiam triplicatis litteris vestris advisare.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 101.

CDXVII. 1441. 2. Novembris.

Друго закљученѣ тичуће се кнеза Стефана и освоеніе одъ нѣга горнѣ Зете, области Србскогъ деспота. (Скраћено).

Alii volunt, ... hortentur Drivastum, Budva, Antibarum et alia loca Albaniae domini despoti, quae non se adheserunt comiti Stefano, quod sint constantes; ....

...et si se idem comes Stefanus excusaret iam intrasse partem Zentae superioris, et non posse eam deserere, dicere debeatis, quod quamquam de jure et honestate possemus et deberemus eam repetere, tamen habentes eum in filium carissimum, cupidi in his in quibus possumus suae magnificentiae complacere, contenti sumus quod ei remaneat de dicta Zenta superiori illa pars quam accepit, cum hoc, quod se obliget et promittat, non se impedire de reliquo et aliis locis, quae tenebantur per dominum despotum. ......

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 102.

CDXVIII. 1442. 20. Martii.

Закљученѣ, наложити кнезовима Скадарскомъ и Которскомъ, да заузму долню Зету бившу област Србскогъ деспота, и послати тамо проведитора, комъ се дае уедно упутство. (Скраћено.)

Cum loca Albaniae et maxime Zentae inferioris valde faciant pro nostro dominio, ... in sensu partis captae die 19

mensis Decembris praeteriti, ... scribatur comitibus nostris Scutari et Catari, ut debeant acceptare sub nostro dominio omnia loca Zentae inferioris, quae fuerunt domini despoti, in quibus intelligantur Jurasevich .... et promittant omnibus, quod omnes offensae quas nobis fecerunt eis remituntur; ... et si in specie Jurasevich, qui soli videntur vereri redire sub nostro dominio, redderent se difficiles, debeant ipsis promittere gratiam nostri dominii — et possunt eis promittere provisionem usque ducatos centum in anno.

Et ut hoc melius consequi possit, mittatur illuc provisor...

Comissio eiusdem provisoris:

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi ..... Marco Geno militi, ... vadas noster provisor ad partes Albaniae, et esse debeas cum comite nostro Scutari aut Catari ... et cum eo procurare de reducendo Zentam inferiorem sub obedientiam nostram ....

Et si ... vobis necesse videbitur .... scribas Aleibego, sive magno Turcho, aut etiam comiti Stefano ... et si se hic gravaret de huiusmodi nostra deliberatione ... scribas quod ista loca nostra fuere, et nobis accepta per condam dominum despotum Stefanum, et de jure nobis

spectant, et etiam sub nostra obedientia, tanquam sub vero domino eorum redire volunt . . . . itaque honestissime ipsa accepisti, et ipse nullam causam habet quaerele; et si diceret quod fuerunt condam Balsae, et propterea ei spectant, dicas quod ea justissimo bello aquisivimus, a dicto condam Balsa, quia condam dominus Georgius pater suus, nobis dederat Scutarum et Drivastum, et ipse Balsa nulla legitima causa praecedente, praedicta loca nobis aufferre voluit . . . . .

Si vero vobis videbitur scribendum esse etiam Aleibego, debeatis ei scribere, quod loca nostra fuerunt et nobis accepta per condam despotum Stefanum, et despotus Georgius illa nobis restituere voluit, et ipsa loca sub nostro dominio . . . redire voluerunt . . . nihilominus potestis intrare cum Aleibego ad praticam, et promittere ei usque ducatos V centum in annum. Et si contentabitur bene, si vero non, damus tibi libertatem scribendi magno Teucro etc. . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 117.

CDXIX. 1442. 5. Aprilis.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ на више ньіови züктеваня и молби.

Quod ambassatoribus serenissimi domini regis Bossinae respondeatur.

Et primo ad *primam partem* per quam requirunt quod mittamus ad *imperatorem Teucrorum* unum nostrum ambassiatorem etc. Respondeatur: quod respectu singularis benivolentiae, quam habemus ad serenissimum dominum regem suum, nos vellemus in cunctis possibilibus suae serenitati complacere, sed considerantes *imperatorem Turcorum* nunc fuisse cum exercitu suo *versus Hungariam*, et ambassiatorem nostrum non posse ad illum propter disturbia guerrarum et pericula itineris, et propter suspectus Hungarorum, se conferre sine maximo periculo, non videmus modum, quo dictum ambassiatorem mittere possimus abiliter aut secure.

Ad partem per quam petit *unam ex civitatibus nostris Dalmatiae*, pro cuius concambio dabit unam ex civitatibus *Bossinae* etc. Respondeatur: quod serenissimus *dominus rex* praedictus debeat esse certissimus, quod nos vellemus sicut in prima parte sibi diximus, omnia possibilia facere, quae grata et placida sibi esse possint, sed nostrae civitates Dalmatiae habent a nostro dominio promissiones et privilegium, quo illis sub fide nostra promisimus, non dare nec alienare unquam illas alicui ullo modo, quare rogamus ut habeat nos excusatos, quia non videmus modum, quod cum honore nostro possimus in hoc suae requisitioni complacere. Certis-

simus tamen esse potest dictus dominus rex, quod ad quem cumque locum nostrum, tam Dalmatiae, quam aliorum locorum nostrorum se reduxerit, licet sit in manibus nostris, dictus dominus rex erit ita salvus et securus, ac si esset in quocunque loco suo proprio.

Ad partem per quam sc offert, quod si per ea quae sentit, comes Stefanus attentaret contra statum nostrum, ipse dominus rex faveret nostro dominio etc. respondeatur, quod de hac optima ipsius domini regis dispositione erga nostrum dominium, quae non est nobis nova, sibi plurimum regratiamur, sed pro nunc illa oblatio non est nobis opportuna, sed si illa indigeremus, certi reddimur, quod sicut amicabiliter obtulit, ita amicabiliter attenderet.

Ad partem Turchi, qui svetus magnis pretendit adhuc maiora ad regnum suum, et etiam ad terras nostras Dalmatiae etc. respondeatur: quod certi sumus, quod serenissimus dominus rex praedictus, pro sua magna prudentia et optimis provisionibus, valde bene sciet et poterit illud regnum suum conservare et deffendere, sicut fecerunt serenissimi domini progenitores sui. Et attento etiam situ ipsius regni et conditione locorum et passuum, sua serenitas poterit ita bene munitionibus et aliis rebus providere sibi, quod nullo modo poterit dubitari; de locis autem nostris Dalmatiae dicatur, quod attenta pace, quam

cum ipso Turcho habemus et conditione locorum et etiam quod sunt ad marinam, nulla nobis occurrit dubitatio.

Ad partem munitionum, respondeatur, quod de quibuscumque munitionibus velent, contenti sumus ut hic se fulciant ad suum beneplacitum, et quod de hac nostra civitate consentiemus, quod de illis extrahent prout volent; sed de terris nostris Dalmatiae non possemus sibi complacere, cum in illis locis nostris civitatibus Dalmatiae, nullae aliae munitiones reperiuntur, quam illae quae sunt pro usu et custodia castellorum et civitatum praedictarum, de quibus similia non possent extrahi sine magno incommodo locorum praedictorum.

Ad partem mittendi in regnum suum aliquem nostrum nobilem, respondeatur, quod non videtur nobis quod sit opus mittere illuc aliquem nostrum et quod in hoc habeat nos excusatos.

Die eodem:

Cum pridie captum fuerit respondendi ambassiatoribus magnifici domini comitis Stefani, nonulli volunt ut responsio differatur . . . . sed captum ut respondeatur prout ibi est.

CCCCXX. 1442. 10. Aprilis.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана, кои обоица обећаю Млетчићима, да ће пристати узъ ньи, ако се кнезъ Стефанъ зарати съ Млетцима.

Quod oratoribus comitis Stefani, quo-

rum quilibet se offert contra ipsum facere et esse cum nostro dominio, dicatur, separate tamen, quod audivimus bonam eorum intentionem, quae gratissima nobis est, eisque regratiamur et dicimus, quod intelligi non potest, qualitér res successura est, itaque unum magis quam aliud dicere non possumus, speramusque quod comes Stefanus in pace nobiscum stare volet; sed si oppositum sequeretur, erimus memores verborum suorum, et providebimus, ut noverimus esse opportunum.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 117.

CCCCXXI. 1442. 10. Aprilis.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ, кои нуде Млетчићима помоћъ Босанску противъ кнеза Стефана.

Quod oratoribus serenissimi domini regis Bossinae, qui dicunt videre nos devenire ad guerram cum comite Stefano, et pro parte domini regis praedicti offerunt nobiscum habere intelligentiam etc. dicatur, quod plurimum suae serenitati regratiamur, et huiusmodi eius oblationem acceptamus; sed quod speramus, quod ipse comes Stefanus in pace nobiscum stare volet, nihilominus quando aliter esset, de tali eorum oblatione, fraterne et cum singulari confidentia utemur.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 118.

CCCCXXII. 1442. 11. Junii.

Пуномоћіе и наставленѣ за Млетачкогъ посланика Марка Ђено, да може са кнезомъ Стефаномъ войводомъ Зетскимъ, и са Юрашевићима уговорити миръ. (Скраћено.)

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum: comittimus tibi nobili viro Marco Geno militi . . . quod te conferras Catarum et . . una cum Alviso Lauredano . . reperias te cum comite nostro Catari . . . Et quum res illarum partium multum quotidie variantur, nosque optamus plurimum viam concordii et pacis ac celeriter expedire illa negotia . . . nam galeas nostras in illis partibus tenere non possumus, sed alibi exercere disponimus, in libertate maioris partis vestrum relinquimus ad tractandum et habendum concordium cum comite Stefano vaivoda, ... vel ad concordandum vos cum quatvor fratribus Jurasevichiis, seu simul et semel tractare utrunque concordium . . .

Et si deliberabitis dare principium a quatvor fratribus Jurasevichiis, volumus, quod . . . detis operam cum eis ad bonum concordium devenire, possendo promittere . . . usque ad ducatos sexcentos de introitibus illarum partium Gentae inferioris et aliorum locorum, qui pervenirent ad obedientiam nostram . . . et in casu cum non possetis cum eis remanere concordes, ex quo

vellent, quod Stephaniça frater eorum esset capitaneus gentium illarum partium, contenti sumus in hoc illis etiam satisfacere . . et si etiam vellet idem Stephanica locum Budue . . . et aliter non possetis concludere cum fratribus praedictis, volumus antequam locus ipse perveniat ad manus comitis Stefani, quod illum sibi promittatis. Sequente autem dicto concordio volumus ut in bona gratia procedatis ad accipiendum loca Gentae inferioris.

Si vero deliberabitis dare principium ad habendum concordium cum comite Stefano, aut quia iam ingressus esset in Gentam cum favore dictorum fratrum Jurasevichiorum, aut ex aliis causis, volumus . . . quod . . . . te conferas ad praesentiam dicti comitis Stefani, cui . . dices . . quod satis admirati sumus de dispositione magnificentiae suae volendi occupare loca domini despoti Georgii, quum sicut ipse bene scire potest, nos alias iusto bello aquisivimus et habuimus loca ipsius despoti, quae tandem sibi restituere contenti fuimus, cum hoc tamen, quod in omnem casum ipsius despoti nobis remanere deberent, ideoque . . . requirimus eum . . . quod de locis praedictis . . . se impedire non velit . . .

Si vero dictus comes Stefanus perseveraret . . . in volendo loca praedicta, volumus . quod intrare debeas secum ad pra-

ticam concordii, faciendo omnem instantiam ut nostro dominio remaneant loca Drivasti et Buduae, ac alia loca quae elevassent nostra insignia sancti Marci, nam pro honore nostro optamus plurimum ut nobis habeant remanere. Si etiam hoc modo non posses devenire ad concordium, saltem procura quod loca Drivasti et Buduae nobis omnino remaneant.

Demumque si hoc etiam obtinere non posses, cum pacem et concordium plurimum exoptemus, ac pro dictis duobus locis cum ipso comite Stefano bellum habere non disponimur, contenti sumus, quod sibi dimitantur duo loca praedicta. . . . .
. . . .

Verum si secuto concordio cum suprascriptis Jurassevichiis, videbitur maiori parti vestrum, quod tu provisor te conferre habeas ad comitem Stefanum, ad tractandum secum concordium, sumus contenti, quod procures . . ad bonum concordium devenire, procurando quod loca Gentae inferioris ac Drivastum nobis remaneant, non restando tamen propter locum Antivari, qui est in manibus ipsius comitis Stefani, ad ipsum concordium devenire. . . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 124.

CCCCXXIII. 1442. 19. Junii.

Наставленѣ за Млетачке комесаре, тичуће се мира са кнезомъ Стефаномъ войводомъ Зетскимъ. (Скраћено.)

Quod scribatur ser Ludovico Lauredano capitaneo Culfi, ser Marco Geno militi provisori ad partes Albaniae et ser Petro Dalmario comiti Catari.

Post recessum vestrum de Venetiis occursum est quod unus ambassiator comitis Stefani venit ad praesentiam nostram, et per ea quae dominio nostro retulit pro parte ipsius comitis Stefani, idem comes videtur dispositus omnino habere cum nostro dominio bonam pacem, quoniam petiit veniam a nobis, si quid putamus quod fecerit contra nostrum dominium, et aperte conprehendimus per verba ambassiatoris praedicta, quod dictus comes remanebit contentus dimittere nostro dominio universam Gentam inferiorem et Drivastum; quapropter volumus et mandamus vobis, quod hanc materiam habendi totam Zentam inferiorem et Drivastum ac etiam Jurassevichios praticare debeatis ita prudenter et mature, quod sicut optamus res habeat locum . . . . . . Quando autem . . . . non possetis obtinere habendi universam Zentam praedictam et Drivastum ac Jurassevichios, in hoc casu ut non per-

datur tempus in longis praticis, debeatis observare ordinem vestrae comissionis.*)

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 125.

CCCCXXIV. 1442. 15. Julii.

Наставленѣ за Млетачке комесаре, тичуће се уговора мира са кнезомъ Стефаномъ войводомъ Зетскимъ. (Скраћ.)

Quod scribatur capitaneo Culfi, comiti Catari et ser Marco Geno militi provisori in partibus Albaniae.

Ultimae litterae quas a vobis habuimus sunt diei secundi et tertii instantis, quibus de praticis habitis et omnibus aliis . . . remanemus plenissime informati. Et vobis respondemus . . . quod si poteritis cum comite Stefano ad concordium devenire cum hoc, quod ultro ea, quae tenebamus tempore despoti, nobis remaneant Drivastum et Budva cum salinis, ac etiam illi ex Jurassevichiis, qui sub obedientia nostra esse volunt, ad ipsam praticam attendatis et in dei nomine concludatis. . Ex tam tenendo hanc praticam, tam si comes Stefanus ad concordium praedictum devenire nollet, damus vobis li-

---

*) У едномъ писму овде на истомъ листу и дана истогъ веле:

Ben chel conte Stefano vaivoda sia intrado in la Zenta de soto per el mezo de Stefaniza Juras et contra la intencion di altri tre Jurasi etc.

bertatem, quando vobis videbitur, accipiendi loca Drivasti et Budue ac quemlibet eorum et etiam illos ex Jurassevichiis, quos habere poteritis . . . et attendere debeatis ad offensam dicti comitis Stefani et locorum et obedientium, per omnes illos modos, qui utiliores vobis videantur, declarantes vobis, quod longe citius vellemus ad concordium cum ipso comite Stefano devenire per modum suprascriptum, quam in gverra secum stare.

Et si omnes fratres de Jurassevichis ab obedientia nostra deviassent, et cum comite Stefano essent, et eorum aliquem habere non possetis, nihilominus accipere studeatis Drivastum et Buduam cum salinis, et cum omnibus subditis nostris et aliis quos ad favores nostros habere poteritis. . . . .

Et contenti sumus quod habendo Buduam, faciatis Metropolito illas promissiones, quae vobis videantur.

Demum vobis comiti Catari mandamus, ut omnibus modis possibilibus obviare studeatis, ne praedictus comes Stefanus salem per illum Culfum mittat.

Verum si devenietis cum comite Stefano ad concordium, provideatis per capitulum poni, quod non possit salem per aquam mittere.

Alii volunt . . pro obtinendo quod nobis remaneant Drivastum et Budua cum

salinis ac illis ex Jurassevichis, cum quibus concordes eritis, damus vobis libertatem . . . possendo dicto comiti Stefano . . promittere ad ducatos V. centum usque mille in anno, de introitibus Scutari, sicut dabamus domino despoto. . . . Et si etiam ita non possetis concludere . . damus vobis libertatem condescendendi, ut . . . alteruter dictorum locorum Drivasti et Budue, qui utilior vobis videatur, et vobis videatur obtineri posse. — Et tandem si facta omni possibili instantia hoc obtinere non possetis, damus vobis libertatem deveniendi ad concordium usque cum hoc, quod cum ipso comite remaneamus in illis terminis et conditionibus, quibus eramus cum despoto Georgio. Sed procurate ut idem comes Stefanus per capitulum promittat libere parcere his, qui pro nostro dominio contra eum se discoperuissent. . . . . etc.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 129.

CCCCXXV. 1442. 24. Julii.

Заключено послати некогъ кнеза Іована у Которъ, да ради противъ войводе Зетскогъ кнеза Стефана, на користь Млетчиħа.

Cum huc venerit ille comes Johannes, qui perantea fuit ad nostrum dominium orator pro comite Stefano, qui nunc videtur velle nobis inferre gverram in partibus Albaniae, qui comes Johannes solum

venit, ut sit cum nostro dominio, ad favores nostros contra dictum comitem Stefanum, et se offert ob hanc causam ire Catarum, sperans multa facere, cum asserat dominium dicti comitis Stefani quod alias fuit Sandalli, ad eum spectare; vadit pars, quod suprascripto comiti Johanni dicatur, quod sumus contenti quod vadat Catarum, et ei dentur ducati XXV pro expensis eundi, ac de accessu suo detur notitia capitaneo nostro Culfi, comiti Catari et provisori nostro in partibus Albaniae, et eis scribatur, quod ipsi comiti Johanni, de mense in mensem dent de introitibus nostris Catari, illam subventionem, quam eis videatur iuxta opera sua mereri.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 131.

CCCCXXVI–CDXXVII. 1442. 27. Julii.

Заповестъ капетану Кулфа и кнезу Которскомъ, да заузму Зету горню и долню, како е одтудъ изишао кнезъ Стефанъ; а кнезу и капетану Скадарскомъ да заузме Баръ и Дривастъ. (Скраћено).

Quod scribatur capitaneo Culfi et comiti Catari ac Ser Marco Geno militi et provisori in partibus Albaniae.

Remanentes copiose informati per litteras vestras diei XIIII. praesentis, de recessu comitis Stefani de Zenta et de conditionibus et terminis, in quibus totum illud paesium reperitur; cum nostro consilio rogatorum fidelitatibus vestris scribimus et man-

damus, quod in nomine domini nostri Jehsu Christi accipere debeatis impresiam universae Zentae inferioris et Buduae ac omnium passuum et aliorum locorum Zentae superioris, qui favere possunt ad securitatem et clausuram Zentae inferioris. Et pro bona executione impresiae dare debeatis tribus fratribus Jurassevich, aut illi eorum qui nostrae impresiae favebit, omnes illos favores, qui vobis videbuntur, posse prodesse ad obtinendam nostram intentionem, promittendo illi vel illis id quod per alias nostras vobis scripsimus et minus si fieri poterit, confirmando omnia praedicta et alia quae feceritis per scripturas et sacramentum, si erit necesse et vobis videatur. Et quia petunt XX pannos quarantinos, provideatis habere illos de Cataro aut Scutaro, qui comes Scutari habet mandatum a nobis mittendi illos vobis, advisantes vos quod sumus expedituri pedites CC. pro dicta impresia, sed tamen non desinite prosequi impresiam pro expectandis illis. Jussimusque comiti et capitaneo Scutari, ut se fortem faciat in lacu pro bona executione impresiae praedictae. Pro habendo autem Antibaro et Drivasto scribimus comiti et capitaneo Scutari, sicut per copiam quam vobis mittimus his inclusam videbitis.

Comiti autem et capitaneo Scutari scribatur et mandetur, quod accipere debeat im-

presiam Drivasti et Antibari, cum quibus dicit habere praticam, ut sub nostro dominio subiiciantur .... parcendo illis, qui olim contra nostrum dominium deliquissent, et promittendo de introitibus tamen dictorum locorum, si aliter quam per concordium haberi non possent, id minus quod poterit, illis qui dabunt loca praedicta. Et mittat capitaneo Culfi XX pannos .... Item debeat .. sollicitare et inducere Junch Otto provisionatum nostrum et alios principales homines paesii, ad favores et impresiam nostram, .. quoniam multum favere poterunt, si nobiscum essent. —

Insuper mandetur praedictis ...... quod omnes se simul intelligant. ..... Verum si in illis partibus esset comes Stefanus aut alii suo nomine, cum quibus ad concordium venire possetis, sumus contenti quod veniatis ad concordium, habendo Buduam, Drivastum ac Jurassevichios et passus Zentae atque Antibari si poteritis. Sed si res paesii essent in tali termino et tam propicio ad veniendum sub nostram obedientiam, quali scribitis, in hoc casu persequamini aquirendo Zentam, prout superius vobis mandatur, avantagiando nostrum dominium vel per concordium vel aliter, prout utilius vobis videbitur pro nostro dominio.

Ceterum mandamus vobis, quod si aliquod concordium iam fecissetis cum comite Stefano, vel cum suis, illud integre debeatis

observare, et per hoc mandatum dicto concordio non contrafaciatis.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 132.

CDXXVIIII. 1442. 5. Augusti, ind. V.

Капитулація области Дривастске, коя се доброволно покорила господарству Млетака.

Copia literarum patentium seu capitulorum terre Drivasti, pervente ad fidem et obedientiam illustrissimae dominationis Venetiarum, obtente per virum nobilem Franciscum Quirino etc.

Nos Franciscus Quirino pro serenissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. comes et capitaneus Scutari. Notum facimus singulis et universis has presentes inspecturis, quatenus nos existentes cum copiis prelibate dominationis nostre sub Drivasto apud ecclesiam sancti Nicolai sub civitate veteri, volentes exequi mandatum excellentissimi dominii Venetiarum, videlicet sponte vel vi accipere dominium predicte civitatis Drivasti, ne ipsa in manus infidelium deveniat, et inde maxima incomoditas et periculum omnibus Christicolis, et presertim civitatibus que sunt sub umbra excellentissimi dominij Venetiarum consequatur, nobiles et egregii viri civitatis Drivasti, videlicet: ser Bellacius Ungaro, ser Bellus Precalo judex, Theodorus Chilanzo judex, Johannes Bello, et ser Nicolaus Staputaro ac presbiter Pau-

lus notarius civitatis, cum aliquibus aliis civibus, accesserunt ad nostram presentiam, asserentes habere plenam auctoritatem et liberam potestatem a tota comunitate Drivasti, conditiones et pacta mecum ratificandi, et confirmandi infrascripta capitula; Primo videlicet ne prefata civitas eorum, ulla occasione vel culpa contracta per tempus preteritum debeat destrui vel ruinari a dominatione Venetiarum. Secundo, ut omnes confines civitatis et ville quos et quas habuit civitas eorum tempore preterito et sub regimine dominationis Venetorum, insuper omnia privilegia dictorum confinium ac villarum, quas eorum civitas habuit temporibus retrohactis, sint eis ratificata, et confirmata. Item ut omnia eorum statuta et reformationes sint confirmate. Item ut possint creare officiales eorum secundum consuetudines suas habitas. Item ut remittantur pene omnibus illis Drivastinis, qui aliquo modo vel aliquo tempore offendissent illustrem dominationem Venetiarum, ut sententie contra eos facte cancellentur de libris. Item ut omnes illi cives qui tempore despoti missi fuerunt in exilium, redeant in domos suas, et ut omnia bona eorum eis restituantur, que despot dominus eorum primus eis abstulerat, ut una omnes fideliter serviant dominationi Venetiarum. Item ut noster episcopatus habeat villam Ptistam cum omnibus suis pertinentiis,

pro ut habuit tempore elapso et sub regimine dominationis Venetiarum. Item ut abbatia nostra sancti Johannis de Stole habeat suos confines, quos primo tempore dominationis nostre habuit et aliis temporibus. Et ut dominatio Venetiarum prebeat omne auxilium et favorem ad sanctissimum patrem nostrum, ut semper in futurum abbas sit Drivastinus, et ut eum debeat confirmare prelibata dominatio Venetiarum. Item ut nostra ecclesia cathedralis, et ecclesia sancti Georgii, et tres scole maiores, videlicet: sancte crucis, sancti Georgij, sancte Marie sint exempte ab onere decimarum, prout antea fuerunt. Item omnes vinee plantate per Albanenses, vel alios forenses in nostris confinibus sint destructe, et extirpate, ut jubent et volunt statuta civitatis eorum. Item ne aliquis Albanensis vel forensis possit facere vel fabricare domos vel aliquid edificium in nostris finibus contra voluntatem nostram. Item ne aliquis Albanensis possit habere aliquam proniam vel in civitate, vel extra civitatem in nostris finibus. Item supra omnibus copiis tam civitatis, quam districtus Drivasti, missis ad servicium prefacte dominationis Venetiarum, sit caput et vayvoda civis Drivastinus. Item ne cives Drivastini teneantur ire ad hostem ultra unam dietam itineris, ne civitas denudetur suis defensoribus, et ne aliquis eam offendere possit. Item ut cives eorum post

hunc annum, usque ad duos alios annos sint liberi, et exempti a decimis bladi. Item ut omnia privilegia facta civibus Drivastinis a dominis eorum peremptorijs sint ratificata. Item omnis Drivastinus habens terram vel possessionem cum cartis vel instrumentis factis per notarios Scutarinos, debeat cas habere, si de jure debet habere. Item ut omnis civis Drivastinus de illis terris vel possessionibus quas habet in finibus et tenuta Scutari, debeat dare suas decimas in civitate Drivasti. Et e converso cives Scutarini de illis possessionibus quas habent in finibus Drivasti, teneantur dare suas decimas Scutari. Et hoc propter multa scandala que occurrunt. Item ne aliqua angaria sive collecta eis in futuram imponatur contra eorum statuta. Item Nie-gussi non possint umquam in futurum habitare in finibus Drivasti. Item omnes terre nostre comunitatis occupate ab aliquibus temporibus Sclavorum, restituantur comunitati, reservando jura omnium. Item ne cives Drivastini teneantur solvere aliquam dohanam ad sanctum Sergium, sicut semper fuit ex consuetudine, Item ut ser Bellatio Ungaro debeat satisfieri pro expensis ab eo factis in introitu domini despoti, de bonis ipsius despoti, videlicet vegetibus vel vino, vel si aliquid hic inveniretur. Item ut dominus Franciscus Quirino comes et capitaneus Scutari, juret nomine dominationis Venetorum, quod

prefata dominatio nunquam tradat civitatem Drivasti in manus alicuius alterius domini, sed ipsam pro se teneat, excepto domino despote, cui si ex voluntate dominationis procederet, possint eam restituere, non ligando in aliquo dominationem Venetiarum, sed ut semper hoc in libero arbitrio excellentissimi dominij Venetorum fiat. Quibus capitulis prepositis predicti cives promiserunt nomine suo, et nomine aliorum civium, civitatem suam dare prefate dominationi, et jurare omnes fidelitatem sancto Marco et dominio Venetorum. Quamobrem nos dictus dominus Franciscus Quirino comes et capitaneus Scutari, videns et considerans predicta capitula esse justa, licita et honesta, cum ab justis facile sit justa impetrare, omnia et singula suprascripta capitula nomine et vice dominationis Venetiarum promittit attendere et observare, et nullo unquam tempore vel occasione contrafacere vel contravenire, sed semper rata et firma habere, et nulla causa violare. Et dominus comes pro se et nomine dominationis Venetiarum juravit dictis civibus predicta pacta inviolabiliter observare. Cives autem juraverunt sancto Marco et excellentissimo dominio Venetiarum semper fidelitatem servare. Que omnia suprascripta capitula confirmata sunt et ratificata per dictum dominum Franciscum Quirino, primo ad honorem Dei et Evangeliste sancti Marci et laudem, honorem

et beneplacitum excellentissime dominationis, in presentia testium infrascriptorum, videlicet dominorum et nobilium Venetorum: Zacharie Contareno, Marci Cicognie, Fantini de cha de Pesaro, et civium Drivastinorum, videlicet ser Nicha Masiotis, ser Theodori Summa, et ser Michaelis Bello, et Petri Ungaro. Data Drivasti sub MCCCCXLII. Indictione quinta, die quinto mensis Augusti.

Ego Ambrosius de Sibenicho imperiali auctoritate notarius et cancellarius spectabilis et egregii viri domini Francisci Quirino, honorabilis comitis et capitanei Scutari, his omnibus interfui, et manu propria scripsi, ac sigillo sancti Marci ex mandato predicti domini Francisci roboravi.

Commemoriale XIII. ch. 159.

CDXXIX. 1442. 7. Augusti.

Наставленѣ за капетана Кулфа, и кнеза Которскогъ, тичуће се освоеня Зете долнѣ и горнѣ, и све землѣ, што є била деспота Ђорђа. (Скраћено.)

Ser Aluisio Lauredano capitaneo Culphi, et ser Petro Dalmario comiti Catari, et ser Marco Geno militi provisori in partibus Albaniae.

Scripsimus vobis intentionem nostram circa negotia illa, per litteras nostras datas 27 mensis Julii; postea vero recepimus litteras vestras datas 28 dicti mensis, quibus nobis denotastis omnia quae fecistis in execu-

tionem litterarum nostrarum diei XV. mensis praedicti, et inter cetera quod habuistis Buduam, quod nobis plurimum placet. Et quia dicitis misisse ad comitem Stefanum pro pace praticanda, dicimus quod libentius voluissemus, quod non misissetis, postquam recesserat. Sed attamen si pacem secum conclusissetis, illam volumus observare. Si vero ad conclusionem non devenissetis, quia comes et capitaneus noster Scutari scribit praticam habere cum illis de Drivasto et Antibaro, et cum Matagusiis et aliis quam pluribus Zentae superioris, volumus et vobis mandamus cum nostro consilio rogatorum, ut vos comes et provisor, quoniam per alligatas praesentibus vobis capitaneo scribimus, quod exequi habeatis, debeatis vos intelligere cum ipso comite et capitaneo Scutari, et si vobis . . . . . videbitur, posse loca suprascripta obtinere, in dei nomine persequi debeat ad accipendam totam dictam Zentam inferiorem cum locis suis suprascriptis, qui fuerunt domini despoti, prout iam per alias scripsimus, ac etiam si potest haberi Zenta superior, vel saltem passus, quibus Zenta inferior secura reddi valeat; et promittatur Matagusiis et aliis Zentae superioris id quod alias habere consveverant. Et est nostra intentio et vobis expresse mandamus . . . ut una res per unam solum manum praticetur . . et praeterea vellemus, quod

idem comes Scutari, dimisso loco sui viro nobili Andrea Venerio, camerario nostro, quia ... de paexio et contratis illis plenam habet notitiam, equitet cum omnibus illis gentibus, quae adunari poterunt, ad accipiendum loca suprascripta Drivasti et Antibari, ac etiam ea, quae haberi poterunt de Zenta superiori, et quod si ei necesse videtur, descendat etiam ad partes illas, et vos comes et provisor persequamini praticam Jurassevichiorum .... et volumus quod vos ... eatis et sitis insimul cum praedicto comite in castris, et etiam ab hac parte in castris exeatis et sollicitetis de locis istis versus Cataro accipere, aut stetis in Cataro ut vobis . . . melius videbitur; et iterum replicamus, quod taliter vos cum ipso comite Scutari intelligatis et taliter vos geratis, quod unus non impediat vel perturbet praticas alterius, sed omnia ordinate procedant.

Si vero videretis nostram non posse intentionem obtinere de omnibus locis quae tenebantur per despotum Georgium, in hoc casu sumus contenti, quod exequamini mandatum nostrum diei XXVII supradictum.

Pro favore autem illius impresie, vobis mittimus pedites CLX sub duobus comestibilibus sufficientibus et probis etc. . . . ,*)

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 134.

---

*) Ово исто писано е истогъ дана и кнезу и капетану Скадарскомъ.

CDXXX. 1442. 8. Januarii.

Наставленъ кнезу и капетану Скадра, тичуће се освоєня Зете.

Cum per litteras habitas a comite et capitaneo Scutari, comes Stefanus vaivoda Bossine, qui hostiliter iverat cum exercitu suo prope Scutari ad tria milliaria, quaesivit eum de treuguis, quas fecit et postea fregit, nisi fiat bona provisio ante tempus novum, agenda nostri status in illis partibus faciliter potuerunt male pergere, quia dictus comes potentior rediturus est tempore novo, quo circa attentis conditionibus praesentis temporis, pro nostro dominio facit non habere querram in partibus praedictis, sed potius bonam pacem; vadit pars: quod scribatur et mandetur comiti et capitaneo Scutari, quod per illa media et per illas vias, quae discretioni suae videbuntur utiliores ac magis convenientes, facere debeat cum comite Stefano bonam pacem his conditionibus et capitulis, videlicet: quod civitatem Antibari quam dictus comes nunc possidet, habeat et teneat, sed civitas Drivasti et reliquae omnes partes Zentae, quas nos possidemus ad praesens, et etiam specialiter omnes Pastrovichii remaneant nostro dominio, et quod fideles nostri Coicinus et frater suus, ac etiam filii alterius fratris nuper mortui, habeant omnia patrimonialia bona sua, quae a Stefaniça fratre suo sibi occupata

sunt, ne pro fide sua ad nostrum dominium relinquantur. Et quod omnes bastite, fabricate de novo per comitem Stefanum in illis partibus, dirruantur. Et si per comitem Catari dictus comes Scutari fuerit informatus de melioribus conditionibus requirendis, pro bono civitatis et districtus Catari, procuret iuxta posse secundum illam informationem facere praedictam pacem. Et ita scribatur comiti Catari, ut debeat informare comitem Scutari praedictum. Si vero comes Scutari non posset facere pacem, remanendo comiti Stefano Antibarum solum, et videret quod districtus Antibari impediret conclusionem pacis, possit dictus comes Scutari dimittere districtum Antibari, qui est in manibus nostris, et illum dare pro habendo pacem predictam.

Item scribatur et mandetur comiti Catari, quod Coicino Jurassevich et fratri suo, iuxta promissionem sibi factam dare debeat victum, ut perseveret in obedientia, et quod sub comestabilibus, quos illuc misimus, non reponat nec scribat aliquem ullo modo, sicut etiam alias sibi mandatum fuit; et si a comite Scutari fuerit requisitus, quod de illis peditibus mittat XXV aut saltem XX pro castello Drivasti, debeat idem comes mittere illos Drivastum, sicut a comite Scutari fuerit requisitus. Et de hoc detur notitia comiti Scutari pro sua informatione.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 154.

CDXXXI. 1443. 10. Maii.

Тужба дата турском Султану противъ кнеза Стефана войводе Босне.

Imperatori Turchorum.

Comes Stefanus vaivoda, subditus vestrae serenitatis, terris et locis nostris partium Albaniae, quae iam per multa retro acta tempora tenuimus, ac etiam in praesente iuste tenemus, praeter formam conventionum, quas habemus cum celsitudine vestra, guerras et molestias inferre non cessat, et non solum idem comes Stefanus, sed etiam locumtenens seu vaivoda vestrae serenitatis existens ad illa confinia Albaniae, scripsit et ordinavit aliquibus dominis illarum partium, ut contra praedictas terras nostras exercitum parent et bellum faciant, quae omnia ut diximus, fiunt praeter formam dicte conventionis, et credere non possumus, quod de mente excellentiae vestrae procedant, cum omnes illae terrae et loca, quae elevant nostra insignia sancti Marci, iuxta formam eiusdem conventionis per vestram serenitatem, gentes et subditos vestros nullatenus offendi debeant. Quamobrem stricte rogamus ac requirimus excelsam dominationem vestram, ut taliter ordinare et providere placeat, quod non solum cessent novitates et molestie antedicte, verum et prefatus comes Stefanus debite puniatur,

placeatque vestre serenitati his nostris litteris dare responsum.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 9.

CDXXXII. 1443. 19. Maii, ind. VI.

Капитулаціа обштине Барске, подчиняваюћи се добровольно господарству Млетачкомъ.

Capitula comunitatis Antibari.

Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum etc. comparentes ad presentiam nostram fideles nostri: dompnus Marinus Cratech, Paulus Goia, Junius Bricij, Marinus Ruzi et Jacobus Cazeta, nobiles Antibarenses, ambaxatores comunitatis Antibari, porrexerunt nostro dominio privilegium per nobilem virum Franciscum Quirino, comitem et capitaneum nostrum Scutari, dicte comunitati concessum, tenoris infrascripti, videlicet; Nos Franciscus Quirino pro illustrissimo et excelentissimo ducali dominio Venetiarum etc. comes et capitaneus Scutari, noto femo et manifesto a tuti che vedera questa nostra patente, como nui siando cum campo de la prelibata signoria de Veniexia ala Chiesa de s. Nicolo apresso Antibari, voiando mandar assecution i comandamenti dela prelibata signoria de Veniexia, veneno da nui i nobel et savij homeni de Antibari, zoe: ser Zoane de Procle, ser Polo de Goia, ser Lorenzo Ruxi, ser Jacomo Bacan, ser Zugno Bricio, ser Marin Miros, et prete Marin Crathech, zurado

noder de la comunita de Antibari, digando per nome de tuta la terra, domandar li infrascripti pati, e poi vegnir in obedientia et dedition de la prelibata signoria de Veniexia. Et primo domandano che sempre mai la illustrissima signoria de Veniexia debia mandar i suo zentilomeni per rezedori de la lor terra. Item che la prelibata signoria de Veniexia debia tegnir per si la lor terra, e mai non lassarla ad alcun signor, ne permutarla cum altra cita. Item che i statuti lor siano fermi e rati a lor, secondo forno al tempo che la prelibada signoria de Veniexia ave la lor cita. Item che bute carte e instrumenti fatti, overo celebrati per nodari de la terra, secondo forma de li suo statuti, otegnano so robor e vigor. Item che i debia esser confermade tute possession loro, le qual lor cittadini ano e possiedono al presente de raxon in luogi de la signoria de Veniexia, et versa vice, che tuti allri subditi de la dogal signoria de Veniexia, li quali ano le possession sue in destreto de Antibari, quelle habiano e posiedeno, cusi in la cita, come in suo destreto. Item che Celestrina e Billatrava e Susica, e ville che sono in diti luogi Gorgnagora, Subci, Toemili, Zucharelli, Turcini siano a lor confirmade per confini de la terra, come forno per tempi passadi e al presente sono. Item che la villa chiamada Scurti debia esser dei canonexi de la terra de Anti-

bari, como sempre fo, e che sia in confini de la terra lor. Item che ducati se scuodeno de le soprascritte ville, le qual sono cercha otanta, debiano esser e romagnir a la lor comunita per far li muri de la terra, e altre cosse necessarie de la cita. Item che li vini li qual al presente ano intro le caxe lor, non debiano pagar alcuna dohana fino al vin novello; dapoi debiano responder e pagar a la dogal signoria de Veniexia el decimo del vin, che se vendera a la taverna, e lo decimo del oglio che si fara al molin, chome pagavano e respondevano al tempo de messer Jacomo Dandolo. Item, che tuti citadini i qual fin da mo avesseno offese per alcun modo ala prelibada signoria de Veniexia, siano assolti, et a queli ogni colpa sia rimessa. Item che i predicti citadini possino ogni ano meter in la lor cita sachi mille cinquecento de sal, come aveno de gratia per avanti da la illustrissima signoria de Veniexia, per uso de la lor terra. Item se per tempo alcun citadin lor fosse condenado a morte, over in qualche membro, che quela tal sententia, se quello, che condenado fosse, se volesse agravar, non se possi per suo retor mandar ad execution, avanti che sia cognosudo per la illustrissima signoria de Veniexia, si ben overo mal i condenado. Item che la imagine de nostra Dona santa Maria de Rotezo, romagna a la chiesa de s. Zorzi in liberta de la comunita lor.

Item che l' arcivescovado de la lor cita, e la abbadia de santa Maria de Rotezo, habia et otegna le suo raxon. Item che tuti i preti che sono citadini de Antibari, abiano e possiedano tuti i beneficij lor che ano de raxon. Item che nesun citadin de Antibari possi aver provission, pronia, o soldo overo paga alcuna, stando in Antibari. Item che nessun lor citadin sia tegnudo andar in hoste fuora i suo confini. Item che se possi condur in Antibari formento, et ogni altra grassa dai luogi e le terre dela illustrissima signoria de Veniexia. Nui veramente aldidi et intexi soprascripti capituli, per autorita e balia a nui concessa da la illustrissima dogal signoria de Veniexia, predeta lor cita cum oltrascritti capitoli, accetemo; lor zurando observar fedelta ala prelibata dogal signoria de Veniexia, a san Marco. Et per piu fermeza havemo messo la nostra bulla uxada de s. Marco Evangelista. Data in infrascripto luogo, in MCCCCXLIII, indictione VI, adi 19 del mexe de Mazo. Quamobrem universis et singulis de suo mandato potestati Antibari, comiti et capitaneo Scutari, ceterisque rectoribus et provisoribus Albanie, presentibus et futuris, cum nostro minori consilio suprascriptum privilegium confirmantes, fidelitati vestre mandamus, quatenus suprascriptum privilegium, et omnia que per illud sibi promissa sunt, de-

beatis observare, et facere in eo, quod ad vos attinet, observari. Datum etc.

Commemoriale XIII. ch. 152.

CDXXXIII. 1443. 17. Maii.

Заповестъ капетану Кулфа, да воюе противъ кнеза Стефана войводе Босанскогъ, ради освоеня града Бара, аколи види да е кнезъ Стефанъ превећъ силанъ, онда да гледи заключити съ нъимъ миръ. (Кратакъ садржай).

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. comittimus tibi nobili viro Anthonio Diedo, capitaneo nostro Culfi, quod in nomine Jesu Christi et in bona gratia vadas . . . versus Catarum . . . .

(Mandatur ipsi ut contra comitem Stefanum vaivodam Bossine faciat guerram, ad subigendam civitatem Antibari; si vero dictus comes esset nimis fortis, procuret venire secum ad pacem.)

(Валяће цело преписати, важно е).

Secr. cons. rog. Lib. XVI ch. 10.

CDXXXIV. 1443. 25. Maii.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана войводе Босне, да се Млетчићи немогу съ нъима упуштати у преговоръ, почемъ они немаю за то пуномоћія одъ своґъ господара. (Скраћено).

Quod oratoribus comitis Stefani vaivode Bossine, qui venerunt ad presentiam nostri dominii, . . . respondeatur: quod

dispositio nostra . . . . est bona erga ipsum comitem Stefanum . . . sed sicut videtur, ipsi oratores venerunt solummodo cum verbis . . absque facultate . . possendi venire nobiscum ad concordium, . . quare . . non videtur nobis eis . . respondere.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 12.

CDXXXV. 1443. 31. Maii.

Заповесть капетану Кулфа да продужи рать противъ кнеза Стефана.

Ser Antonio Diedo capitaneo Culfi.

In vestra comissione jussimus, quod si propter descensum comitis Stefani in Zentam videretur vobis, non esse possibile habere Antibarum, debeatis ex ordine dato recedere ex Albania, et attendere ad captionem castelli Dalmissae aut Narente etc. locorum comitis Stefani praedicti. Nunc autem intelligentes per litteras comitis Catari, comitem Stefanum occupatum esse erga partes Bossine, et civitatem Antibari esse in tali termino, ut vobis cum illuc applicueritis se submittet, fidelitati vestre declaramus, quod obtenta civitate Antibari, quam speramus in auxilio dei vos in appulsu vestro subito adepturos esse, debeatis immediate de Albania discedere, et ad damna terrarum et locorum a parte maris, quae obediunt comiti Stefano, invigilare et attendere debeatis, faciendo contra dictum comitem Stefanum et

loca sua, aquisito Antibaro, id quod per vestram comissionem ordinamus fieri. Antibaro non subiugato, et de omnibus debeatis de tempore in tempus nostrum dominium per vestras litteras informare. Ceterum si quis locus obediens dicto comiti levaret insignia alicuius, volumus quod hoc non obstante faciatis, sicut in vestra comissione denotatur. Et cum prope Catarum edificetur a dicto comite Stefano quaedam bastita prope aquas, obviando Murlachis ne veniant ad civitatem, esset nostra intentio, quod si cum salute galearum et hominum vobis comissorum videretis illam posse facere dirrui, ipsam dirrui faciatis, ne civitati et districtui nostro Catari possit obesse,

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 15.

CDXXXVI. 1443. 1. Julii.

Наставленѣ за капетана Кулфа, тичуће се рата са кнезомъ Стефаномъ. (Скраћено).

Ser Antonio Diedo, capitaneo Culphi.

Accepimus litteras vestras et intelligentes omnia, quae pariter cum comite nostro Scutari fecistis circa adeptionem castelli civitatis Antibari, ad obedientiam nostri domini, vestram prudentiam et virilitatem merito commendamus. Postmodum autem intelligentes per alias vestras litteras, praticas vobis porrectas per ambassiatores comitis Stefani, circa treuguas faciendas, et aptissime

cognoscentes astucias dicti comitis, volentis vos per verba in tempus ducere, et postremo etiam per vestras litteras informati, omnia agenda illarum partium Albaniae cum honore nostri dominii procedere, illumque comitem ab illis partibus Albaniae se absentasse, libentissime voluissemus, quod ad ruinam locorum dicti comitis a parte maris processissetis, ut ad pacem aut longam treuguam nostrae intentioni conformem, coactus cito devenisset; sed postquam res in talibus terminis reperitur, et cupiamus, quod imponatur finis huic impresie, cum opus est exercere vos . . . aliter, volumus . . . quod si ad receptionem praesentis accepistis impresiam contra loca dicti comitis a parte maris, . . . ad illam attendere debeatis, ut comes predictus ad pacem vel ad treuguam coactus cito veniat . . . ut possitis de illis partibus citissime vos levare. Et si eam non accepissetis et videretis, quod accipiendo eam infra paucos dies possetis dictum comitem ad pacem vel treuguam provocare, aut cum honore . . . . ab illa impresia vos levare, etiam placet nobis . .; et taliter vos geratis, quod pacem honoratam vel treuguas facere possitis, saltem per annum unum . . . . . Facta autem pace vel treugua vel non, propter accessum dicti comitis in Bossinam et oratorum suorum,

debeatis fulcire loca aquisita . . vos reducatis in buccam Culfi . . . . . . etc.

Secr. cons. rogat. Lib. XVI. ch. 24.

CDXXXVII. 1443. 12. Julii.

Одговоръ посланнку кнеза Матка и нѣгове браће, тичући се рата съ кнезомъ Стефаномъ войводомъ Босанскимъ. (Скраћено.)

Quod oratori magnificorum comitis Mathichonis et fratrum respondeatur: et primo... non est opus ut regratietur, quod eos in filios acceptavimus et habemus... nam videtur quod . . . mereatur. .

Ad secundum circa ligam quam petit contra comitem Stefanum de Bossina, respondeatur, quod . . . capitaneus noster Culfi in stricta est secum pratica concordii, ... et ... honor noster non pateretur, ut ad ligam quam requirit deveniremus, nisi prius intelligamus, quid secutum sit de pratica suprascripta . . . .

Ad tertium de favore et subsidio duarum galearum et ballistariorum centum . respondeatur: quod . . stricta tenetur pratica concordii et non esset honestum, quod si pax sequeretur, contra eum favores nostros daremus . . . De pulvere et salnitrio contenti erimus, quod extrahere possit ad libitum.

Ad quartum de portu quem requi-

rit et quintum de salinis, capiatur excusatio. . . .

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 26.

CDXXXVIII. 1443. 2. Februarii.

Одговоръ кнезу Франку Таулонскомъ (Таловцу?) тичуһи се рата съ кнезомъ Стефаномъ. (Скраһено).

Comiti Franco Taulouiae.

Respondeatur, quod propter intromissionem quam fecit comes noster Spaleti de Poliza et Dalmissa, eam nulli posse esse molestam, nam notum est, nos a pluribus annis in aperto fuisse bello cum comite Stefano, qui loca praedicta tenebat . ., et ergo si rector noster Spaleti Dalmissam et Polizam sub nostra acceptavit obedientia, credimus de jure neminem se posse gravare . . liquidissimo enim bello sunt praedicta de manibus inimici nostri accepta; sicut non dubitamus, serenissimum dominum regem Poloniae et Hungariae iudicaturum et comprehensurum, cum cuius maiestate semper et in omnem eventum amicabiliter vivere et bene vicinare disponimus . etc . .*)

Secr. cons. rogat. Lib. XVI. ch. 62.

*) Ниже у истой кньизи на листу 64 стои:

die 11. Februarii.

(Scribatur eidem magnifico comiti Francho Thaulouie, quod cum ille asserit se habere jus in Dalmissam et Polizam,

quae loca ei iniuste erepta fuerunt per comitem Stefanum, et spectant ad banatum suum Crouacie, itaque illi nolunt se de iis impedire, sed mandarunt comiti Spaleti, ut ea loca dimittat, quia nobis sufficit, quod de manibus hostis nostri exeant).

CDXXXIX. 1444. 15 Maii.

Одговоръ посланику краля Босне, тичући се Полица и Омиша, и рата съ кнезомъ Стефаномъ.

Quod oratori serenissimi domini regis Bossine, qui venit ad nostram presentiam et retulit ea, quae per serenissimum dominum ducem explicata sunt isti collegio, in factis Polize et Dalmisse, responderi debeat illis magis humanis et benivolis verbis, que collegio videbuntur, in justificationem eorum quae acta sunt, in accipiendo loca predicta; commemorando, quod si ipsa loca sunt in manibus nostris, idem serenissimus dominus rex, propter affectionem nostram ad suam regiam majestatem, reputare potest, quod sint in manibus suis. Et similiter respondeatur ambassiatori magnifici comitis Mathiconis, illis pertinentibus verbis, quae magis utilia videbuntur.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 92.

CDXL. 1444. 6. Martii.

Наставленѣ за посланика Млетачког̃ идућег̃ у Будимъ, шта да уговори съ кралѣмъ Польскимъ и Угарскимъ, па и са Србскимъ деспотомъ, о рату противъ Турака. (Скраћено.)

Comissio circumspecti viri Johannis de Reguardatis.

Johannes, mandamus tibi, quod cum omni celeritate possibili per viam Segne . . Budam te transferre sollicites, . . ubi verosimiliter invenies reverendissimum dominum cardinalem sancti Angeli, legatum apostolicum, quem cum serenissimo domino rege Poloniae et Hungariae illuc advenisse tenemus, dabis operam te conferendi ad praesentiam suae rev. paternitatis et . . . expones, quod ultimae litterae, quas a sua rev. dominatione accepimus, date fueruntapud Sophiam, 4 Decembris preteriti, quibus libuit ei . . . reddere nos participes de excellenti et gloriosa victoria, quam omnipotens deus, dexteram suae immense virtutis extendens, suae rev. paternitati ac illi exercitui Christi fidelium contra perfidos Teucros concedere dignatus est . . .; ad easdem litteras suae rev. dominationis fecimus responsionem . . , quod paravimus galeas mittendas in strictum Gallipolis, ut infidelibus Teucris impediretur omnino transitus de Asia in Europam ., eratque et electus capitaneus ipsarum galearum. , ... Verum . . .

intelligentes suam rev. paternitatem, una cum dicto serenissimo r e g e, cum exercitu Christianorum retrocesisse et in Hungariam remeasse, in casu quo hoc tempore novo idem rev. dominus legatus et serenissimus dominus rex cum potenti exercitu adversus Teucros redire disponat, quoniam si aliter esset, frustra esset accessus galearum praedictarum, mittere te statuimus. . . . . (Regi dicat idem.)

Et si haberes notitiam . . quod vel magnificus comes M a t h i c u s vel b a n u s F r a n c u s eius frater, fecissent aut facere vellent quaerelam aliquam apud praefatum serenissimum regem . . . de factis P o l i z e et D a l m i s s a e, . . dicere debeas . . . .: nos fuisse et esse in aperto bello cum c o m i t e S t e f a n o v a i v o d a, qui multas injurias nobis fecit; et sicut ex guerris occurrere solet, gentes nostras accepisse de manibus dicti comitis Stefani loca dicta, . . commemorando etiam magnificentiis suis, quod serenissimus r e x B o s s i n e nuper electus, nobis explicari fecit, quod et ipse ius pretendit in locis predictis, cui convenienter et honeste respondimus . . .; et roges legatum, ut se de his apud comitem M a t h i c o n e m et b a n u m F r a n c u m et etiam apud ipsum serenissimum dominum r e g e m interponat. . . .

Fecimus nostras literas credentiales directas ad m a g n i f i c u m c a p i t a n e u m J a n n e m, volentes et mandantes tibi, quod

si B u d e vel in locis illis proximis se reperiret, ad eius visitationem te conferas . et nostri parte congratulaberis de gloriosis victoriis per eum obtentis, mediante divina clementia, et multa magnanimitate et virtute sua, offerendo nos et nostram rempublicam ad honores et commoda magnifientiae suae tota mente dispositos.

Item die XXIII Martii additum fuit cum collegio supradictae comissioni capitulum infrascriptum:

Volumus insuper, quod si in B u d a ad appulsum tuum se reperiret i l l u s t r i s d o m i n u s d e s p o t u s R a s s i e, seu si donec ibi stabis illuc veniret, ad eius praesentiam te conferas, sibique presentatis nostris litteris credulitatis, factisque convenientibus salutationibus et oblationibus, expones, quod cum semper habuimus suae e x c e l l e n t i a e singularem benivolentiam et affectionem etc. Verum de rebus suis adversis summam displicentiam habuimus. Deinde vero quando nuper sensimus ipsum i l u s t r e m d o m i n u m r e c u p e r a s s e b o n a m p a r t e m s u i s t a t u s, profecto magnam animi consolationem accepimus, congratulamusque plurimum secum de prosperitatibus suis, quas, cum diligamus eum veluti carissimum fratrem, proprias reputamus; tenemusque et firmiter nobis persvademus, quod ad hoc etiam in interventis operatis operationibus et exhorta-

tionibus suae excellentiae providebitur per modum, quod serenissimus dominus rex Poloniae et Hungariae, hoc praesenti vere, una cum ipso ilustri domino despoto, cum potentissimo exercitu se conferret contra perfidos Teucros, ut de illis partibus Christi fidelium expellantur, utque idem dominus despotus reintegretur et sit bene securus in statu suo; ad quam quidem rem nos semper fuimus et sumus, pro quantum ad nos attinet, optima mente dispositos. Et si idem serenissimus rex et dominus despotus cum potenti exercitu ibunt, sicut perfertur, nos infallanter mittemus galeas nostras, quae nomine summi pontificis hic armantur, in strictum Galipolis ad impediendum transitum de Asia in Europam et contra Teucris antedictis, ut sequatur ille effectus in hoc sancto opere, quem tota mente desideramus; dabis quoque informationem ipsi domino despoto, de provisionibus hic factis, pro armamento galearum praedictarum, sicut continetur in capitulo expositionis per ta fiende serenissimo regi.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 74.

CDXLI. 1444. 26. Martii, indict. VII. in Scutari.

Уговоръ закљученъ између Млетчића и војводе кнеза Стефана Црноевића.

Copia capitulorum seu conventionis uni-

us privilegii, facte per spectabilem dominum Franciscum Quirino honorabilem comitem et capitaneum Scutari, inter illustrissimum dominium Venetorum, et magnificum comitem Sthefanum vaivodam.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen.

Nos Franciscus Quirino pro excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. comes et capitaneus Scutari ac ejus districtus. Notum facimus et manifestum singulis ac universis has nostras patentes inspecturis: Chome nui per nome dell' illustrissima ducal signoria de Veniexia zurassemo et fessemo sagramento al magnifico et honorado vaivoda Stefano Cernoevich, quando el vene cum soa bona volunta e desiderio, a esser bon e lial servidor de la illustrissima ducal signoria de Veniexia, in questo modo e in questa forma, prometandoli e dagandoli la fede de messer san Marco evangelista e de tuta la illustrissima ducal signoria de Veniexia, che mai per lo avegnir non sera tochada la soa persona ne toltoge la vita per la prelibata ditta signoria de Veniexia, nianche che mai non sera confinado in paexe stranio, ni constricto a dar ostadexi. Item che mai non ge sera tolta alguna de quele cose le qual se truova al presente tegnir, possieder et haver ne le man, quando el vene da la prelibata ducal signoria de Veniexia,

strissimo dominio per serenissimum dominum Stefanum regem Bozne.

Stephanus Thomas Dei gratia Rascie, Bozne, et partis maritime rex etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem in omnium salvatore. Per ea que dicta et tractata sunt per medium nuntiorum seu ambaxiatorum nostrorum, inter nos et excelsum principem dominum Franciscum Foscari ducem Venetiarum, habito super inde cum baronibus et nobilibus regni nostri bono et maturo consilio, ex nostra spontanea voluntate, bono amore et sincero corde concessimus per presens nostrum privilegium, eidem excelso principi domino Francisco duci, et illustrissimo dominio Venetiarum, quod omnes Veneti subditi et fideles ejusdem domini ducis et dominij Venetiarum, possint libere et secure et sine aliquali molestia vel impedimento, et sine solutione alicujus datii, pedagii vel gabelle, tergovine, vel alia aliqua solutione, cum eorum personis famulis barchis valisiis capsis pannis et arnesiis, armis et cum equis ac saumis, et cum eorum mercantiis, pecunia et bonis ac aliis rebus quibuscumque, accedere mittere stare et mercari in quaelibat parte regni nostri, et similiter possint libere et secure sine solutione alicujus datij, pedagij vel gabelle, tergovine, vel aliqua alia solutione, extrahere vel ex-

trahi facere de qualibet parte nostri regni mercantias pecunias et res quascumque voluerint. Item promittimus eidem domino duci et dominio Venetiarum, quod precipiemus et cum effectu faciemus, quod omnes nostri rectores, castellani, zupani, judices et alii officiales regni nostri, dabunt auxilium et favorem neccessarium supradictis Venetis subditis et fidelibus Venetiarum, et quod providebitur, quod in qualibet parte regni nostri, ad quam declinabunt predicti Veneti subditi et fideles Venetiarum, habebunt domos pro eorum habitatione, solvendo quantum erit conveniens, et quod tractabuntur in qualibet parte regni nostri favorabiliter et benigne. Item concessimus eidem domino duci et dominio Venetiarum, quod flumen Narenti, et omnia alia flumina, ac omnes alie aque dulces et salse totius regni nostri, sint aperte Venetis subditis et fidelibus Venetiarum, taliter quod libere et secure, de die et de nocte, in tempore pacis et in tempore guerre, possint cum navigiis galeis armatis barchis et cum alio omni genere navigiorum, cum suis mercantiis denariis et bonis quibuscumque, venire stare et redire, sine solutione alboragii, fundagii, datij tergovine vel alicujus alterius solutionis. Intelligendo quod supradicti Veneti subditi et fideles Venetiarum non possint se impedire de sale, nisi ex consensu et voluntate nostra. Item promittimus supradicto do-

mino duci et dominio Venetiarum, quod in casu quo in aliqua parte nostri regni aliquis Venetus aut subditus vel fidelis Venetorum esset derobatus vel aliquid ex vi raperetur, satisfaciemus et solvemus ei de nostris bonis propriis, id quod ei derobatum et raptum fuisset, usque ad integram suam solutionem. Item promittimus quod de brevi faciemus fieri monetam nostram que occurret per totum regnum nostrum, taliter quod predicti Veneti subditi, et fideles Venetorum erunt equales omnibus nostris subditis et aliis quibuscumque forensibus, qui venirent in nostro regno. Si vero deliberaremus, quod non fieret nostra moneta, promittimus facere cum effectu, quod moneta dicti domini ducis et dominii Venetiarum occurret per totum regnum nostrum, sicut occurrit ad presens moneta Ragusiensis. Nichilominus omnia et quelibet privilegia serenissimorum principum quondam dominorum Ostoya patris et Tverthko apatrui nostrorum, felicis recordationis regum ut puta Bozne, et predecessorum nostrorum carissimorum, antefacto dominio Venetiarum per ipsos reges predecessores nostros sub quacumque forma verborum data et concessa, rata et grata habentes, eadem quo ad omnes articulos et clausulas, modos, ordinationes, et dispositiones in eisdem continentas et specificatas, presentium literarum nostrarum patrocinio inno-

vando, perpetuo valituris confirmamus, ratificamus et approbamus. Promittentes ea firmiter et inviolabiliter per nos nostrosque successores perpetue observare et observari debere. In quorum fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus, et sigillo, quo ad presens utimur, puta ipsius quondam domini Twerthko regis apatrui nostri, eo quod nostrum sigillum numdum sculptum est, fecimus comunirj. Quod quidem sigillum quanto citius sculpetur, si opportunum fuerit, etiam presentibus appendi faciemus. Datum in castro nostro Jaiicza, quarto die festi pasce, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Commemoriale XIII. ch. 184.

CDXLIII. 1444. 12. Maii.

Писмо посланику Млетачкомъ у Будимъ, съ наставленѣмъ тичућимъ се рата противъ Турака; шта да говори о томъ кралю, деспоту Србскомъ, и войводи Сибиньскомъ Янку. (Скраћено).

Quod scribatur circumspecto et prudenti viro Johanni de Reguardatis, secretario nostro apud Budam.

Johannes. Ex litteris tuis datis Bude 26, 27, 28 Aprilis prope preteriti distincte intelleximus, tam responsionem tibi datam per serenissimum dominum regem Poloniae .... et reliqua omnia circa nova et conditiones illius regni; ... pro responsione

autem litterarum tuarum dicimus, quod volumus, ut ad conspectum illius serenissimi domini regis debeas te conferre, dicendo sibi: quod . . . intelleximus libentissime serenitatem suam ad rem omnipotenti deo tam acceptissimam sibique et Christiano nomini gloriosam animum direxisse, et contra perfidos Teucros potenti manu hac estate omnino accedere statuisse . . . .; nos vero ad hoc divinum opus . . . fuimus et sumus tota mente dispositi, . et . . solicitavimus armamentum galearum Romani pontificis, quarum expeditio iam ad tales terminos deducta est, ut infra breves dies hinc armate . . discessure sint, tenentes indubie, quod per bonum spatium prevenient terrestrem Christianorum exercitum et in strictu Galipoli se reperient. . . . Notificabis quod dux Burgundiae etiam armare facit quatvor galeas Venetiis et tres apud Niciam: etc. . . . . Hec igitur cum ita sint superest, ut pro votiva perfectione huius divini negotii, idem serenissimus rex potentissimo exercitu adversus hostes crucis solicitissime se paret et celeriter itineri se comittat. Est enim in dei clementia, cuius res agitur, indubie confidendum, ac in potentissimo exercitu tam terrestri quam maritimo, quod anno isto sequetur ille effectus, qui ab omnibus Christi fidelibus tantopere desiderari debet, cum nostro iudicio cognoscamus, quod nisi anno isto detur executio huic sanc-

to negotio, diebus nostris tempus tam accomodatum, resque omnes tam bene dispositae inveniri non poterunt; et etiam non accedente in tempore exercitu antedicto, frustra esset accessus in strictum classis predictae.

De premissis autem volumus, quod Ilustri domino despoto, ac magnanimo capitaneo domino Johanni vaivode Transilvano, oretenus vel per litteras plenam notitiam dare debeas, ac aliis proceribus et dominis principalibus in hoc facto, tum ut intelligant ardens desiderium nostrum et que per nos acta sunt, tum etiam ut magis animentur ad celerem eorum accessum contra Teucros predictos.

Placet nobis, quod tam per medium rev. domini cardinalis legati, quam aliter bonam informationem acceperis de conditionibus ac de divisionibus illarum partium, libenterque videre vellemus, quod deveniretur ad illas treuguas, de quibus facis in tuis litteris mentionem, et uta ita sequatur utile iudicamus, quod per prefatum dominum legatum omnia fienda sunt, ut non impediatur aut retardetur accessus exercitus suprascripti. Quare volumus ut hanc materiam bene intelligere studeas, et si sequentibus vel non sequentibus treuguis antedictis, serenissimus dominus rex prefatus et exercitus ibit omnino contra Teucros predictos; et tam de hoc, quam de omnibus aliis que mentione

digna sunt, nos sollicite tuis litteris informabis . . . . , ...
Volumus insuper quod cum exercito predicto, quando se levabit, debeas te conferre, advisando nos sollicite, de progressibus suis et de omnibus que sequerentur etc. . . .

Secr. cons. rogat. Lib. XVI. ch. 90.

CDXLIV. 1444. 25. Maii.

Кратакъ изводъ изъ писма Млетачкогъ Дужда послатогъ кардиналу Млетачкомъ, тичућегъ се рата противъ Турака, у комъ се туже на папу, да оклева са оправляньмъ галлія, и троши скуплѣне за ратъ новце на друго што.

Conqueruntur Veneti cardinali Veneto, vicecancelario et legato apostolico, quod summus pontifex in galeis contra Turcos armandis non attendit ad earum expeditionem, sed ad pecunias decime, ob hoc imposite, manus posuit et eas dispensat, non sine diminutione honoris sui proprii ac Venetorum, et periculo Christianitatis; quia rex Poloniae et alii principes ac ductores exercitus, inducti promissionibus his, ut prémature exercitum restaurent et in castra exeant, quapropter etc.*)

Secr. cons. rogat. Lib. XIV. ch. 96.

*) Далѣ ниже на стр. 100 исте кньиге подъ

1444. 17. Junii, стоія ово:

Comissio Aloisio Lauredano capitaneo galearum armatarum nomine summi pon-

tificis in Venetiis contra Turcos, vadat ad strictum Galipoli.

CDXLV. 1444. 9. Septembris.

Наставленѣ госп. Алвизію Лоредану, команданту галліа папины, тичуће се рата противъ Турака. (Скраћено.)

Ser Aluisio Lauredano, procuratori ecclesiae sancti Marci, capitaneo galearum summi pontificis.

Certi reddimur per litteras quas habemus a rev. dom. cardinali legato sancti Angeli, quam a circumspecto secretario nostro Johanne de Reguardatis, datas Varadini in regno Hungarie, die 12 et 14 Augusti nuper decursi, quod ab ipsis legato et secretario informationem plenariam habueritis, de nonnullis praticis habitis per imperatorem Teucrorum tam cum serenissimo domino rege Hungarie et Polonie, quam etiam cum ilustri domino despoto, quas tamen nescimus si locum habiture sint, cum idem rev. dominus legatus sancti Angeli ac secretarius noster nobis scribant, serenissimum dominum regem praedictum ac barones Hungarie, praedictis non obstantibus promisisse, velle procedere exercitualiter anno isto, ad exterminium Teucrorum; ut igitur in quocunque casu, propter importantiam factorum mentem nostram intelligatis, cum nostro consilio roga-

torum dicimus vobis, quod si casus advenerit, quod serenissimus dominus rex et Christianorum exercitus potenter processerint ad damna Teucrorum, ut ex Grecia expellantur, contenti sumus et placet nobis, quod et vos cum galeis et classe illa prosequi debeatis impresiam contra Teucrum, iuxta formam comissionis vestrae.

Si vero occurrisset, quod serenissimus dominus rex predictus et exercitus Christianorum desisterent seu iam destitissent ab illa impresia, in hoc casu, quia nobis non videtur ut nos soli bellum agere deberemus cum Teucro, volumus et mandamus vobis . . . quod armata illa ab offendendo loca Teucri se contineat. . . . . etc. . .

Secr. consil. rog. Lib. XVI. ch. 120.

Ниже на листу 127 исте кньиге подъ:

die 19 Octob. Summo pontifici, стоіи ово:

Nuntiatur exercitum Christianorum Danubium die 20 Septembris traiecisse.

CDXLVI. 1444. 17. Januarii.

Писмо Србскомъ деспоту Ђорђу Бранковићу, у комъ му честитаю што є повратіо свою државу, и являю му за Зету, извиняваюћи се, да су ову узели изъ руку нѣговогъ явногъ непріятеля кнеза Стефана войводе.

Illustri domino despoto Rassie.

Ad notitiam nostram diversis modis deductum est, vestram illustrem ma-

gnificentiam terras et loca sua recuperasse et in dominio suo restitutam esse, de quo profecto ex singulari et antiquissima affectione nostra ad vestram excellentiam, ingentem animi consolationem accepimus, cum omnem bonum statum honores et comoda vestra propria reputemus. Preterea sicut nuperrime intelleximus a rectore nostro Scutari, videtur certas innovationes in Genta superiori nomine vestrae excellentiae nuper esse secutas, de quibus certe, considerato quantum affecti sumus illustri persone vestrae et quam fraterne ipsam diligamus, in aliquam admirationem inducti sumus, considerantes precipue, quod si de manibus comitis Stefani vaivode publici hostis vestre illustris magnificentiae et nostri, in guerra, quam secum habuimus et habemus, aliquid sibi accepimus, quod vestrum fuerit, existimamus ex hoc rem gratam et acceptam fecisse excellentiae vestrae; nec certe propterea opus erat ad aliquam innovationem procedi, quoniam si ilustris vestra magnificentia, sicut nostre benivolentiae convenit, misisset ad nos, fuissemus semper bene dispositi ad convenientia et honesta. Statuimus itaque in premissis mentem nostram vestre excellentiae declarare, rogantes eandem amicabiliter et fraterne, ut providere placeat, quod novitates praedicte tollantur in totum, sicut mutue benivolentiae nostre convenit. Et si ve-

stra illustris magnificentia ad nos miserit, inveniet nos ut prediximus semper promptos ad convenientia et honesta.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 140.

CDXLVII. 1445. 4 Martii.

Одговоръ посланнку краля Босанскогъ, на нѣгова законтеваня, одъ кои се нека тичу деспота Србскогъ.

Quod sapienti viro Paulo de Jayce, cancellario et oratori serenissimi domini regis Bossine, qui exposuit primo: quod idem serenissimus dominus rex, uti bonus nostri dominii amicus, nobis significat, comitem Stefanum Bossine dedisse despoto Rassie quoddam castrum situm in partibus Albaniae, nuncupatum Medon, et cum eo despoto concordem esse et se intelligere ad damna nostra, et propterea in hoc bonam habeamus advertentiam. Secundo se offert, in quantum nobis placeat et velimus bellum per aquam facere dicto comiti Stefano, ei cum exercitu suo guerram facere per terram. Tercio: quod contenti esse velimus apud Narentam ad communes expensas et utilitatem, suas et nostras, facere hedificari unum castrum. Quarto: petit habere unum ex locis nostris Dalmatie, in quo valeat se cum havere, bonis ac familia sua reducere in casu necessitatis. Quinto: offert nostro dominio ex castris suis circumstantibus Polize, illud vel illa quae no-

bis magis placeant, et sexto et ultimo, quod unum nostrum nobilem mittamus, qui apud serenitatem suam permaneat; respondeatur: et primo ad primum: de advisatione nobis data, quod despotus et comes Stefanus concordes sint etc.

Quod cognoscentes ipsum serenissimum dominum regem sincerissime et ob singularem benivolentiam et affectionem, quam eius serenitas habet ad nostram rempublicam, se movere de huiusmodi amicabili advisatione nobis data, suae serenitati quantum plus possumus regratiamur; sed ei significamus, quod cum prefato domino despoto bonam habemus et tenemus amicitiam et benivolentiam, quam tenemus eum conservare velle. Et comes Stefanus ad nos mittit legationem suam et videtur dispositus velle nobiscum pacifice vivere; et nihilominus sub tali stabimus custodia et advertentia ut suadet, quod quando etiam eorum aliquis vellet, nobis nocere jam non poterit.

Ad secundum de bello inferendo comiti Stefano, respondeatur: quod quotidie clarius cognoscimus optimam mentem serenitatis suae erga nostram rempublicam, de quo ut praediximus ei regratiamur, et obligati sumus. Sed considerato super hac materia, clare intelligimus per mare parum belli dicto comiti Stefano inferri posse, sed per terram a latere suo, eius serenitas

potest disponere deliberare et facere, ut ei libet.

Ad tertium de castro fiendo apud Narentam, respondeatur: quod ob hoc cognoscimus etiam affectionem suam ad nostrum dominium, de quo etiam ei regratiamur. Sed quoniam multa habemus castra et loca et contenti sumus de his quae habemus, rogamus eius serenitatem, ut nos habeat excusatos, quoniam non videtur nobis in huiusmodi re nos impedire. Similiterque ei habunde regratiamur de castris suis circumstantibus Polize, quae nobis offert, rationibus praeallegatis.

Ad quartum de loco quem petit in Dalmatia, respondeatur: quod ex singulari benivolentia et amore quem habemus ad eius serenitatem, optaremus semper facere posse ea omnia, quae grata et accepta essent ipsi serenissimo domino regi, sed ut alias diximus, nostrae civitates et loca Dalmatiae a nobis promissionem et privilegium habent, quo illis sub fide nostra promisimus, nunquam illos vel illa dare alicui, vel alienare ullo modo; quare rogamus serenitatem suam, ut nos habeat excusatos, quia non videmus modum, quod cum honore nostro possimus in hoc eius serenitati complacere. Sed parati sumus scribere et mandare quibuscumque rectoribus nostris, qui ei videantur, quod ad omnem eius requisitionem, serenitati suae et eius fa-

milie, cum quibuscumque bonis suis, dent receptum, et indubie teneat, quod in quibuscumque locis nostris salvus et securissimus stare poterit, uti in quocunque loco suo proprio, et ea tamquam propria reputare.

Ad ultimum quod mittamus unum nostrum nobilem, apud eius serenitatem permansurum, respondeatur: quod ut praediximus, vellemus semper in cunctis convenientibus sue serenitati complacere, sed non videmus causam, ob quam sit neccesse dictum nostrum nobilem mittere, nec ad quid agendum; nec etiam reperiretur quisquam noster nobilis, qui ire vellet, nisi sciat, quid agere habeat, et propterea rogamus, ut nos in hoc habere ei placeat excusatos.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 152.

CDXLVIII. 1445. 14 Maii.

Одговоръ посланику деспота Србскогъ, тичући се заузеты' одъ Млетчића нѣговы градова и земаля у Зети и у приморю Албаніе.

Quod egregio viro . . . . . . oratori illustris domini despoti Rassie, qui ut expositum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, exposuit pro parte illustris domini sui, quod fluctuante statu suo, mandaverat officialibus suis terrarum et locorum, quae tenebat in Albania, quod si opprimerentur loca ipsa, in manibus nostris, tamquam boni fratris et amici sui tradere debe-

rent, sperans ea rehabere cum recuperaret dominium suum; et cum sit quod dei clementia in statu redierit, rogabat ut loca quae sumpsimus ei restitui velimus; respondeatur:

Quod audivimus et intelleximus ea, quae prudentissime nobis exposuit pro parte illustris domini sui, quem in fratrem carissimum semper habuimus, habemus et continue habituri sumus; et re vera dum in adversitatibus illum vidimus, plurimum nos condoluimus et semper studuimus ea facere, quae suae excellentie grata et commoda essent. Et de reaquisito dominio suo, cum eo tamquam optimo fratre et vero amico nostro congaudemus. Et excellentiam suam scire volumus, quod dum comes Stefanus, inimicus suus et noster, hostiliter intrasset in Albaniam, occupassetque Antibarum, et vayvoda Drivasti iam ivisset ad dictum comitem Stefanum, ut ei ipsum locum traderet. capitaneus noster Scutari cohadunato exercitu et gentibus nostris, cum gravi nostra expensa et iactura, locum Antibari de manibus ipsius comitis Stefani sumpsit, et similiter dici potest, etiam sumpsisse Drivastum et cetera, quoniam infallanter omnia ei tradebantur. Rogamus igitur fraterne excellentiam prefati domini despoti, ut attento quanta cum expensa et iactura dicta loca habuimus, ac quod accepta fuerunt de manibus dicti comitis Stefani, ipsa sua excellentia con-

tenta esse velit, ut illa teneamus, sicut conveniens et honestum est; nam reputare potest, quod existentibus in manibus nostris, sunt in manibus excellentiae suae. Et iustificetur haec nostra responsio omnibus illis verbis et rationibus, quae collegio videantur.

Et ex nunc captum sit, quod iustificatis rationibus nostris, si contentus non remaneret, possit condescendi, quod habeat Zentam de supra, et reliqua nobis remaneant.

Secr. cons. rog. Lib. XVI ch. 180.

CDXLIX. 1445. 9 Junii.

Одговоръ посланицима Србскогъ деспота на поновлѣно захтеванѣ ньіово, да Млетчиħи врате деспоту Зетске и Албанске землѣ и градове, кое су заузели.

Quod spectabilibus oratoribus illustris domini despoti Rassie, ad ea quae audita responsione nostra replicarunt, ut relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, respondeatur:

Quod singulariter sumus illustri domino suo affecti, nam vera nos reputamus sua cum excellentia fraternitate coniuncti, et omne commodum et ampliationem status sui non aliter quam nostri proprii exoptamus, et ut iam eis declaravimus, loca quae requirunt, non de manibus excellentiae suae, sed de manibus comitis Stefani comunis sui et nostri inimici accepimus, de quibus si praefatus illustris dominus suus plenam habuisset

nestam et iustam responsionem nostram factam in ista causa, apud dictum dominum justificet, quia certum est, quod illam noster ambassiator refferet longe melius, quam ambassiator ipsius despoti, et etiam per suam praesentiam videndo et intelligendo motus et apparatus dicti despoti, poterit tenere nostrum dominium et rectores Albaniae informatos, et poterit etiam cum verbis et cum rationibus aut removere aut in tempus ducere omnem animum dicti despoti, si illum haberet malum, aut aliquam bonam praticam facere, vadit pars, quod per scruptinium in isto consilio eligatur unus noster ambassiator ad despotum praedictum, qui teneatur respondere statim vel cras ad tertias, nec possit refutare sub pena ducatorum V centum. Et habeat pro dicta ambassiata ducatos II centum, pro vestiendo se, et ducat secum unum notarium cum uno famulo, et sex domicellos. Et vadat cum illa comissione quae sibi dabitur per istud consilium. Et ex nunc sit captum, quod de hoc nostro ambassiatore mittendo ad despotum praedictum, detur notitia ambassiatoribus ipsius despoti.

Eodem die.

Quod mittatur ad oratores despoti, Johannes de Reguardatis secretarius noster, ut dictum est huic consilio, et differatur electio oratoris eligen-

di; usque in crastinum, quo audietur responsio sua.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 187.

CDLI. 1445. 11 Junii.

Заключенѣ послати къ Србскомъ деспоту посланика, узима се натрагъ.

Cum heri, dum Jeronimus de Nicuola secretarius noster, ivisset insimul cum Johanne de Reguardatis etiam secretario nostro, ad spectabiles oratores illustris domini despoti Rassie, in colloquiis habitis de factis huius civitatis, comes Stefanus, unus dictorum oratorum, inter cetera per interpretem dixit, quod fuerat bene visus et humane tractatus a serenissimo domino duce, adeo, quod faciant domini inter se quidquid velint, intendebat semper esse bonus servitor nostri dominii, et subiunxit, quod dominium nostrum humane locutum fuerat, et quod sperabat imo non dubitabat, quod cum illustris dominus despotus audiverit responsionem nostram, res aptaretur, addens quod predictus dominus suus erat bone conditionis et iustus ac rectus dominus; et per hec verba satis clare unusquisque intelligere debet, quod accessus oratoris nostri, si mitteretur ad dictum dominum despotum, potius damnosus quam utilis esset, propterea vadit pars, quod pars heri capta

de eligendo oratorem ad dictum despotum, suspendatur auctoritate huius consilii. (de parte 51).

Sapientes ordinum volunt, quod fiat electio oratoris ituri ad despotum iuxta formam partis heri captae in isto consilio. (de parte 38).

Secr. cons. rogat. Lib. XVI. ch. 189.

CDLII. 1445. 18 Junii.

Писмо дужда Млетачкогъ деспоту Србскомъ, о одговору датомъ нѣговимъ посланицима.

Illustri domino despoto Rassie.

Respondentes ad litteras excellentiae vestrae datas 30 Aprilis nuper decursi, dicimus, quod si cum eadem fraterne literis nostris congratulati fuimus de prosperis successibus rerum vestrarum, ac de reintegratione vestri status, fecimus quidem id libenti animo et ex corde. Cum enim illustrem vestram dominationem sincerissime diligamus, omniaque vestra commoda non aliter quomodo nostra propria exoptemus, facile satis judicari potest, si de restitutione status vestri et de cunctis vestris commodis et honoribus congauderemus. neque immerito debeamus. Circa partem autem oratorum excellentiae vestrae, qui ad nos venerunt, respondemus, quod vestro intuitu eos libenter vidimus et audivimus, ac circa eorum petitiones fecimus eis illas iustas et honestas responsiones, quas non dubitamus eosdem oratores prudentissime relatu-

ros esse illustri dominationi vestrae, de quibus quidem responsionibus tenemus certissimum, cum ita conveniat inter optimos amicos et fratres, vestram excellentiam bene satisfactam et contentam remanere debere, cum et nunc et omni tempore ullo pacto aliud non velimus, nisi quantum sit iustum, rationabile et conveniens, quinimo et magnopere cupiamus fraternitatem et integerrimam benivolentiam nostram, non solum conservare, verum etiam si plus addi possit, de bono in melius instaurare et ampliare, cum illustri dominatione vestra, ad cuius grata et beneplacita queque offerimus nos sincerissima mente dispositos.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 192.

CDLIII. 1445. 19 Augusti.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана войводе, зактеваюћегъ градове Дривастъ и Омишъ, и три куће, у Котору, у Задру и у Млѣтцима. (Скраћено.)

Quod spectabilibus oratoribus magnifici comitis Stefani vaivode, qui nuper venerunt ad nostram presentiam, ostendentes sindicatum et mandatum amplissimum domini sui, veniendi ad devotionem nostram, porrexeruntque in scriptis certum folium eorum, quae petunt, sicut lectum est isti consilio, respondeatur: quod sit . . . firmissima dispositio mentis nostrae, magnificum comitem Stefanum habere in bonum amicum . . . . Circa

requisitionem autem civitatis Antibari et castri Almissae dicimus . . . quod ea . . . neque possumus neque intendimus a nobis alienare. . . . Circa factum provisionis et domus . . quas domino Sandali et postea ipsi . . . in Cataro dari fecimus, sumus contenti sibi eas dare . . . cum hoc tamen, quod ille teneatur tenere stratas apertas et expeditas, sicut erant primitus, ita quod mercationes currere et libere et secure transire possint, sicut primitus facere consueverunt.

Ad partem domus quam petit in Jadra alias donate per nostrum dominium domino Sandali et postea eidem comiti Stefano confirmatae, respondemus contentari sibi dari.

. . . . .

Domum autem quam in Venetiis petit, libenter sibi de praesenti dare vellemus, si ita facere honeste possemus, sed . . . contenti sumus et volumus sibi solvere affictum unius domus honorabilis, donec sibi providebimus . . donare unam aliam domum in hac urbe nostra, similem aut pulcriorem illa, quam praefatus magnificus comes habebat.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 215.

CDLIV. 1445. 23 Augusti, ind. VIII.

Уговоръ мира између Млетака и између Стефана одъ Сокола, великогъ войводе Босне и кнеза Хумске землѣ.

Pax cum magnifico domino Stefano de Sochol, magno vayvoda regni Bossine ac duce terre Huminis.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, indictione octava, die vero XXIII mensis Augusti. Si quid prestat in teris hoc prestantius existimatur, ut dissidia et fomites guerrarum, quibus populi oppida et reliqua in predam et vastationem plerisque modis convertuntur, magno animo repellantur, et amenitatem dulcedinemque pacis, quam deus a nobis coli et observari constituit, amplexari sanctius atque felicius est. Cum ex ea, que ex guerra depravata sunt, in dies melius dirigentur. Quam ob rem dudum discordiis et guerris vertentibus inter illustrissimum principem et excellentissimum dominum, dominum Franciscum Foscari dei gratia inclitum ducem, dominium et comune Venetiarum etc. ex una parte, et magnificum et potentem dominum Stefanum de Sochol magnum vayvodam regni Bossine ac ducem terre Huminis ex altera. Idem magnificus dominus Stefanus, volens ipsam pacem complecti, ac esse bonus amicus ipsius serenissimi domini ducis, dominii et comunis Ve-

netiarum, misit ut hec sua optima intentio perficeretur, suos honorabiles oratores et sindicos infrascriptos, quos ipsum illustrissimum ducale dominium clementer et benigne suscepit. Et ut utriusque partis pateat bona intentio et dispositio, inter eas perpetue pacis et amoris, spectabiles et generosi domini, Nicolaus Memo quondam domini Antonij et Ludovicus Fuscareno domini Antonii, artium et juris utriusque doctor, honorabiles cives Venetiarum, sindici et procuratores prefati illustrissimi domini ducis, dominii et comunis Venetiarum, ut constat publico instrumento sindicatus, scripto manu circumspecti viri ser Michaelis de Grassis, publici imperiali auctoritate et ducali aule Venetiarum notarij, in millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, indictione octava, die vero vigesimo primo mensis Augusti, a me notario infrascripto viso et lecto, pro ipso domino duce et successoribus suis, dominio et comuni Venetiarum ex una parte, et spectabilis et generosus miles dominus Georgius magister curie dicti magnifici domini Stefani, ac sapiens vir Johannes ac egregius vir Ulatcho de Pochvaliza, et Grupcho coemptor suus, honorabiles oratores, sindici et procuratores prefati magnifici et potentis domini Stefani, ut constat patentibus literis ipsius magnifici domini Stefani, datis Sochol die vigesimo mensis Julii, anno et indictione predic-

tis, suo sigillo pendenti comunitis, a me notario infrascripto visis et lectis, pro eodem magnifico domino Stefano et successoribus suis, omni validiori et efficaciori via modo et forma ac titulo quibus possunt. Nunc contraxerunt, celebraverunt et firmaverunt ac contrahunt, celebrant et firmant, bonam puram sinceram et inviolabilem pacem inter ipsas partes, deo propicio, perpetuo duraturam, cum pactis et capitulis infrascriptis.

Primo: namque ipsum illustrissimum ducale dominium recipit eumdem magnificum dominum Stefanum, et ejus successores, in bonos veros et benevolos amicos suos, quos sic promittit perpetuo habere tractari et tenere; et exinde illi domino remittit omnes injurias molestias offensas et alia quaeque commissa et perpetrata per ipsum dominum, subditos complices et sequaces suos, contra et adversus ipsum illustrissimum ducale dominium Venetiarum, terras, oppida et quelibet loca ilustrissimi ducalis dominii Venetiarum, tempore et occasione seu causa guerre, et novitatum preteritarum. Item ipsum illustrissimum ducale dominium Venetiarum promittit, non inferre guerram ullam molestiam vel novitatem contra et adversus ipsum dominum et successores suos, loca et subditos suos, quavis forma, modo vel ingenio. Et e converso ipse magnificus dominus Stefanus pro se et successoribus suis, promittit esse bonus

perpetuusque amicus ipsius illustrissimi ducalis dominii, cui remittit omnes iniurias novitates molestias, et alia queque commissa et perpetrata contra eumdem dominum, terras, oppida, loca et subditos suos, tempore et occasione seu causa guerre et novitatum preteritarum, et de cetero non inferre ullam guerram, molestiam et novitatem contra et adversus ipsum illustrissimum ducale dominium Venetiarum, loca et subditos suos, quavis forma, modo vel ingenio, imo semper perseverabit in bona benevolentia et amicitia, et erit amicus amicorum, et inimicus inimicorum dicti illustrissimi ducalis dominii Venetiarum.

Item promittit et est contentus dictus dominus pro se et .. successoribus suis, quod civitas Antibari, et castrum Dalmisse, acquisita seu perventa tempore guerre et novitatum preteritarum, ad manus ipsius illustrissimi dominii Venetiarum, libere et sine aliqua contradictione remaneant ipsi illustrissimo ducali dominio. Item ipsum illustrissimum ducale dominium promittit dari facere iuxta consuetum, in civitate Catari illam domum et provisionem eidem domino, que dabantur quondam magnifico domino Sandali, et ita comiti Catari et successoribus suis per ipsum illustrissimum ducale dominium mandabitur, quod debeant observari, hac tamen conditione apposita, quod ipse magnificus Stefanus teneatur et debeat cum effectu, tenere

stratas apertas et expeditas, sicuti erant primitus, ita quod mercationes currere et libere et secure transire possint, sicut primitus facere consueverant. Item promittit dictum illustrissimum ducale dominium dicto domino Stefano illam domum, quam quondam domino Sandalo idem dominium donavit et confirmavit postea eidem domino Stefano, in civitate Jadre, et ita mandabit fieri a rectoribus suis Jadre. Item pro domo quam petebat sibi dari in civitate Venetiarum, dictum ducale dominium promittit sibi solvi facere affictum unius domus in civitate Venetiarum, donec ipsum dominium providebit sibi dare et donare unam aliam domum in civitate Venetiarum, similem aut pulcriorem illa, quam prefatus magnificus comes habebat in civitate Venetiarum. Item promittunt dicti procuratores utriusque partis, nominibus quibus supra, quod neutra partium dabit aut dari permittet in terris et locis suis receptum alicui rebelli; imo cum scient datum esse receptum alicui rebelli, illum de locis suis licentiari facient, omni causa remota. Quam quidem pacem, et omnia et singula suprascripta capitula, in presenti contractus contenta, dicti procuratores et sindici, nominibus quibus supra, inter se et sibi invicem et vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, promiserunt, mihi notario infrascripto, ut publice persone stipulanti et recipienti, vice et no-

mine quorum interest, vel interesse poterit, quoquomodo observare et adimplere, et ullo unquam tempore non contrafacere vel venire, aliqua ratione jure modo vel causa, de jure vel de facto, directe vel indirecte, tacite vel expresse, vel alio quoquo modo, sub pena ducatorum viginti quinque millium auri, stipulatione solenni hinc inde promissa, ac etiam refectione damnorum et expensarum litis et extra. Qua pena soluta vel non, nihilominus omnia et singula maneant, et perdurent et inviolabiliter observentur. Et pro omnibus et singulis observandis et adimplendis, ipsi procuratores nominibus quibus supra, sibi invicem mutuo et vicissim, et mihi notario infrascripto, ut publice persone stipulanti et recipienti, pro omnibus et singulis quorum interest vel interesse poterit, obligaverunt et ipotecaverunt omnia bona suorum constituentium et successorum suorum, presentia et futura. Et renuntiaverunt dicte partes nominibus quibus supra, exceptioni predicti contractus, et omnium predictorum non facti seu non factorum aut non sic gestorum, doli mali, conditioni sine causa, et ex injusta causa, et quod metus causa, privilegio fori, et omni et cuilibet alii juris, legum, statutorum et constitutionum auxilio, contra predicta vel aliquod predictorum, quo libet facientium et cuilibet juri vel legi dicenti, generalem renuntiationem non sufficere vel non valere. Et

insuper ipse partes nominibus quibus supra, pro majori robore et firmitate, juraverunt ad sancta dei Evangelia, manibus corporaliter tactis scripturis, suprascripta omnia et singula adimplere, et effectualiter observare, simpliciter et bona fide executioni mandare, omni cavilatione, reclamatione et exceptione remotis, et prout supra promiserunt, continetur et scriptum est. Hoc autem instrumentum fuit in idioma Sclavonico de verbo ad verbum, per prudentem virum Johannem de Pace barbitonsorem, interpretem oratorum ipsius domini Stefani, ipsis declaratum.

Actum Venetiis in monasterio sancte Marie ordinis Carmelitarum, presentibus spectabili et nobili viro, domino Matheo Balbi quondam domini Johannis, et spectabilis et egregiis viris domino Desiderato de Pedemontibus, oratore magnifice comunitatis Verone, et ser Petro Encio secretario ducalis aule Venetiarum, et prudenti viro Prelusano de Vuchota, et aliis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Ego Dionisius de Florianis publicus imperiali auctoritate, et ducalis aule Venetiarum notarius, de mandato circumspecti viri ser David de Tedaldinis, qui presens instrumentum, de quo rogatus fuerat, occupatus illud transcrivere non potuit, exemplavi et transumpsi de actis ejus, et me subscripsi signumque meum apposui consuetum.

Ego David de Tedaldinis publicus imperiali auctoritate et aule Venetiarum notarius et secretarius, omnibus et singulis interfui, rogatusque scribere scripsi, et publicavi, sed aliis occupatus commisi prudenti viro Dionisio de Florianis notarius imperialis et aule Venetiarum, ut illum transcriberet, et in publicam hanc formam redigeret: in quorum fidem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Commemoriale XIII. ch. 176.

CDLV. 1448. 4. Maii.

Заключено давати сто дуката годишньи, докле є живъ некомъ човеку, кои се обећава убити Скендербега, ако то учини; а уедно послати нешто войске у Скадаръ, и потужити се на овога Султану.

Cum quidam fidelis subditus noster, qui est persona bonae reputationis et pratica et sagax, dici fecerit nostro dominio, quod haberet modum dandi vel dari faciendi mortem Scanderbergo inimico nostro, sed vult habere provisionem ducatorum C. in anno; vadit pars, quod respondeatur sibi, quod si ipse dabit vel dari faciet mortem Scanderbergo predicto, sumus contenti dare sibi in vita sua provisionem predictam; et ut libentius ad hanc rem se ponat, dicatur ei: quod volumus habere eum in gratia nostri dominii, in omnibus licitis et honestis precipue comendatum.

Et quia hec provisio posset esse nimis longa, et loca nostra Albaniae sunt in periculo manifesto, et indigent celeri provisione, ex nunc sit captum, quod accipiantur pedites C. et mittantur Scutarum, et comes illos teneat et dividat per illa loca Albaniae, sicut sibi videbitur utilius et magis necessarium.

Ser Franciscus Capello vult partem suprascriptam cum infrascripta etiam additione, videlicet. Item: quia per pacem dominus Teucrorum promittit punire suos subditos, qui contra nos facerent, et etiam pro locis Scutari et Alexii datur certa quantitas denariorum Teucro, sicut patet per capitula dictae pacis, ex nunc sit captum, quod per viam Durachii mittatur unus notarius nostrae cancellarie ad Teucrum, cum illa comissione, quae sibi dabitur per collegium.

Secr. cons. rog. Lib. XVII. ch. 221.

CDLVI. 1446. 17 Martii.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ, наньіова предложеня.

Quod egregio militi ac medicine doctori, domino Thome, et Laurentio de Stipos de Tragurio, oratoribus serenissimi domini regis Bossine, qui ut relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum Ducem, dicunt quod prefatus dominus rex

nos advisat, quod dominus rex Aragonum per medium duorum fratrum minorum, facit instantiam habendi Narentam, ut per eam valeat habere aditum ad regnum Hungariae, ad quod aspirat, et cum quibusdam baronibus habet intelligentiam; sed quod ipse rex Bossine, ex affectione quam habet ad nostrum dominium, longe citius ipsum locum nobis, quam dicto regi Aragonum dare vellet; et subjungunt, quod idem rex Aragonum petiit salvum conductum pro oratoribus suis ituris in Hungariam, cum habeat cum aliquibus baronibus intelligentiam habendi regnum illud. Secundo, quod Ragusei divitias suas acquisiverunt in ipso regno, sed ex affectione quam ad nostros cives habet, contentaretur gratissimumque haberet, ut provideremus, quod nostri mercatores in dicto eius regno conversarentur. Tertio, rogat ut nos interponamus pro concordio suo cum Teucro. Quarto et ultimo dicit, prefatum dominum regem sensisse, quod cum bano Pircho tenemus praticam, habendi de locis, que idem banus tenet, et nos advisat ipsa loca corone sue legitime spectare et ipsius jurisdictionis esse. Respondeatur et primo:

Primo, circa factum Narentae, quod cognoscentes ipsum serenissimum dominum regem se movere ex singulari affectione, quam ad nos habet, eidem quanto plus possumus regratiamur et dicimus, quod ob veram ami-

citiam nostram hortamur, quod eius serenitas ipsum locum in se teneat, nam existente in manibus suis, in nostris ipsum esse reputamus. Et de informatione quam dat, quod serenissimus rex Aragonum petit salvum conductum pro suis oratoribus et nuntiis mittendis in Hungariam, eius serenitati plurimum regratiamur et dicimus, quod non dubitamus, quod convenienter ipsi regi responderit ac quod se gubernabit per modum, qui non habebit convicinis et amicis suis aliquid scandalum generare.

Ad secundum de mercatoribus nostris, respondeatur, quod in complacentiam suae serenitatis parati sumus, suaderi et induci facere mercatores nostros, ut ad loca suae serenitatis accedant et conversentur, non dubitantes, quod providebit ad eorum securitatem, ac quod humane et bene videantur atque tractentur.

Ad tercium de concordio suo cum Teucro, respondeatur, quod optaremus semper facere posse omnia, quae grata et commoda essent ipsi serenissimo domino regi, sed ei denotamus, quod nundum in pace cum Teucro sumus; sed occurrente casu, quo ad pacem cum ipso Teucro deveniamus, semper repperiemur promptissimi facere pro eius serenitate quicquid boni nobis possibile erit.

Ad factum pratice, quam dicit sensisse nos tenere cum bano Pirco, habendi ex

locis que tenet, dicatur: quod si diceremus, quod aliquam cum ipso bano praticam non haberimus, hoc a veritate deviaret, verum facturi non sumus quidcumque, de quo eius serenitas iuste gravari våleat; sed tenere potest eius serenitas indubie, quod ob veram amicitiam nostram, omnia que in manibus nostris essent, forent in manibus serenitatis suae.

Secr. cons. rogat. Lib. XVII. ch. 7.

CDLVII. 1448. 27 Junii.

Наставленѣ за Млетачкогъ комесара Андрію Веніера, кои се шилѣ у Албанію, да разправля дѣла са Скендербегомъ, са Дукађинима и са Србскимъ деспотомъ Ђорђемъ. (Скраћено).

Nos Fraciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. comittimus tibi nobili viro Andree Venerio, . . . quod cum omni sollicitudine possibili te conferre debeas ad partes Albaniae, et primo esse debeas . . . cum . . . Paulo Lauredano comite et capitaneo Scutari et illi dicere quod . . . . tu illuc missus es . . ad tractanda omnia secum secrete . . . quae tibi comittimus . . .

Si dictus comes Scutari per medium nuncii Admorati Turchi haberet modum, faciendi descendere Teucros in Albaniam ad damna Scanderberghi, sicut ipse nobis scripsit . . . faciat toto posse, quod veniant; volumus ut dictnm comitem juves . . .

ut dicte gentes Teucri cito conducantur in paisium Albaniae ad ruinam illius Scandarbeghi perfidi, dando . . . illis gentibus Teucri . . . . omnes favores possibiles, quibus mediantibus dictus Scandarbegho non modo de Albania, sed de mundo ejiciatur. Si vero videres . . . . predictas gentes Teucri esse descensuras sed tarde, in hoc casu ut possis retardare et frigenere animum dicti Scandarbeghi, volumus, quod ad eius presentiam vadas cum nostris litteris credentialibus, . . . et post generales salutationes et oblationes, quae in similibus requiruntur . . . eidem Scandarbegho dicere debeas de antiqua et maxima amicitia habita cum domino Juanne patre suo, et quantas comoditates sibi fecimus, et mortuo ipso patre quantas benignitates nostra dominatio erga ipsum magnificum Georgium et fratres suos ostenderit . . . . et propterea valde admirati sumus . . quare ipse dominus, quem ut filium reputabamus, fecerit et faciat contra nos, terras loca et subditos nostros, id quod fecit, et quod propter ea quae fecimus erga patrem, erga illum et fratres relictos iuvenculos . . . non expectabamus tale meritum, ut contra nos et statum nostrum bella gerat . . . . et propterea rogamus magnificentiam suam, quod velit ab offensis desistere et bene vicinari nobiscum . . . . promittendo ipsi denarios . . . et rejiciendo quas petitiones fecerit de

denariis et castellis . . . . . ducendo rem in tempus de die in diem, quousque gentes Teucri versus Albaniam . . intraverint, quod quando certe scies . . . . debeas ab illo Scandarbegho discedere et Scutarum redire . . . .

Si vero videretis gentes Teucri non venire nec esse venturas, . . . in hoc casu volumus quod cum ipso Scandarbegho venias ad conclusionem, et promittas illi denarios annuatim pro se tantum; et si pro se tantum nollet, sed vellet pro suis heredibus, etiam . . . promittas, non transeundo summam ducatorum MV centum . . . . hoc vero . . . . in casu, quo Dagnum remaneat nostro dominio . . . sed tenente Scandarbego Dagnum, sicut dicitur quod tenet, volumus quod non excedas summam ducatorum V centum in anno . . . concludendo secum; quia propter conditionem praesentis temporis, volumus omnino pacem facias.

Si vero dictus Scandarbego ad ullam compositionem venire vellet, aut ita magna peteret quod assentire non possis, in hoc casu dicas, velle scribere nostro dominio . . . . . et interim caute da operam, alloquendo Paulum et Nicolaum Duchaino, sine mediatore . . et provideas cum promissione pecuniarum et villarum, . . . quod separentur ab ipso Scandarbegho et velint esse nobiscum, qui sibi et suis filiis et filiis filiorum longiori tempore juvare poterimus, quam ipse

Scandarbegho, ... quia sumus informati, quod sine Duchainis ipse Scandarbegho erit valde impotentior nobis et faciliter poterit destrui.

Si opus erit tam pro concordio faciendo cum Scandarbegho, quam . . . . cum Duchainis, facere promissiones consiliariis aut aliis personis, quae juvare possent hanc rem, damus tibi libertatem possendo promittere . . vestes, clamides et etiam provisiones aliquorum iperperorum in mense. . . .

Ceterum quia sensimus gentes despoti apropingvare Cataro, et habuisse passus Zente a Jurassinis, quae obligate nostro dominio pro honoribus, pecuniis et provisionibus, quas sibi dabamus, deffecerunt a fide sua, volumus quod executis praedictis vel . . . in tempus positis, aut etiam non conclusis cum illo Scandarbegho, quando tibi qui presens eris, tempus videbitur . . . debeas te conferre ad despotum, si in Zentam vel prope illas partes Albanie vel Catari venerit, vel ad capitaneum suarum gentium, si personaliter non venisset, et illi dicere: quod cum illustri domino Stefano despoto, avunculo suo, pacem et amicitiam contraximus pro se et pro ipso magnifico domino Georgio, cui domino Georgio multas commoditates fecimus, et pro nostra pace et amicitia, multa beneficia suscepit in persona et statu suo, nunc autem cum

ipse dominus male informatus de nostro dominio, veniat cum potentia et exercitu suo contra nos et statum nostrum, nulla prius advisatione facta, ut ipsum regem et amicum decebat, valde admirati sumus et admiramur, quare ipse amicus et per pacem colligatus noster, quem fratrem reputamus, faciat hec contra statum terras et loca nostra, quae olim in tempore adversitatum suarum repperit sibi ita obedientia, ac si illarum fuisset verus dominus; et quod propterea dicere placeat, qua causa hoc faciat, et quid est quod a nostro dominio velit, quia libertatem habes a rebus licitis et honestis non discedere. Et si diceret de terris suis, videlicet: Antibaro, Drivasto et Budua, respondere debeas, quod eas non sibi, sed comiti Stefano Vuzich accepimus, quoniam eas obsederat, et ipse dominus despotus tunc impotens erat tenere illas, nec hoc sibi injurie potest imputare, quia multo melius fuit, quod nos amici sui illas acciperemus, quam comes Stefanus hostis suus et noster, cum illis potuisset potentius et sibi et nobis offendere, et quod in illis civitatibus multas expensas fecimus, sine ulla nostra utilitate, nihilque de illis habuimus nec habemus, nisi obedientiam tantum, quae nobis multo magis damnosior est, quam utilis, et quod propter hoc non velit bella gerere, et esse causa tantorum malorum, quanta sequuntur ex guerris.

Et si peteret quod illa loca sibi reddantur, respondeas ei, quod ut cognoscat, quod cum illo bonam amicitiam et pacem habere velimus, sicut semper habuimus, sumus contenti illa loca sibi reddere retro, sed reddat nobis expensam; nam si velut amici sui, hujusmodi terras de manu suorum inimicorum accepimus, et cum expensa et damno tenuimus, honestum et iustum est, quod reddat nobis id quod expendimus, quia nulla nostra utilitate id factum est; et in hoc cum solita tua prudentia taliter te geras, quod potius concludatur reddendi eas sibi in pace, cum refectione expensarum per nos factarum, quam permittere, quod cum sua potentia ipse eas rapiat et nobiscum stet in guerra.

Si diceret de mille ducatis, qui sibi dari debent singulo anno de Scutaro, respondebis: quod paratus eris illos sibi dari facere, sicut ex pace fieri debet, sed sicut scit ipse dominus, debet mittere suos subditos Scutarum et Catarum pro sale et pro aliis mercationibus, et tenere stratas mercatoribus apertas, et iam dudum id non fecit, et non habente civitate introitum, non potest reddere exitum. Sed in hoc stare vis omni honestati, quia te certum facis, quod a rebus licitis et honestis nunquam ipse recedet; et ut in hoc te possis honestare, et in praticis sustinere jura nostri dominii, dari tibi fecimus copiam pacis et compositionum, quas cum illo habe-

mus, quia si non misit subditos suos Scutarum pro sale et mercationibus, quia tunc non erat in dominio, non est conveniens, quod habere debeat ducatos mille de introitibus Scutari. Et cum hoc et cum aliis rationibus . . . procurabis te expedire a solutione preteriti temporis. Quando autem dictus dominus vellet omnino terras suas et suos mille ducatos annorum preteritorum, nec rationibus moveretur, quia in armis est et potens, et tu videres non posse aliter facere, sumus contenti quod provideas concludere, quod reddendo sibi terras suas, excomputetur propter expensam in illis terris factam, id quod petere vellet pro annuali provisione Scutari, annorum preteritorum. Et cum ipso pacem concludas quanto honestiorem et meliorem poteris pro nostro dominio, quia licet illas terras licite tenere possemus, tamen propter conditionem presentis temporis, nostra intentio est facere pacem. Quando vero non posses omnino aliter cum ipso despoto vel suo capitaneo pacem facere, factis per te omnibus argumentis . . . . tibi damus libertatem pro habendo pacem secum, attenta conditione presentis temporis, quod venire debeas ad conclusionem pacis . . . dandi sibi tres terras suas suprascriptas, videlicet: Antibarum, Drivastum et Buduam, et de Scutaro ducatos a mille usque tres mille pro provisione temporis preteriti . . .

in duobus annis proximis per ratam, quia propter guerras . . . . aliter . . non posses, et quod singulo anno decetero . . . anualis solutio . . . curret sicut ex pacto debet, mittente ipso domino suos subditos Scutarum et Catarum pro sale, et tenendo stratas apertas, ut mercationes currant.

Et si cum despoto vel capitaneo suo tu posses venire ad praticam, quod habitis terris suis predictis, non vellet habere pro vicino suo Scanderbegho Turchum et perfidum hominem, valde placeret nobis, quod in casu quo tu cum Scanderbegho non fecisses pacem, pratices et procures inducendi gentes predictas, quod ad illius Scanderbeghi ruinam et destructionem veniant . . . et si videretur opus, . . promittere aliquid consiliariis vel aliis, qui apud illum despotum vel capitaneum suum reperiuntur, damus tibi libertatem possendi id facere . . . Et si cum capitaneo vel locumtenente suo non posses remanere in concordia, sumus contenti, quod posses . . . te conferre ad despotum, et cum illo procures obtinere intentionem nostram suprascriptam . . . .

Et si tibi videretur utile . . . parcendi hominibus paisii, qui in hac novitate Scanderbeghi a fidelitate nostri dominii defecerunt, sumus contenti . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XVIII. ch. 14.

CDLVIII. 1448. 29 Julii.

Писмо Андріи Веніеру, у комъ му се налаже, да са Србскимъ деспотомъ, когъ е срећа издала, миръ уговара, подъ манѣ за овогъ пробитачнимъ условима а да помаже Турцима противъ Скендербега, Дукађина и Тобіе. (Скраћено).

Ser Andreo Venerio provisori in Albania.

Propter ea quae ante vestrum recessum de Venetiis habebantur de gentibus despoti, dedimus vobis libertatem promittendi despoto terras et denarios. Nunc autem intellecto conflictu et ruina, ex gratia dei, data gentibus suis, et quod de illo aut sua potentia non est presenti tempore dubitandum, deliberavimus nunc, cum fortuna ipsi despoto adversa et contraria est, quod ad praticam pacis et renovationem amicitiae cum ipso despoto deveniatis, sed alia conditione et forma, quam in vestra comissione continetur. Nam neque terras Albaniae, neque ducatos mille in anno, annorum praeteritorum sibi dare volumus ullo modo, quia nihil eorum quae facere tenebatur factum fuit, imo armata manu contra nos et statum nostrum misit. Volumus ergo . . . quod ad ipsius despoti praesentiam accedere debeatis et . . . dicere . . . . . . quod licet simus per dei gratiam in prosperitate, nihil tamen est quod magis cupiamus, quam vivere in pace, et presertim cum illis, qui cum nostro

dominio in pace nati sunt . . . et quod propterea . . . nostra dominatio misit vos ad celsitudinem suam, ad renovandum antiquum amorem et bonam amicitiam . . . et rogabitis excellentiam suam, quod velit cum nostro dominio amicabiliter et fraterne vivere, sicut decet, cum sibi et filiis suis ac eorum descendentibus esse disponimus boni amici et fautores honorum et commoditatum suarum. . . . . et si concludere poteritis pacem quod utraque pars remaneat in statu quo reperitur, sumus contenti quod in bona gratia concludatis, si . . . vero non possetis sine pecuniis, damus vobis libertatem promittere pro tempore futuro . . . de introitibus Scutari . . . ducatos mille in anno . . . cum hoc: quod per terras et loca sua non permittet venire gentes contra nos, et permittet caravanas secure venire ad terras et loca nostra, et etiam suos subditos pro sale, sicut in pactis concordii continetur. Quando autem non possetis cum dictis ducatis mille in anno, et quod omnes stent in terminis suis, facere pacem, facta possibili experientia non discedendi in discordia, debeatis in bona gratia redire Venetias.

Ceterum quia habuimus informationem, quod gentes Teucri descenderunt ad damna Scanderbeghi, ita quod derelictis locis nostris, ad defendendum statum suum accessit, et Tobias cognatus dicti

Scanderbeghi quaerit habere in Duracho receptum . . . si ita est, mandamus vobis . . . . . quod pariter procuretis ruinam Scanderbeghi predicti et Duchainorum, et a latere vestro attendetis illorum destructionem, et hoc ipsum dicimus de Tobia cognato suo, et de aliis dominis et castellanis, qui rebelles fuerunt nostro dominio, ut nullo modo in terras vel loca nostra suscipiantur, sed destruantur radicitus. — Verum placet nobis quod subditi illorum . . . villani et alie miserabiles personae, quae metu non capi a Turchis, in civitates et loca nostra Albaniae cofugerent, acceptentur; sed ipsi domini . . . minime acceptentur, sed attendatur eorum totalis destructio, ne amplius possint proditorie contra nos . . . facere, sicut fecerunt sine ulla ratione vel causa.

Si autem intelligeretis, quod Teucri non persequerentur id quod inceperunt, placet nobis, quod cum illo Tobia cognato Scanderbeghii et cum aliis, exceptis ipso Scanderbegho et Duchainis, stetur in pratica, ... et secundum quod Turchi vel prosperabunt vel cessabunt, ita se régant. . . .

Secr. cons. rogat. Lib. XVIII. ch. 27.

CDLIX. 1448. indict. XII. 4. Octobris, in Alexio.

Уговоръ мира са Скендербегомъ и другомъ господомъ Албаніе.

Pax cum magnifico Scanderbego, et aliis dominis Albanie.

In Christi nomine Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quadrigesimo octavo, inditione duodecima, die quarto mensis Octobris, in exercitu magnifici Scandribegi apud Alexium, presentibus reverentis in Christo domino Andree dignissimo episcopo Albanensii, et venerabili viro domino don Georgio Pellino abbate sancte Marie de Rotetio, et aliis. Ibique spectabiles et generosi domini Paulus Lauredano, pro illustrissimo et excelentissimo ducali dominio Venetiarum comes et capitaneus Scutari, et Andreas Venerio orator et provisor in partibus Albanie, nomine prefati illustrissimi dominij Venetiarum ex una parte, et magnificus Scanderbegus, et spectabilis Nicolaus Duchagino, tam nomine proprio, quam vice et nomine aliorum dominorum Albane, insimul venerunt ad bonam validam et perpetuam pacem, cum infrascriptis capitulis, modis et conditionibus.

Et primo, che la prefacta illustrissima signoria de Veniexia, tuol et accepta el prefato signor Scanderbego, et Nicolo Ducaginj

in sieme cum tuti altri signori de l' Albana, per boni, veri et cari amici et vicinj, perdonando a tuti ogni inzurie et offexe, che per cadaun muodo l havesseno fato verso la prefata illustrissima signoria de Veniexia.

Item che da prefata signoria de Veniexia dar dieba al prefato signor Scandarbego ogni anno ducati mille quatrocento, nel qual numero dieba intrar i ducati duxento, ch' esso signor Scandarbego soleva haver da la camera de Durazo. Et comenza a livrar la dita provision adi XXVI del presente, ch'i la festa S. Dimitri, la qual provision se intenda per luy et per suo heredi mascoli, romagnando el Dagno cum tuto el territorio, chel signor Turcho messe altre volte per confini fra el spectabil Nicolo Ducagin, et esso signor Turcho ala signoria de Veniexia, et similiter tute ville de la dal Drim da la banda de la signoria de Veniexia, che havea nele man el prefato signor Scandarbego per el contrato de la triegua novamente fra le suprascripte parte celebrada, quele subitamente debia restituir a la prefata signoria de Veniexia, senza alcuna contradicion.

Item che le dohane di prediti signori de l Albana le possino affittar et vender come a lor parera et piaxera, a cadaun Venitian et subdito de la prefata signoria de Veniexia.

Item chel prefato signor Scandarbego possi ogni anno trar da la camera de Durazo

cavalli CC. de sal, senza datio alcuno, ma solamente pagar quello.

Item che cadaun che havesse falido a la prefata signoria de Veniexia in la presente guerra del prefato signor Scanderbego, i sia perdonado liberamente, et possino ritornar in le lor habitation. Et cussi versa vice quelli che havesseno falido et rebelado al signor Scanderbego et a gli altri signor .l' Albana, i sia perdonado et possino ritornar per le lor habitation, ut supra.

Item che ogni subdito de la prefata signoria de Veniexia, che falisse de qua avanti verso esso, la serenissima signoria per ogni excesso non possino star ne habitar ne haver alcun recepto in le terre e luogi del prefato signor Scanderbego e di altri signori de l Albana, et cussi versa vice, se algun subdito del prefato signor Scanderbego et di altri signor de l Albana falle verso loro per ogni excesso, non possi star ne habitar in le terre, et luogi de la prefata signoria de Veniexia, da le parte de l Albania.

Item se per algun tempo el prefato signor Scanderbegho over altri signori de l Albana, da alguni suo inimici fosseno streti o cazadi, possino haver lor et i lor subditi bon e seguro recepto, per tutte le terre e luogi de la prefata signoria de Veniexia.

Item che la prefata signoria de Veniexia dar debia al prefato signor Scanderbego ogni

anno veste do de Scarlatin . . quando i se dara la provision de i danari, et che el prefato signor Scanderbego in quella fiada sia tegnudo de dar de honoranza ala prefata signoria de Veniexia, do livrieri, et do astori mudadi, come se soleva far per antiga usanza.

Item perche al presente el signor Polo Duchaginj tien za certo tempo alcune ville de raxon del Dagno, el prefato signor Scanderbego, et el prenominado signor Nicolo Duchaginj se offereno de far ogni possibel provision, ch' esso signor Polo Duchaginj restituera ala prefata signoria de Veniexia le soprascripte ville de raxon del Dagno. Et in quanto esso signor Polo non volesse far la dita restitution, la prefata signoria pora proveder contra luy come li piaccera, perche da i prefati signor de l Albana mai non havera algun auxilio, over favor. Et cussi promete i prefati signor Scanderbego, et Nicolo Ducaginj.

Item che le gratie che al signor Arniti altre volte fo concesse per la antedita signoria de Veniexia, zoe de poder comprare per suo uso pani, et quelli trar da Durazo senza algun datio, i siano liberamente confirmade.

Item perche fato el conselgio fra lor suprascript i signori de l Albana, ha determinato, chel suprascripto signor Scanderbego vadi personalmente cum quel piu exercito el pora, ad unirse cum el signor Janus, che la

prefata signoria de Veniexia debia far dar et consignar al prefato signor Scanderbego, sopra la soa provision, da mo fina zorni XV ducati mille quatrocento, da esser diffalcadi in la sua provision.

Item che i prenominadi misser Polo Loredan conte et capetanio de Scutari et misser Andrea Venier provededor etc. siano tegnudi mandar ala prefata signoria de Veniexia, la copia tuti i suprascritti capitoli. La qual signoria per suo letere patente i ratifichera et confermera intuto e per tuto, come de sopra e sta capitolado et concluso.

Commemoriale XIV. ch. 79.

CDLX. 1448. 10 Octobris.

Наставленѣ за проведитора Албаніе, тичуће се размирице са деспотомъ Србскимъ, са Скендербегомъ и са Дукађинима. (Скраћено).

Cum per litteras provisoris Albaniae et etiam per alias vias, intelligatur despotum Georgium facere apparatum gentium pro mittendo contra loca nostra, et ut dicitur missurus est filium suum cum gentibus praedictis; intelligatur praeterea, quod Turchus ab oppressione Scanderbeghi se levavit, per quam occasionem faciliter ipse Scanderbeghus se vertere posset contra loca nostra, et ad primam impresiam reverti, et faciat pro nostro dominio potius

stare in pace cum dominis praedictis, quam in continuis guerris, propter quas de illa provincia nihil utilitatis percipimus, et subiacere manifestissimo periculo status nostri in illis partibus, vadit pars: quod ad literas prefati provisoris nostri respondeatur in hac forma:

Recepimus literas vestras datas Scutari die 29 Augusti . . . notavimus inter cetera, quod dietim expectabatis salvum conductum a domino despoto, pro conferendo vos ad presentiam suam, in executione mandatorum nostrorum diei 29 Julii. Expectamusque cum desiderio intelligere, quid cum ipso despoto fecistis, et in quibus terminis secum remansistis. Speramus etenim considerata etate gravissima ipsius despoti, conditione filiorum suorum, et conflictu novitus habito in Zenta a gentibus nostris, et bello etiam, quo cum serenissimo rege Bossine implicitus est, quod secum ad pacem deveneritis, vel si non deveneritis, differentiae non erunt multum magnae; propterea quia cupimus, ut si fieri potest secum remaneamus in pace, volumus . . . . . . quatenus si cum ducatis mille . . . . secum in concordio non remanseritis, ipsi despoto promittere possitis usque ad summam ducatorum MD centum de introitibus Scutari in anno, remanentibus nobis locis, que iusto et equo bello de manibus comitis Stefani Vulchich, tunc hostis nostri traximus . . . Quando vero cum

predictis . . . ad pacem devenire non possetis, nolumus ut praticam pacis frangatis, sed . . . advisando nos . . . distincte de omnibus petitionibus despoti . . . . et de terminis ad quos ultimate secum devenistis . . . non discedendo de illis partibus, sed expectando mandatum. Advisate insuper nos de conditionibus et movimentis ipsius despoti, numero et qualitate ac progressibus gentium suarum, ut . . . providere possimus.

Ad factum Scanderbeghi, intelleximus quantum scribitis de Turcho, quod ab eius opressione se levavit, dimissis Turchis L. pro quolibet fortilicio occupato etc. et nulla cum ipso Scanderbegho pace vel treugua facta; quae res satis aperto indicio est, Turchum ipsum ad ipsius Scanderbeghi ruinam reversurum esse, et verisimiliter ipse Scanderbegus ad defensionem suam et recuperationem locorum suorum, per Turchos occupatorum, potius vacare debet, quam ad offensionem nostram; et volumus, ... quod si aliquam viam . . . videtis possibilem reducendi Turchum ad ruinam suam, nihil pretermittatis ad sollicitandam eius ultimam ruinam et eversionem. Quando vero videritis Turchos taliter occupatos, quod Scanderbegus in statu et potentia mansurus sit, volumus . . . ut secum praticam concordii inire debeatis, possendo promittere . . . usque ad ducatos 600 in anno, promittente

ipso charavanas secure venire ad loca nostra. et similiter subditos suos ad accipiendum salem. — Et si cum ipso Scandarbegho ad concordium venire non possetis, date operam praticandi cum Paulo et Nicolao Ducaino, cum quibus provideatis per promissionem pecuniarum et villarum . . . . . . remanere in concordio, et eos a Scandarbego separare, et nobiscum contra ipsum colligare. . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. XVIII. ch. 53.

CDLXI. 1449. 7 Aprilis.

Одговоръ посланицима краля Босне на нека ньіова предложеня и затеваня. (Скраћено).

Quod spectabilibus oratoribus serenissimi domini regis Bossine, qui ut relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, dicunt praefatum serenissimum dominum regem, tanquam verum amicum et benivolum nostri dominii, nobis denotari facere, quod comes Stefanus de Bossina suus et noster inimicus, querit se creari facere per regem Aragonum, ducham Spaleti, ut titulum habeat ipsius civitatis, et quanquam melius facere possit contra nostrum dominium. Secundo dicunt, quod sensit banum Pirchum praticare et velle dare medium banatus sui Hungaris, et pro statu suo et nostro mimine faceret habere ip-

sorum Hungarorum vicinantiam multis respectibus. Et propterea cogitaverat pro sua et nostra securitate, de concordia et voluntate ipsius bani, accipere ipsum banatum et dare predicto bano quoddam castrum longe maioris redditns. Sed considerata bona amicitia nostra, rogat ut ei consulamus et dicamus sententiam et parere nostrum. Et preterea quod in casu quo necesse sibi esset, habere possit ballistarios CC. de terris nostris Dalmatiae, se offerens quotienscunque comes Stefanus contra nos facere vellet bellum, facere sibi etiam, ab alia parte. Tercio dicunt et exorant, ut sicut dari facimus comiti Stefano, qui minime amicus nobis est, salem pro Narenta, pro ducatis quinque, ita etiam vellemus dicto regi qui frater et amicus optimus nobis est, in Spaleto ipso precio ducatorum quinque, quoniam se offert dare modum, quod omnes subditi sui non alio, quam ad cameras nostras ibunt pro sale, et si hoc facere nollemus, quod ne videatur nos velle eum deterius tractare quam dictum comitem, reducamus precium salis dicto comiti dandum ad precium consvetum; respondeatur:

Quod audivimus . . . ea quae . . . nobis exposuerunt, et de significatione nobis facta, quod comes Stefanus pretendat se facere ducham Spaleti . . . regratiamur, . . . et circa hoc illas faciemus provisiones quae nobis videbuntur.

Et circa factum banatus dicimus, quod semper vellemus eius serenitati ut optimo fratri et amico nostro dicere et consulere, non aliter quam nobismet . . . . . sed sua serenitas, que longe melius quam nos res illas intelligit, deliberare potest ut ei libet, sed unum dicimus, quod eius vicinantia longe magis nobis grata esset quam aliqua alia, et sit quaecunque velit. Ad factum ballistariorum CC. . . . . dicimus . . contenti sumus quod possit suis habere expensis ballistarios. CC. de terris nostris Dalmatiae, nam eius serenitas intelligit gravissimas expensas quas patimur, et non esse conveniens in aliquo nos gravare.

Ad factum salis dicatur verum esse quod concessimus comiti Stefano certum salem ut dicunt per triennium, ad complementum cuius termini restant aliqui menses, et cognoscimus quod hoc fuit et est cum damno introituum nostrorum, et deliberamus illum nec ipso comiti expleto termino, nec alteri ampluis consentire . . . . .

Et pro expediendo dictos oratores scribi possit pro favore et liberatione duorum filiorum domini Nicolai de Barnis, unius dictorum oratorum, civis nostri, qui detinentur per comites Segnie, in illa bona et valida forma, quae collegio videatur.

Secr. cons. rog. Lib. XVIII. ch. .82

CDLXII. 1450. 17. Aprilis.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана войводе Босне, на ньіова захтеваня.

Quod oratoribus comitis Stefani vaivodi Bossinae, ad ea quae parte domini sui dominio nostro retulerunt, sicut huic consilio per serenissimum dominum ducem relatum est, respondeatur:

Generaliter ad generalia. Ad factum tangens res domini despoti Rassie, quod semper singulariter dileximus ipsum dominum despotum et omnia commoda status et rerum suarum, tamquam propria reputavimus, neque unquam alieni repperiemur a rebus, quae honeste et convenientes sint, pro complacendo et satisfaciendo requisitionibus illius domini.

Ad factum Polize et Almisii dicimus, sicut magnificentiae suae notum est, postquam loca predicta in nostram eorum sponte ditionem devenerunt, nos cum prefato comite Stefano devenimus ad pacem et bonam concordiam, quam in totum et per totum observare et manutenere disponimus et nulli capitulo vel pacto nostro per aliquem modum contravenire.

Ad factum domus quam iuxta continentiam capitulorum pacis predictae petunt in hac civitate nostrà Venetiarum, dicimus: quod promti et parati sumus magnificentiae

suae liberaliter complacere, et ex nunc dicimus, quod quia domus non ita parata inveniri potest, parati sumus sibi responderi facere ducatos 60 singulis annis pro affictu, sicut de domo sua habere consueverat, et sicut sibi promisimus, donec reperiatur aliqua domus apta et idonea pro magnificentia sua, quam dabimus operam, quanto citius possibile sit invenire. Et ex nunc captum sit, quod pro elapso tempore a die quo pax inter ipsum dominum et nos contracta fuit, usque diem praesentem, responderi sibi debeat affictus suprascriptus.

Ad factum salis quem de Pago extrahi posse petit, pro ducatis quinque etc, sicut alias sibi concessum fuit, respondeatur, quod sumus contentissimi magnificentiae suae complacere, et collegium habeat libertatem componendi rem istam pro illo tempore, quod videbitur collegio aut maiori parti eius.

Ad factum castelli quod dicit edificari facere velle super territorio suo, et circa denarios quos habere debet a camera Catari etc, respondeatur cum illis iustificationibus bonis et humanis verbis, quae collegio videbuntur, non discedendo a continentia capitulorum pacis, quam ut prediximus in totum observare volumus.

Secr. cons. rogat. Lib. XVIII. ch. 181.

CDLXIII. 1450. 13. Octobris, in Vesela Straža.

Писмо краля Босанскогъ Стефана Томе, у комъ благодарй Млетчићима, што су и нѣга споменули у миру, кои су заключили са кралѣмъ Арагонскимъ.

Litera serenissimi domini regis Bosne supra denominatione pacis.

Illustrissimo ac potenti viro domino Francisco Foscari duci Venetiarum etc. salutem, sinceram dilectionem Sthephanus Thomas dei gratia rex Bosne.. Nuper cum magna animi nostri jocunditate recepimus literas vestre excellentiae plenas amoris, et erga nos immense caritatis. Non enim possumus non gaudere quando intelligimus principes mundi, maxime quos una catholica fides claros facit, in unum convenire, et ab illis recedere, qui non solum detrimento sunt bonis his exterioribus, sed anime quoque plurimo periculo. Scimus enim, et nimium experimento quod dolenter referimus, notum est nobis, quod mala strepitus armorum et hostiles incursus pariunt, que eo detestabiliora sunt, quo inter fideles seviunt. Pacem igitur inter illustrissimum vestrum dominium et serenissimum regem Aragonum gratissimam habemus, eaque ut firma et stabilis sit Deum oramus. Nominationem insuper, et comprehensionem nostram a vestra excellentia factam, ratamhabemus, vobis gratias a-

gentes, quod nostri honoris tantum memor est vestra celsitudo, sed de hoc tantum impresentiarum, ut constet de nostra acceptatione et sincera voluntate in his que fecistis pro nostro honore. Cum celeritate namque possibili mittemus super hoc pro nostri honestate et negotij exigentia, nostros oratores ad vestram excellentiam, qui etiam nostras super hac nostre nominationis ratificationem patentes literas deferent, et qui de nostra affectione singulari ad illud illustrissimum vestrum dominium informabunt. Quod autem tardius, quam vellemus, de hoc avisamus vestram celsitudinem fecit tarda receptio literrum vestrarum, que solum nudius tercius ad nos delate sunt, cujus culpa nescimus . . In Christo valeat vestra celsitudo. Ex Veselastraza XIIII Octobris MCCCCL.

Commemoriale XIV. ch. 70.

CDLXIV. 1450. 24. Octobr. in Jaice.

Краль Босне одобрава што су га Млетчићи именовали у миру, кои су заключили са кралѣмъ Арагонскимъ.

Ratificatio regis Bossine nominationis de ipso facta in pace cum serenissimo rege Aragonum.

Stephanus Thomas dei gratia rex Bosne, Rasie, Maritimeque omnibus ad quos he nostre patentes litere pervenerint salutem. Postquam divinam miseratio-

nem tantum sue benignitatis et gratie hoc in tempore concessisse mortalibus cernimus, ut dissidentium inter se amplissimarum illarum duarum potentiarum, illustris scilicet ac potentissimi inclitissimorum Venetorum dominij, et serenissimi domini regis Aragonum causas eversas agnoscant, pro grandi odio maximum amorem, pro inimicitia, benivolentiam, pro sollicito armorum strepitu quietem togatorum incensum, pro crudeli bello pacem humanam exercere, decet hoc celeste munus nostri conditoris agnoscere, et quantum valet humana fragilitas dignis gratiarum actionibus extollere, nec ocioso decursu pertransire, quod tantis calamitatibus finem ac modum imposuit, et luctum vertit in gaudium. Scimus nos quos sua clementi providentia deus etiam regali donavit honore, quot sollicitudines bella, quot oppressiones bellorum incursus, quot inhumanitates hostilis gladius, quot lacrimosas voces furiosus aspectus inimici parturiant. Demum omnia promiscua facit certantium fera dissensio, econtra pax singula suis coaptat locis, et cuncta propria lege componit. Hoc igitur celeste donum, quantum possumus amplecti nos convenit, et congaudere his, quos hoc divinum lumen adunavit, et eo amplius, quo etiam nos, illi annumerati sumus. Ut enim ad nos plena ac certa notitia delata est, prefatum illustre ac inclitum excellentissimorum Venetorum domi-

nium, cui impresentiarum non minus honorifice quam utiliter presidet, illustris ac potens dominus dux Franciscus Foscari pro sua parte, inter suos amicos et confederatos nos specialiter ac nominatim comprehendit, et nos voluit presenti pacis beneficio gaudere, veluti unum e suis antiquis, et caris amicis. Hunc igitur honorem carum habemus, hanc nominationem gratam suscipimus, hanc comprehensionem acceptam fatemur. In hoc gratias habentes inclite dominationi prefati illustris dominii. Et per presentes pro nobis ac nostris suscipimus omnia et singula compactata capitula et omnium articulorum contenta dicte pacis, quantum nos concernunt promittentes, et regali fide nos obligantes ad eorum plenam observationem. In quorum omnium testimonium presentes nostras patentes literas fecimus, nostri regali sigilli appensione communiri. Anno domini millesimo, quadringentesimo quinquagesimo, die XXIIII. Octobris in opido nostro de Yaice.

Commemoriale XIV. ch. 71.

CDLXV. 1451. 29. Aprilis.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ, на разна ньова захтеваня.

Quod spectabilibus domino Stefano Clesigh militi, et Nicolao Jacobi Testa, oratoribus serenissimi domini regis Bossine, qui uti relatum fuit huic consilio

per serenisimum dominum ducem exposuerunt, praefatum seren. dominum regem habentem acceptissimam nominationem, quam de eo fecimus in (conclusione pacis) ad quam devenimus cum serenissimo domino rege Aragonum, illam ratificasse, et assignarunt literas suas patentes in ea materia; et subsequenter quod castrum Ostrovize defecerat a comite Pircho, et si ipsum volebamus erat ei gratissimum ut illud acciperemus, quando vero non, quia precio illud sperat habere, contentari velimus, quod ipsum accipiat. Et tertio quod in divisione est cum despoto Rassie, et cum eo bellum habiturus, et propterea amicabiliter exorat, quod ipsi despoto favere nolimus. Et quarto exorat ut ad Teucrum mittere velimus ambassiatam nostram et intercedere et exorare, quod pacifice secum vivere velit, et novitatem eius serenitati non facere. Et in hoc bello quod cum despoto habiturus est, neutri partium favere. Quinto et ultimo quod quia habet de tempore in tempus agere in hac civitate, et cupit, imo necesse ei sit habere unum eius negotiorum gestorem, deliberetque ad hoc unum nostrum nobilem habere, ei consulere velimus de uno quem ad hoc idoneum esse videamus; respondeatur: quod ob singularem amicitiam et benivolentiam quam habemus ad eius serenitatem, illam nominavimus, quia revera eius sta-

tum conservationem et commodum tamquam proprium exoptamus, et ratificationem praedictam per eum factam, habemus gratissimam, quia carissimum nobis est,, quod omni pace et commodo nostro semper uti possit, et eius serenitati de tali ratificatione etiam regratiamur.

Ad factum Ostrovize dicimus, quod revera ipsum castrum nobis fuit oblatum, sed multis respectibus et potissime, quia pacifice vivere cupimus, et de statu quem habemus contentamur, non curamus ad eam materiam attendere et relinquimus, ut eius serenitas deliberet de accipiendo illud vel non, uti rebus et statui suo magis conferre cognoverit, cum ut prediximus, commodum suum ut proprium exoptamus; et certificamus eius serenitatem, quod si ipsum castrum accipere deliberabit, eius vicinantia longe magis, quam alicuius alterius nobis erit carissima.

Ad factum despoti dicimus, quod singulariter sumus predicto domino regi affecti, et ob mutuam amicitiam nostram cupimus, ut de quibuscumque impresiis suis reportet honorem gloriam et victoriam; et teneat indubie, quod si bellum procedet inter illum et despotum, non dabimus ipsi despoto favorem aliquem, quoniam non deliberamus inimicis suis contra eius serenitatem dare presidia.

Ad quartum de legatione quam requirit mitti ad Teucrum, respondemus: quod dispositi in omnibus possilibus eius serenitati complacere, parati sumus mittere legationem predictam, et pro eius commodo intercedere et omnia nobis possibilia facere, tamquam pro vero amico nostro carissimo.

Ad quintum de nobile nostro, qui hic faciat agenda sua, respondemus: quod eius serenitas prudentissima est et nullum dubium est, quod multos hic sufficientes et aptos repperiet et eligere et deputare potest, illum qui ei placeat, et de electione quam faciet remanebimus contentissimi.

Secr. consil. rog. Lib. XIX. ch. 55.

CDLXVI. 1451. 21. Maii.

Одговоръ посланицима великогъ войводе Босанскогъ кнеза Стефана, на разна ньiова предложеня и захтеваня.

Quod spectabilibus viris comiti Georgio Zemorovich, comiti Iohanni Vardich et comiti Bribisauo Vuchotich, militibus, oratoribus magnifici comitis Stefani magni vayvodae Bossine, qui nuper ad nostram praesentiam comparentes exposuerunt ea, quae huic consilio per serenissimum dominum ducem relata fuerunt; respondeatur:

Et primo ad primam partem de facien-

do contra Ragusium etc. Quod optime intelleximus spectabilitates suas, et pro affectione nostra erga illum suum magnificum dominum, vellemus conditiones presentis temporis ita se habere, quod suis requisitionibus possemus ut cupimus satisfacere, sed non dubitamus ipsum magnificum dominum ac etiam spectabilitates suas, intelligere negotia nostra, et expensas quas ob id facimus, que maxime sunt; quamobrem pro presenti non videmus modum, deveniendi ad ea contra Ragusium, quae requisiverunt. Bene eos certificamus, quod dirigentibus se his negotiis harum partium nostrarum, promptissimi omni tempore reperiemur ad omnia, quae concernere cognoscamus bonum et comodum ac honorem illius magnifici domini sui, quem in carissimum fratrem habemus.

Ad partem vero illius novitatis facte contra nuntium ipsius domini in mari nostro per Ragusienses, dicatur, quod displicet nobis vehementer ipsam novitatem comissam fuisse contra nuntium ipsius domini et in nostro mari, habenteque eo nostras patentes litteras, et de hoc etiam per litteras nostras condolere intendimus cum comunitate Ragusii, et scribere in tali forma, quod intelligent hunc actum nobis summum in modum displicuisse, et quod de cetero se abstineant ipsi Ragusenses ab huiusmodi novitatibus, quia intentio nostra est, quod nuntii et subditi

prefati magnifici domini, cum rebus et bonis suis, tute et libere per hoc mare nostrum navigare possint, et huiusmodi novitates nullo pacto eis inferantur.

Ad partem vero responsionis facte per suum magnificum dominum nunciis magnifici Iohannis vayvode Hungarie etc. dicimus, quod placuit nobis ipsa responsio, pro qua et pro affectione quam dicit habere nostro dominio, et pro aliis quae dixit honorifice de dominio nostro, nuntio predicti vayvode Hungarie, magnificentiae ipsius sui domini, abundantissime regratiamur.

Ad quartam et ultimam partem de facto domus suae et de affictibus preteritis, respondeatur: quod intentio nostra est et semper fuit, ipsi observare ea quae promisimus, et si usque nunc illa domus sibi per dominium nostrum empta non fuit, hoc processit, quia cum maxima difficultate huiusmodi domus inveniuntur venales, et continue stetimus atque stamus attenti, ut si aliqua domus occurreret nobis illius conditionis, quam ipsi domino promisimus, eam alacriter pro eo emissemus ac emeremus. Sed ut intelligant hanc bonam intentionem nostram, placet nobis, ut suae spectabilitates quaerant et queri faciant de aliqua domo, quae esset eis grata, quia eam libenter emeremus, nosque similiter ad id stabimus attenti.

De affictibus vero quos habere de-

bet ille magnificus dominus justum est, et sic volumus quod eis dentur. Et spectabilitates suae possunt declarare nobis id quod debent habere, et si recedent possunt dimittere aliquam personam pro re ipsa, quia omnino debitum ipsum afflictus fieri faciemus.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 60.

CDLXVII. 1451. 22. Maii.

Уверенѣ дато истимъ посланицима кнеза Стефана, да неће ду Млѣтчићи дозволити Дубровчанима, да му на мору досађую.

Quoniam facta hodie responsione spectabilibus oratoribus ducis Stefani magni vayvode Bossine, iuxta deliberationem tiusconsilii, ipsi oratores visi sunt de ea plurimum contentari, sed instanter rogaverunt dominium nostrum, ut provideamus, et opportunam operam adhibeamus, quod propter discordiam vigentem inter eum et comunitatem Ragusii, per viam maris neutra partium offendatur, ut mare tutum et appertum sit, sicut videtur esse mentis nostri dominii; Vadit pars, quod dictis spectabilibus oratoribus responderi debeat illis utilioribus et pertinentioribus verbis, quae collegio videbuntur, quod tum ut satisfaciamus praecibus illustris domini sui, quem reputamus fratrem et amicissimum nostrum, tum etiam quia non intendimus per viam maris alias novitates oriri,

contenti sumus providere et dare operam cum Raguseis, quod non habebunt fustas aut aliam armatam in mari, nec per viam maris offendent dominum suum, et ita etiam videtur nobis honestum, quod dominus suus ex latere suo facere debeat.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 61.

CDLXVIII. 1451. 17. Julii.

Налаже се управителю Котора и другима, да често являю о станю рата између Дубровчана и кнеза Стефана, кои е яко стесніо Дубровчане силномъ войскомъ.

Quia propter illa quae habentur in factis Raguseorum, qui ab duce Stefano et exercitu suo valde potenti stringuntnr et satis opprimuntur, facit pro nostro dominio et pro statu nostro ex omni bono respectu, intelligere diligenter et sollicite successus rerum illarum, vadit pars: quod scribi debeat auctoritate istius consilii rectori nostro Catari et aliis rectoribus nostris Dalmatiae, qui collegio videbuntur, quod dare debeant sollicitam operam persentiendi, tam per proprios nuntios, quam aliter diligenter et veridice, processus rerum illarum, Raguseorum et ducis Stefani, dando nobis continuas advisationes, de omnibus quae dietim habebunt; et ob hanc causam expediatur hinc una barcha, ut per reditum ipsius de rebus illis et

novis occurrentibus certam et veram notitiam habere possimus.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 70.

CDLXIX. 1451. 27. Julii.

Одговор посланицима Дубровачкимъ, кои су дошли да моле за савет у послу рата са кнезомъ Стефаномъ. (Скраћено.)

Quod oratoribus Raguseis, qui venerunt... pro iustificatione rerum suarum propter bellum, quod habent cum inclito duce Stefano....... respondeatur: quod displicent nobis discordie sue...... circa fu stam quam comunitas sua tenuit in mari in culfo nostro, ... volumus quod non tenerentur in mari fuste huiusmodi.... et deliberatio predicta comunis fuit tam suae comunitati quam duci Stefano; ... praeterea declaramus eis ... quod civitates terrae et loca neutralia sunt in hac eorum guerra; ... quantum vero attinet ad factum consilii, quod prefata comunitas petit a nobis dicimus ... quod .. suademus et hortamur eos ad pacem ...

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 72.

CDLXX. 1451. 30. Julii.

Забранюе се како Дубровчанима тако и кнезу Стефану држати на мору оружане лађе. (Скраћено.)

Ad instantiam oratorum comunitatis Ragusii ... contenti sumus, quod ad de-

fensionem suam, non autem pro offendendo quemquam, possint habere et tenere in mari aliquam fustam, — sed solummodo durante praesenti guera, pro conservatione status sui, cum hoc tamen, quod nullo modo excedat terminos suos. De parte 20.

Alii volunt, quod nec alii nec dux Stefanus armarent, et fuerunt de parte 67, itaque haec pars capta fuit.

Secr. cons. rogat. Lib. XIX. ch. 73.

CDLXXI. 1452. 11. Marcii.

Одговоръ посланицима великогъ войводе Босанскогъ херцега Стефана, кои иштѐ одъ њи помоћь противъ Дубровчана, да се Млетци збогъ станя ствари у Италіи, немогу упуштати у ратъ. (Скраћено.)

Quod oratoribus illustris domini ducis Stefani magni vayvode Bossine qui . . . exposuerunt, quod illustris dominus suus deliberavit sequi impresiam suam contra Ragusium, et exorat habere favores nostros, concludentes, quod contentatur, quod illa civitas Ragusii, si aquiretur cum favoribus nostris . . . nostra sit, dantibus nobis suae excellentiae Almissam et Polizam et ducatos CC. millia de depositis in Ragusio existentibus, respondeatur: . . . quod . . . ob terminos . . . occurrentes in hac Italia, quae undique de bello sonat . . . ob praeparationes quae fiunt per Florentinos et comitem Franciscum...

conditiones rerum non patiuntur, quod ad novam deveniamus impresiam. . . .

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 126.

CDLXXII. 1452. 31. Marcii.

Одговоръ посланицима херцега Стефана, да ће Млетчићи пристати на нѣговъ позивъ, да заеднички освое Дубровникъ, како се сврши ратъ у Италіи. (Сраћено.)

Oratoribus illustris domini ducis Stefani responsum fuit: „si res iste nostre, quae ut diximus in his partibus sunt in motu . . . componerentur, sicut in brevissimo spatio sequi debere speramus, prefatus dominus repperiet nos promptos . . . pro satisfaciendo desiderio suo; quoniam et quia existimamus iustis et honestis de causis posse una cum ipso domino intrare in dictam impresiam; ita ut non sit opus alios favores querere, videturque nobis, quod de hoc bene contentari possint, sumusque etiam certi ex premissis respectibus, aliquam aliam potentiam non debere se intromittere de re ista.

Secr. cons. rogat. Lib. XIX. ch. 130.

CDLXXIII. 1452. 3. Junii.

Одговоръ посланику краля Босне и кнеза Владислава сина херцега Стефана, у комъ правдаю Млетчићи, што су освоили Краину и Неретву.

Quod oratori serenissimi domini regis Bossine ac oratoribus comitis Vla-

dislai, filii illustris domini ducis Stefani, ad ea qua exposuerunt parte dictorum domini regis et comitis Vladislavi in negotiis Craine et Narente, sicut huic consilio relatum est per serenissimum dominum ducem, respondeatur post generalia in hac forma:

Quod adeo omnibus notissimum est, quod credimus et suas serenitatem et magnificentiam ex ipsa rerum experientia intelligere, quod difficiliter inducamur ad accipiendum aliquam impresiam, nisi maxima honestas et iusticia nos inducant, cum per dei gratiam satis ampla regna et dominia habeamus. Et si in re aliqua bonam considerationem habere et omnia circumspicere voluimus, fuit in hac impresia Crayne et Narente, ad quam invitati per nuncium et litteras illustris domini ducis Stefani, veri et indubitati domini dictorum locorum, et per literas comitis Vladislai filii sui, ad comitem nostrum Spaleti, et vocati a populis ipsorum locorum, contenti fuimus satisfacere requisitioni et desiderio eorum; et quoniam fuimus informati, quod Ragusei habebant gentes et navigia armata, ut impedirent, quod desiderium illorum dominorum et populorum effectum non haberet, et ipsi obtinerent locum predictum, in quo gentes suas posuerant, scripsimus comiti nostro Spaleti, quod gentes nostras terra marique pararet

cum maxima impensa et interesse nostro, ut dicta loca nostris vicina imo inclusa, quae sine iniuria alicuius accipere poteramus, haberemus. Et si de obstaculo alicuius domini non esse dubitandum nobis persvadebamur, principaliter erat de serenitate ipsius domini regis, qui vicinitatem nostram prae aliis omnibus caram habere sperabamus, cum per tot retroacta tempora, sicut prudentius exposuerunt, in bona pace et fraternitate cum sua serenitate vixerimus, et rebus suis multipliciter antiquis modernisque temporibus favimus. Sed informati a comite nostro Spaleti, de his quae per maiestatem suam acta sunt in impresia illa, credimus ad suggestionem ipsorum Raguseorum, immemorum beneficiorum a nobis susceptorum, mirati fuimus, quod sua serenitas nulla nobis data notitia, sicut convenit amicitie nostrae, ita repente exercitualiter se moverit contra gentes nostras, ad impediendum impresiam nostram, quam deliberantes prosequi, misimus his diebus cum una galea nostra ad suam serenitatem nostrum oratorem, per quem sibi declarari facimus mentem et intentionem nostram, credimusque, quod sua serenitas, pro multa eius sapientia, intellecta iusticia nostra, servabit erga nos ea, quae servavimus et servaremus erga eum in rebus et impresiis suis; volentque pocius ipsi domini rex et comes Vladislaus caram habere vincini-

tatem nostram, quae rebus suis semper utilis esse poterit, quam alicuius alterius. Et cum his et aliis verbis et rationibus quae collegio videbuntur, justificetur et honestetur causa nostra, inducanturque dicti oratores ad svadendum dominis suis, quod omnino se retrahant ab hac honestissima impresia nostra.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 144.

CDLXXIV. 1452. 26. Junii.

Наставленѣ за Карла Мавроцена, кои иде као посланикъ къ кралю Босне, и као проведиторъ у Краину и Неретву. (Скраћено.)

Quod fiat comissio nobili viro Carolo Mauroceno ituro oratori nostro ad serenissimum dominum regem Bosine, et provisorem ad partes Crayne et Narente, in hac forma:

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. comittimus tibi... quod vadas noster honorabilis orator ad serenissimum dominum regem Bosine et provisor ad partes Crayne et Narente . . . informabis te a comite nostro Spaleti de omnibus quae secuta sunt in negotiis Narente et Crayne, a die quo ipse comes noster habuit nuntium et literas a duce Stefano et Vladislao filio suo, qui nos rogabant et hortabantur ad accipiendum loca ipsa, usque in

presentem diem, et accipies apud te copiam omnium literarum . . . facientium ad istud propositum ; . . . et te conferre debebis ad presentiam domini r e g i s B o s s i n e, et . . . expones, quod nos invitati per . . . ducem Stefanum . . . et comitem Vladislaum filium suum . . . contenti fuimus accipere loca illa . . , maxime cum videremus facere hoc cum maximo jure et honestate ac sine iniuria alicuius domini mundi . . . quod autem nunc sua serenitas aut motu proprio vel ad instantiam aliquorum . . . hanc nostram impresiam impedire procuraverit et nos suis literis requisiverit, ut ab illa nos retrahere velimus, mirari profecto cogimur . . . et te ad eius presentiam mittere instituimus . . et procurabis . . . inducere suam maiestatem, quod sponte se retrahat et cedat huic impresie. Si vero . . . non posses inducere suam serenitatem ad retrahendum se . . . debeas intelligere mentem et dispositionem suae serenitatis circa rem hanc, et si cum aliquibus pecuniis vel aliter possit componi res ista, et sumpta a sua maiestate licentia recedes et de omnibus nos . . . informabis, expectando mandatum nostrum.

Et si . . . intelliges R a g u s e o r u m galeam et fustas armatas adhuc esse in a q u i s N a r e n t e, volumus . . . patronis galearum Raguseorum declarabis . . . quod omnino inde recedant et vadant ad disarmandum. . . .

Antequam recedas a rege dicas . . . quod intelleximus ea quae nobis scripsit in facto salis, pro quorum significatione suae maiestati fraterne regratiamur et speramus taliter fulcire cameras nostras Dalmatie sale, quod subditi suae serenitatis et alii omnes de illo abundanter habere poterunt.

De serenissimo domino imperatore dices, quod sua maiestas et serenissima domina imperatrix hic Venetiis fuerunt . . . et quod semper sumus in optima pace cum sua serenitate . . . quam tot annis cum illustri domo Austrie habuimus, de quo suam serenitatem previsam facere voluimus, pro satisfactione desiderii sui.

Si sua maiestas . . . consentiret requisitionibus nostris et deliberaret se retrahere ab illa impresia, regratiaberis suae maiestati . . et sumptis ab eo litteris et nuntiis, quod locus Narente tibi nostro nomine consignetur, redibis Narentam attendendo ad bonum regimen et conservationem locorum illorum Narente et Crayne. . . .

Quoniam sumus informati, quod illustris dominus dux Stefanus cum exercitu suo est prope flumen Narente, volumus quod . . . visitare debeas et . . . declarabis suae excellentiae causam tui accessus ad regem Bossine, ut omnia cum pace et benivolentia faciamus.

Verum si cum dicto rege facta omni

possibili experientia, non posses habere dictum locum Narente de plano et concordio sicut superius tibi comisimus, et tibi videretur cum galeis et gentibus nostris vel cum favoribus dicti ducis Stefani posse habere Narentam, debeas procurare de habendo dictum locum . . . .

Quoniam nobilis vir Carolus Georgio habere debet certam summam pecuniae ab illo serenissimo domino rege . . . facere debeas illam instantiam . . . ut idem noster nobilis habeat pecunias suas. Et hancmet instantiam facies apud prefatum dominum regem, ut viri nobiles Franciscus et Jeronimus condam ser Fantini Maripetro habeant quidquid habere debeant. . . . .

Quoniam quidam vaivoda Ivanis, servitor comitis Vladislai filii ducis Stefani, scripsit comiti nostro Spaleti . . . . quod bona sua quae habet in Narenta, et Crayna sibi reservarentur, venientibus locis illis sub nostro dominio, . . . possis loqui cum vayvoda Ivane . . . et ipsum inducere . . . ad favores suos prestandum, quod illa loca habeamus.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 151.

CDLXXV. 1452. 22. Julii, ind. XV. Venetiis.

Луждъ одъ Млетака потврђує хрисовулю, кою є краљ Остоя даровао властеличићима Вукашину, Барану и Юрю Вукчићима.

Confirmatio cujusdam privilegii facta Vuchasini et ceteris hic inferius annotatis.

Francicus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc universis, et singulis ad quos presentes pervenerint denotamus, quod pro parte fidelium nostrorum Vuchasini, Barani, et Jurai Vuchcichi, nobis fuit presentatum quoddam privilegium scriptum in lingua sclava, quod eis concessit serenissimus dominus Hostoja olim rex Bossine. Nos autem visa continentia dicti privilegii, quod traduci fecimus de lingua sclava in linguam italicam; volentes supplicationibus dictorum nostrorum fidelium clementer annuere, cum nostro collegio ex auctoritate sibi attributa a nostro consilio rogatorum, approbavimus et confirmavimus dictum privilegium, prout hic inferius jacet ad literam, videlicet:

In nome del padre et del figlio et del spirito sancto Amen. Nui signor Hostoya per la gratia de dio re de Bosna, de Chumscha zemglia, maritima, de le inferior parte, de Usora, Soli, Podrinie etc. Et anche madona rezina

Elena, et anche nostro figliolo conte Stefano, facimo a saver a chadauno a chi conven, per questa nostra litera, come na servido fidelissimo servitor nostro Vuchasini et Baran et Juray Vuchcichi ad ogni tempo fiidelissima, et dritamente, specialmente quando ne se diede et sotomesse Cumgliane; et per questa lor fedelta sopradita li habiamo fato gratia nostra signorile et si li habiamo conferma in tuto quello, secondo li habiamo trovado, che li tegnia, recivase al tempo de ban Stefano, et a tempo del re. Tvrcho; et si li donassemo per scritture Machar cum el suo conta et Cernuchia cum el suo conta et Pasizna cum suo conta et Milusa cum suo conta et Labzian cum sua conta, questo li scrivissemo et donasimo ali sopraditi Vuchasini, et ali loro posteriori et che non sia sopra di loro superior nissun de quelli de Cumgliane, et che non sia da esser dadi a servir a nesun altro signor, et a questo sono testimonii i nostri boni Bosnesi videlicet: vayvoda Piero Paulovich cum la sua fraternita, et conte Radizo Radoevich cum sua fraternita, et conte Batich Mirchovich cum la sua fraternita, et vaivoda Ischo Semchovich cum la sua fraternita, et pristald de la corte conte Juray Drachigevich cum la sua fraternita et conte Tvrcho Borovinich cum la sua fra-

ternita; et el nostro maestro de la corte Nicola Cuclatovich cum la sua fraternita, et chi contradira a questo, che sia infedel a dio et ala nostra signoria, salvo quello fosse visto e cognosudo per li nostri boni homeni, che sia scomunicado per el padre, fiol, spirito santo, et per quatro evangelisti et per li dodese apostoli et per tuti i santi in eternum a dio, et ala nostra signoria, et che sia perticipe a Juda Scarioto, el qual vende el figiolo de dio pro argenteis, et che sia participe a quelli, che cridava crucifige, crucifige, et che quel sangue sia sopra de loro et sopra de lor figlioli, et che possa renuntiar nel di del judicio e l anzelo sancto amen. Ho scritto de MCCCCXVII. Mandamus igitur omnibus rectoribus, et officialibus nostris ad quos spectat et spectare poterit, quatenus hanc confirmationem nostram observent, et faciant ab omnibus inviolabiliter observari. Data in nostro ducali palatio die XXII. Julii, indictione XV. MCCCC. quinquagesimo secundo.

Commemoriale XIV. ch. 101.

CDLXXVI. 1453. 30. Junii.

Млетчиђи являю Римскомъ папи, да су Турци Цариградъ освоили, и моле га, да све што може чини, да одбрани Христіянство одъ претеће му одъ Турака опасности.

Summo pontifici.

Quamquam existimemus beatissime pater, tam literis rev. patris domini archie-

piscopi Ragusiensis, legati apostolici hic existentis, quam aliter sanctitatem vestram ante has forsitan intelligere potuisse horrendum et infelicissimum casum urbium Constantinopolis et Perae, quas immanissimus Teucrorum imperator cum maxima Christianorum strage subegit. Cum tamen res ista, tam gravis tamque periculosa sit, ut magis esse non possit, officii nostri esse putavimus, beatitudini vestre tamquam summo christianorum principi, incredibili amaritudine mentis nostre renuntiare excidium lacrimabile urbium earundem. Sumus variis modis facti certiores, Teucrum ipsum crucis persecutorem 28. Maii nuper efluxi, civitatem Pere post asperrimum bellum illatum, suo imperio subiugasse, omnibus christicolis, ab annis sex supra in ea repertis gladio nequiter interremptis. Die vero sequenti videlicet 29. debellato portu Constantinopolis, omnique genere tormentorum bellicorum, mari terraque civitate ipsa expugnata, tandem eam incredibili clade devicit, pari modo omnibus Christianis, ab annis sex supra, ubique inventis crudelissime trucidatis. Quanti momenti quantique ponderis incomprehensibilis, clementissime pater, res ista diiudicanda sit, quandoquidem totius Christiani nominis statum et vitam concernant, certissimi sumus sanctitatem vestram longe melius intelligere, quam

nos referre possemus. Illud tamen silentio nolumus preterire, memores nos esse a modicis ut ita dixerimus annis citra, potentiam Teucrorum terrestrem tantas vires totque dominia partam esse, ut sicut diversis experientiis cognitum est, dificillimum ac durissimum fuerit sibi posse resistere. Nunc antem videmus, non solum terra, sed mari etiam Teucrorum rabiem et potentiam tantum auctam, ut si misericors deus noster, vestraque sanctitas ac cetere potentie Christiane cito huic morbo pestifero non accurrant, maximum excidium incumbat, toti Christiane religioni. Licereque ammodo videamus huic crudelissimo hosti, terra marique patrare quecumque voluerit. Adeptus est nunc praecipue urbem Constantinopolis, tam ratione situs quam ex multis aliis dignis conditionibus aptissimam ac summum in modum accomodatam, ad potentiam suam magnopere augendam, ita, ut ubique terra marique de hoc potentissimo hoste sit quam maxime dubitandum. Hec igitur cum ita sint, ad sanctitatem vestram, tamquam ad supremum dominici gregis pastorem, confugimus, filiali devotione nostra solita supplicantes, ut huic egritudini, antequam magis ultra ad interritum prolabatur, dignetur omnibus illis remediis, omnibusque sufragiis providere, que summe vestre sapientie videbuntur, ut longe maiora ac graviora pericula et excidia totius Christiani nominis

evitentur; praecipueque oramus clementiam vestram, ut cum omni celeritate legato suo hic mandare dignetur, quod armentur et immediate expediantur, ille quinque triremes, quae dudum armari decrete sunt. Nam alie validiores ac potentiores provisiones, que sunt penitus necessarie, successive fieri poterunt. Nos enim pro quanto semper in nobis erit, nihil de possibilibus ommittemus, ut huic sancte rei opem feramus, ac votis omnibus vestrae beatitudinis morem geramus. *)

Secr. cons. rog. Lib. XIX ch. 202.

CDLXXVII. 1455. 6. Septembris.

Уговоръ кои су заключили Млетчићи са великимъ войводом Стефаномъ Црновићъ и съ народомъ Горнѣ Зенте, кадъ се добровольно подвргао ньіовомъ господарству.

Pacta illorum de Xente superiori cum illustrissimo dominio Venetiarum transducta de sclavo in latinum, die VI. Septembris MCCCCLV.

---

*) Истога дана пишу Млетчићи и своmъ посланику Сер *Іоану Мауро*, да яви то исто и *кралю Арагонів;* а већъ дана 7. Мая 1453. послали су своrъ морскогъ генерал-капетана *Якова Лоредана* са флоттомъ у *Цариградъ*, да яви грчкомъ цару, како се Турци са страшномъ силомъ на нѣга спремаю, па и да му буде у помоћи; а іоштъ дана 24. Фебруара 1452. год. писали су *Римскомъ папи*, *Римскомъ цару*, *кралю Арагонів* и *кралю Унгарів*,

In nome del padre e del fiolo e del spiritu sancto amen. Sia manifesto a chadauna persona che vedera et intendera questo presente scripto: chome el vene a san Nicolo de la Vranina misser Zuan Bollani provedetor de la illustrissima signoria de Veniexia; e li vene el gran vaivoda de la illustrissima prefata signoria el signor Stephano Cernoy cum tuto el convento de Xenta, de sua bona volunta senza alcun forzo: ma cum la sua bona fede e chuor; i se hanno acostadi de sotto li comanda. menti de la prefata illustrissima signoria de Veniexia cum questa condition, che habieno le uxanze le quale hanno habude in tempo del signor Balsa.

Item che aloro sia perdonado chadauna iniuria havesseno facto avero mal fin a lor a presente contra la illustrissima prefata signoria over ali sui subdito.

Item dixe, che non sia algun prete over vescovo over arcivescovo Latin sorra le nostre chiexie, ma che li siano de la nostra fede superiori de le nostre chiexie: et volemo de quele non poder esser arcivescovo Latin in Craina, noma desse messo bitropoliti de la fede Sciava: perchie

---

нека гледе дати што болю и већу могу помоћь *Цариграду*, да не пропадне, връ е у великой опасности.

quello bitropoliti de Craina el se chiama bitropoliti de Xenta: et lui mete li nostri zagi et preti, e senza celo non podemo esser.

Item alcuna persona che sia sotto proniaro: che non possa haver zudisio cum el suo proniaro davanti alcun signor: salvo se alcun domandasse cum la raxon lo homo del proniaro, che liberamente chadauno el possa chiamar davanti el signor ever vaivoda a raxon.

Item che siano aceptadi cum bon e vero chuor sotto l' ombra de la illustrissima signoria, et che siano lor servidori, e che siano visti cum bona voia, e de chadauna cossa i ne tegna chome chadauno de li sui boni servidori.

Item i quali sovradicti siano tegnudi de vegnir in hoste ai comandamenti da la signoria, fina a la fa drima e Alexio, e dove che serano i confini de la signoria cum tuto resto del paexe de la signoria.

Item che idia i pagamenti de la signoria como anno dadi e pagati al tempo del signor Balsa.

Item i se offerisse cum sacramenti loro che siano boni e fideli a la nostra illustrissima signoria.

Le sottoscripte sono le compagnie over comuni: che se offerre ai pati sovradicti, sotto le qual ne sono molte ville

altre: de le qual non se fa mention; salvo da po concluso tute se mandera in notta: et prima.

Maraguxi
Hoteni
Gerli
Luxeni
Potgoriza
Grude
Cuzi
Piperi
Stanchovichi
Gernzij
Chatharichij
Busati
Berisanzi
Golubovizo
Daibabe
Stanisauligi
Cupusse.
Radotiesi
Stansichi
Branovichi
Colubovichi
Rabiovichi
Luxane
Malonzichii
Bielopaulichi
Plesunzi
Svoie
Merche
Novizane
Rogame
Tazide
Pobresani
Nichsizi
Spitiha
Lasina
Bexichi
Tigomiri
Nelmiza
Chenchi
Lubizi
Fichsta
Machalani
Bachsi
Cruessi
Ivaini
Arbenexi
Draghigne
Hinossi
Spatar
Churezi
Suirivlage.

Commemoriale XV. ch. 51.

CDLXXVIIII. 1455. 11. Novembris, indict. 4.

Привилегія херцега Стефана светогъ Савве, на млетачко властелство.

Privilegium illustrissimi domini Stefani ducis s. Save etc. qui de numero nobilium majoris consilii est creatus, cum filiis et heredibus suis.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus, quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excelentia in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas, et dignitatis honore conspicuas prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro amicabiliores operibus se ostendunt. Unde cum illustris dominus Stefanns dux sancte Save, ac regni Bossine magnus vaivoda etc. semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit, notum fieri volumus unicuique, quod omni iuris consiliorum, ordinamentorum nostrorum necessaria solennitate servata prefatum illustrem dominum Stefanum cum ejus filiis et heredibus legitime ab eo descendentibus, ad numerum et de numero nobilium

nostri majoris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro majori consilio fecimus et facimus, atque pro nobile et de numero nobilium nostri majoris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsum sincere benivolentie brachiis amplexantes, et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de nostro majori consilio gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus illustris dominus dux Stefanus ac sui filii et heredes predicti, in Venetiis, et extra ubique locorum plenissime gaudeant perpetuo et utantur; nobis quoque idem illustris dominus Stefanus per magnificum D. Vlatchum filium suum ac . . . oratores et nuntios ejusdem ad evangelia sancta dei solemniter fidelitatis debitum prestitit juramentum. In quorum omnium fidem, et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis MCCCCLV. die XI Novembris indictione quarta.

Simile privilegium factum fuit illustri domino Vladisavo illustris domini ducis Stefani sancti Save filio, die XXVI. Februarii 1464.

Commemoriale XIV. ch.172

CDLXXIX. 1456. 20. Novembris.

Заключенѣ, да се пошлѣ войска у Скадаръ, противъ Леке Дукађина. (Скраћено.)

Quoniam propter locum Dagni occupatum per Lecham Duchaino, occiso vituperose rectore nostro, etiam cetera loca provinciae nostrae titubare videntur, ob famam quod rex Aragonum faveat emulis nostris in illis partibus; vadit pars: mittantur 200 pedites in Albaniam et Scutarum quanto citius esse poterit. *)

Secr. cons. rogat. Lib. XX. ch. 117.

CDLXXX. 1458. 19. Februarii, indict. VI. in Scutari.

Уговоръ мира закљученогъ са Лекомъ Дукађиномъ и нѣговомъ браћомъ.

Pax cum magnifico domino Lecha Duchaino et fratribus conclusa in Scutaro, per nobiles viros Benedictum Superantio comitem, et capitaneum Scutari, et Lucam Contareno provisorem Alexii: et Cresium de Molino potestatem Drivasti.

In Christi nomine amen. I magnifici, et generosi misser Benedeto Soranzo conte e

*) Д. 2. Декембра 1456. прогласили су Млетчићи талію одъ 1500 дуката за главу *Леке Дукађина*, као што се може читати у истой кньиги на листу 108.

capitanio de Scutari; misser Luca Contarini provedador de Alexio, et misser Cresi da Molin podesta de Drivasto, in execution de le lettere ducal alor dirizzade, et dade adi XX Novembrio del MCCCCLVIII. per nome de la illustrissima dogal signoria de Veniexia da una parte; et el magnifico signor Lecha Duchain, et fradeli da l altra parte, sono venudi a bona èt concluxiva paxe cum li modi et condition annotadi in capitoli infrascripti.

Prima la illustrissima signoria de Veniexia remete al dicto signor Lecha e fradelli ogni inzuria offexa facta ad essa illustrissima signoria, et quelli accepta per sui cari fiolli et amixi carissimi.

Item chel dicto signor Lecha Duchain debia dar e consignar al prefato misser lo conte e capitani de Scutari, over suo commesso per nome de la prefata illustrissima signoria la Rogamema cum tute le ville, raxon: iurisdiction: pertinentie: et confini: et territorio del luogo del Dagno: etc.

Item chel dicto segnor Lecha Duchain debia consignar ut supra, el castello del Satti cum el monte et pertinentie soe: et azo dal dicto segnor Lecha e fradeli sia intexo, che mai per algun tempo per el dicto castello alcuna differentia over scandolo gi possa advegnir, fina da mo, i dicti rectori per nome de la prelibata illustrissima signoria sono con-

tenti, el dicto castello sia ruinado et spianado segondo el comandamento de la prefata illustrissima signoria, cum questo, chel dicto signor Lecha et fradelli, ne altre persone non possa quello castello piu rehedificar: ne habitar sopra esso monte, senza licentia de la prelibata illustrissima signoria de Venexia.

Item azo chel dicto Lecha Duchain per vera experientia intenda e cognosca, che la prefata illustrissima signoria de Veniexia quello haver per bon fiol, quella signoria e contenta, e i prelibati magnifici rectori per nome de essa sono contenti: e cussi prometeno: che oltra le ville che lui tien ultra el monte del Satti, da la prefata illustrissima signoria lui habia et recognosca in feudo per si e soi heredi et successori, le ville infrascritte, le qual sono ala costa del monte de Satti, e de qua da esso monte: zioe la villa Palazo, Aimelli, Piera rossa, Scaramani, san Martim: Fontanella, Chimechichi: Lausi, Cragliano, Fista, Iermixi, Caxeglini: et Stefan progoni. Lavilla veramente de Itrossani perche le passo el dicto segnor Lecha debia consignar al prefato misser lo conte e capitanio de Scutari over a suo commesso, per nome de la dicta illustrissima signoria de Veniexia.

Item chel dicto segnor Lecha Duchain in el pian del Satti zioe la Xadrima, la villa de Chotari, de Idarzi, e la villa de i Crutti ultra el fiume del Jadro, in pheudo ut supra cum

questa condition, che per recognition de le chosse predicte, el dicto segnor Lecha cum soi heredi et successori, sian tegnudi a dar e far comignar ogni anno in la festa de san Marcho del mexe de Avril, al predicto messer lo conte et capitanio de Scutari, et succesori soi, uno dopier de cerra de pexo de L: X. el qual misser lo conte e capitanio e suoi successori quello sian tegnudi de mandar ala prefata illustrissima signoria de Veniexia.

Item chel predicto segnor Lecha Duchain, e fradeli cum tuti lor subditi, siano tegnudi a tuor sal da le camere e lugi de la prefata illustrissima signoria de Veniexia, e non da altre camere ne lugi, per alcun modo.

Item che se alcuni rebelli de la prefata illustrissima signoria de Veniexia se reduxe ali luogi del prefato segnor Lecha e fradelli, che quelli ad ogni requisition de i rectori de la prelibata illustrissima signoria diebiano esser piadi et mandadi per esso segnor Lecha et fradeli a le man de i rectori de essa prefata illustrissima signoria, e questo medemo per essi rectori debia esser facto et observado verso esso segnor Lecha et fradelli, se alcun rebello suo a le terre et luogi de la prefata illustrissima signoria capitasse, over advenisse.

Item chel segnor Draga Duchain et se intenda esser incluxo in questa paxe cum ogni ville e lugi possession et beni sui,

come recomandado alla prefata illustrissima signoria de Veniexia.

Item promete una parte a l' altra, e laltra a l una, de observar, et far observar quanto de sopra he scripto, bona fide et sine fraude.

Et per confirmation de le cosse predicte, una parte et l' altra cum suo sigillo ha sigillado i capitoli soprascripti per confirmation de quelli: in Scutari die XVIIII. Februrii MCCCCLVIII. indictione sexta.

Commemoriale XV. ch. 60.

CDLXXXI. 1459. 14. Januarii.

Заключено послати едногъ Которанина или Скадрана къ Турскомъ султану, да моли за заштиту противъ турски субаша у Зенти.

Cum subassi imperatoris Turcorum et alii sui, qui sunt in partibus Zentae, multa damna inferant subditis Venetis de Cataro et Scutari; vadit pars: quod unus civis Catarinus vel Scutarensis vadat cum literis dominii Veneti ad presentiam domini Turcorum, qui preteritis annis tali civi Scutarensi dedit literas et mandata talia, quod multa iam ablata restituta fuerunt et ab inquietatione ceterorum cessatum fuit.

Secr. cons. rog. Lib. XX. ch. 204.

CDLXXXII. 1459. 4. Junii, in Alexio.

Писмо, коимъ Скендербегъ враћа Млетчићима градъ и област *Сати*, кое е отео изъ Турски руку.

Copia relaxationis terrae Sati facte per magnificum Scanderbegum, opera et interventu sp. domini Laurentii Mauro capitanei Culfi.

L' anno de la incarnation de Christo MCCCCLVIIII. ai quatro del mexe de Zugno in el castello de Alexio, el honorado misser Lorenzo Moro capitanio del Colfo, ambassador de la illustrissima signoria de Veniexia, a mi Scandarbego per lo avixo dado per i rettori de l Albania ala prelibata illustrissima signoria de Veniexia: che mi ho tolto la terra del Satti de le man de la ditta illustrissima signoria de Veniexia, el qual me posto cussi fatto comandamento de la prefata illustrissima signoria de Veniexia, che habiando fatto cussi, el debbia render la ditta terra del Sati ne le man de la prefata illustrissima signoria de Veniexia al conte de Scutari. E questo non siando el vero, che mil habia tolto de le man de la illustrissima signoria de Veniexia, ma l' ho tolto de le man de lo inimigo de Christo et mio; niente de mancho per esser obediente ala illustrissima signoria de Veniexia, e non vojando irisir de niun dei suo commandamenti de essa illustrissima signoria de Veniexia: e cussi a commandamento de quella illustrissima signoria de Veniexia o da-

do el castello e la terra del Sati al prefato conte de Scutari: presente el preditto misser Lorenzo Moro capitanio del Colfo prelibato. E per quelle ville io ho tolto de le man de l inimigo de Christo et mio, che mi le tegno in le man per fin ch' io manda da la prefata signoria illustrissima de Veniexia, che la me faza raxon de queste, se le sera mie: siando la volunta de quella illustrissima signoria de Veniexia, che me le debia lassar, e sel ge sera in piaxer de tuorle, che le tolgia. E per piu chiareza de questo ho dado la mia fede al prefato misser lo capitanio del Colfo, che questo sera fermo et rato. Et mettessemo el nostro solito sigillo a confermation de le suprascripte cosse.

Commemoriale XV. ch. 62.

CDLXXXIII. 1460. 20. Augusti.

Одговоръ посланику херцега Стефана светогъ Савве, на нѣгова предложеня и захтеваня.

Quod spectabili oratori illustris ducis Stefani sancti Saue, qui ad praesentiam nostram se contulit et oretenus explicavit, ac etiam in scriptis exhibuit, quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod pro his quae nomine illustris domini sui fraterne et affectuose communicavit nobiscum, plurimum sibi regratiamur; si quidem illustris eius filius quidcumque fecit, quod

molestum fuerit eidem domino duci, id profecto iure fraternitatis et amicitiae nostrae nobis displicet. Laudamusque excellentiam suam pro quanto in materia ista prudenter fecit, et certi reddimur, quod filius suus sibi obediens esse volet et a mandatis paternis non discedet, et cum nostris bene et quiete vicinare volet.

Circa domum quam petit, profecto desiderium nostrum fuit et est, suae excellentiae libenti animo satisfacere, sed ut idem spectabilis orator potuit intelligere et videre, propter conditiones huius urbis nostrae, non reperiuntur nisi cum maxima difficultate domus venales, et maxime de illis, quae illustri domino suo conveniant, sed stabimus ad hoc attenti, et quamprimum fieri poterit id libenter facere curabimus. Interea vero sumus bene contenti. quod sicut sibi promisimus, habeat affictum domus predictae, et ita illum hic quam primum sibi dari faciemus.

Ad partem tangentem banum Paulum Croatiae dicimus, quod intelleximus quantum excellentia ducis Stefani fraterne dici nobis fecit. Estque rei veritas, quod idem banus est homo scandalosus et illius conditionis, quam dominus suus asserit. Quoniam postquam venit in Croaciam, nunquam cessavit molestare et inquietare dominos circumstantes et vicinos suos, pro nunc vero ex his quae nobis occurrunt, non videmus quid di-

cere possimus, sed bene certum esse volumus prefatum dominum ducem, quod cum sibi affecti simus, eumque reputemus carissimum fratrem nostrum, de omni exaltatione et felicitate sua semper erimus bene contenti.

Pro advisatione autem nobis data de praticis, quas praefatus dominus dux habet cum illo capitaneo Turco, qui dominatur in partibus Seruie, regratiamur similiter excellentiae suae, et laudamus modos per eam prudentissime servatos cum ipso Turco, ex rationibus et respectibus per illustrem dominationem suam commemoratis. Et demum sumus semper prompti ad omnia concernentia honorem et benplacita excellentiae suae.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 55.

CDLXXXIV. 1460. 26. Februarii.

Одговоръ посланицима херцега Стефана, кои явля Млетчићима за велику опасность, коя му грози одъ Турака, и моли за прибежиште. (Кратакъ изводъ изъ врло пространогъ писма, кое ће валяти цело преписати.)

Quod spectabilibus oratoribus illustris ducis Stefani, qui ad presentiam nostram se contulerunt . . respondeatur:

Duca Stefanus rogat illustrissimum principem et excelsam signoriam, quae scit bene, quomodo iste infidelis paganus mag-

nus Turcha, accepit Constantinopolim; et scit dominatio quanta fuit potentia et divitia domini despoti Serviae, sed etiam non potuit satiare eum nec ei resistere, subiugavit eam; dein post mortem comitis Biancho occupavit totam Valachiam, quae tenebat cum Hungaris, cui adhuc dominatur; dein occupavit Moream et totum eius dominium.

Nunc apropinqvat tempus ubi me vult devorare, uti tot alios principes et dominos; quia nostri termini non sunt magni montes neque magnae aquae, et ille vult occidere omnes quos poterit; ideo mea unica spes est in vestra signoria, et rogo velitis mihi dare castellum aliquod, quod est in maris insula, vel si non ergo insulam, uti Liesnam, vel Brazam, vel quamcumque, ut possim illuc salvare meos filios et subditos; et si non possit aliter fieri, vult solvere pro ea.

Respondeatur: Quod diligentes fraterne excellentiam domini sui, sumus et reperiemur semper prompti in omnibus concernentibus eius honorem et commoda; si quid vero dubitationis aut molestiae sibi occurrit respectu domini Turci, id nobis . . . . magnopere displicet, sed confidimus in bonitate divina, quod . . . . conservare studebit statum suum, sicut hucusque fecit et sicut etiam per superiora tempora progenitores sui semper fecerunt.

At quoniam idem dominus petit a nobis

aliquem locum sive insulam sibi concedi . . . dicimus . . . quod erimus contenti . . . quod cum persona filiis familia et bonis suis, per terras et loca nostra se redducere possit ad insulam et locum nostrum Liesne. *)

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 31. 32. 33.

CDLXXXV. 1461. 8. Augusti, Ragusii.

Писмо коимъ признаю Дубровчани, да е Ядарско море подъ влашћу Млетачкомъ, и моле Млетчиће, да имъ дозволе набавити рану изъ Албаниe.

Exemplum quarundam literarum comunitatis Ragusii, quibus fatentur Culfum esse illustrissimi dominii Venetiarum.

Serenissime princeps, et excellentissime domine, domine observandissime, post humilem commendationem ad serenitatis vestre pedes. Non fallit nos profecto opinio, spesque nostra de clementia celsitudinis vestre erga nos, immo eam magis ac magis in dies liquido perspicimus, quam et nuper dominatio vestra demonstravit perbenigne hummanissimis suis ad nos literis, istic datis die XXVIIII. mensis prope decursi, quibus serenitas vestra paternum in nos amorem osten-

---

*) Херцегъ Стефанъ явля далѣ Млетчићима, да е дознао преко свои пріятеля, кои су на двору султановомъ, да се овай спрема на пролеће доћи противъ Скадра и Дубровника; — далѣ да султанъ иште одъ нѣга тврдиню *Завуйну* у замену за други кои градъ, еръ жели имати преко *Завуйне* пролазъ у Хрватску и у Далмацію.

dens, asserit a mente sua alienum penitus esse, quod subditi illius L i e s n a e, C u r z o l e et B r a c i a e in grave damnum introituum nostrorum, vinum conducant ad loca nobis supposita: nobis nolentibus et invitis, idque vendant, et multis insolentibus verbis et modis utuntur. Quod nos tam singularis gratiae, et doni loco ducimus: ut ipsi celsitudini vestre quas possumus agamus gratias. Infinite vero sint quas debemus. Ceterum cum ingenui animi sit, iuxta Ciceronis illud: cui multum debeas ei plurimum velle debere: audemus ulterius progredi, et quamvis ipsi dominationi vestrae magis oneri semper simus quam comodo, ejus gratiam in re nobis pernecessaria eflagitare. Discordia rerum A p u l a r u m facit, ut apud nos anonae caritudo sit, et dubitemus ne in nos acris fames deseviat. Cum regno nobis non sit facultas grani extrahendi: immo si nostrorum aliquem ad ipsius regni partes navigare contingat: capitur, derobatur et male tractatur per triremes et biremes, quae Culfum dominationis vestre audacissime excursitant, et hostilius in nos quam in ipsos Apulos bellum gerunt. Quare celsitudini vestrae supplicamus, ut pro sua solita erga nos clementia dignetur nobis concedere, quatenus nobis liceat a l i q u a m a n o n a e quantitatem ex locis A l b a n i a e extrahere, et ad nos traducere. Quod omni quae a serenitate vestra nobis hoc

tempore concedi queant, nobis gratissimum est commodissimumque futurum: eoque magis quum de Turcis securi non sumus: qui dubitemus, ut si ex Turchia redeant, ne impetum in nos convertant: propterea que studeamus ea parare, quibus saluti nostrae et urbis nostre tutelle consulatur.

Ragusii die octava mensis Augusti MCCCCLXI.

Serenitatis vestrae
servitores rector et consilium
Ragusii cum humili commendatione

A tergo

Serenisimo principi et excelentissimo domino observantissimo domino Pasquali Maripetro dei gratia inclicto Venetiarum duci etc.

Commemoriale XV. ch. 75.

CDLXXXVI. 1461. 20. Augusti

Закљученѣ, избрати посланика кои ће ићи кралю Босне, да изяви овомъ сажаленѣ Млетчића о смрти пређашнѣгъ краля нѣговогъ отца, а уедно да му честита ступанѣ на престолъ.

Quemadmodum notum est, serenissimus rex Bossine anteactis diebus ab humanis subtractus est, et eius loco successit filius suus rex regni illius. Et considerata veteri amicitia et benivolentia, quam semper habuimus cum ipso rege et progenitoribus suis, et ex omni alio bono respectu honori

et officio nostro conveniat, mittere unum oratorem nostrum ad prefatum novum regem, tum ut indoleamus de morte patris, tum etiam congratulemur, quod assumptus sit in regem regni eiusdem et cet. Propterea vadit pars: quod per scrutinium in collegio ad bussulos et ballotas elligi debeat unus noster nobilis orator ad dictum regem, cum illa commissione circa effectum predictum, quae videbitur ipsi collegio.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 54.

CDLXXXVII. 1461. 6. Octobris.

Одговор посланицима Хрватскогъ бана Павла Сперанчића, тичући се краля Босне. (Скраћено.)

Quod ad capitula per spectabiles oratores magnifici bani Pauli Sperancich Croatiae etc proposita respondeatur: ad primum capitulum, per quod dicunt dominum suum a serenissimo domino rege habuisse mandatum de bona vicinantia, quod . . . dominatio nostra etiam idem . . . habere disponit:

Ad secundum, quod existentibus locis Clisii et Ostrovize in termino in quo sunt, non videmus quomodo loca ipsa in protectionem accipere possemus; .... verum si circa eadem loca Clisii et Ostrovice aliud aliquid nobis memoraretur ... quod utriusque nostrum

commodum et utilitatem respicere habeat, optime semper dispositi reperiemur.

Ser Jacobus Barbarigo vult: dominationem nostram bonam pacem et amicitiam habere cum serenissimo domino rege Hungariae, intendereque eam cum sua serenitate, cum ipso bano et omnibus aliis servare, nec nobis honestum videri ob conditiones temporum et rerum loca Clisii et Ostrovize in protectionem accipere. Verum conservationem status sui cupientes, quia deliberavimus oratorem nostrum de proximo ad serenissimum regem Bossine mittere, qui dominii nostri nomine de obitu patris sui condoleret ac de suae serenitatis successione congratuletur, ipsum ob hoc citius expediemus, et tam cum ipso serenissimo rege, quam illustri ducha Stefano, quicquid boni nobis possibile fuerit, fieri faciemus pro componimento differentiarum et discordiarum suarum. Verum si huiusmodi oratoris nostri interpositio eis non placeret, et circa loca ipsa Clisii et Ostrovize aliquid aliud ab eis memoraretur, quod honeste per nos fieri posset, quodque ad commodum utilitatemque utriusque nostrum redundare posse videretur, non dissentiemus a rebus convenientibus et honestis. Et si huiusmodi pars capta fuerit, fiat subito scrutinium in hoc consilio, et eligatur unus orator ad suprascriptum serenissimum regem Bossine.

Ad tertium, dominationem nostram non intelligere differentiam aliquam ad presens esse nec de jure esse posse, cum saline et alie jurisdictiones, de quibus superioribus mensibus controversia erat, postquam civitas Spaleti subditione nostri dominii pervenit, pacifice et sine ullius molestatione possesse fuerunt, et ideo non esse opus aliquibus compositoribus, quoniam tamquam res nostras ab eo tempore usque ad presens iuridice possessas, penitus tenere intendimus.

Ad quartam, dominationem nostram ad civitates et loca sua Dalmatiae munitiones misisse et mittere pro munitione eorum, non esse possibile eis inde satisfacere; verum si ex hac nostra Venetiarum civitate munitiones aliquas extrahere voluerint, erimus contenti quod eas emere et extrahere possint.

Postremo ab ipsis oratoribus petatur quod due ville per ipsum banum occupate, jurisdictionis civitatis nostrae Sibinici, in una quarum erat quondam castellum unum, quo multae novitates ipsi civitati nostrae inferrebantur, sub illius jurisdictione permaneant, ac restituantur fidelissimo nostro Gaspari Jurisich, cuius sunt.

Insuper petatur restitutio villarum fidelissimi nostri Hemanuelis Caloti, per ipsum banum indebite occupatarum.

Preterea petatur relaxatio captivorum de Poliza per ipsum banum re-

tentorum, pro conservatione amicitiae et bonae vicinitatis nostrae.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 59.

CDLXXXVIII. 1461. 1. Decembris.

Одговоръ посланику краля Босанскогъ на више нѣгови предложеня и захтеваня. (Скраћено.)

Quod spectabili oratori serenissimi regis Bossine, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, et tam oretenus quam per scripturam explicavit et porrexit nobis capitula lecta huic consilio, respondeatur:

Quod gratissimo animo intelleximus quantum . . . parte serenissimi domini sui regis explicavit nobis, cum nos maiestati suae plurimum affecti sumus . . . et circa partem, per quam petit assumi in numero nobilium nostrorum dicimus, quod . . . . . contenti sumus habere et recipere serenitatem suam in consortio nobilium nostrorum. . . .

De domo quam petit in hac urbe nostra vellemus sue maiestati satisfacere posse, sed . . . cum maxima difficultate hic reperiuntur domus venales, ymo ut verius loquamur haberi non possunt, maximeque de illis, quae digne sunt et alicuius conditionis, ideoque rogamus celsitudinem suam, ut in hoc nos supportatos habere velit. — Et quoniam petit etiam per nos sibi donari unam domum in Jadra, facti sumus certiores non esse in

Jadra domos, quae conveniant dignitati et honori maiestatis suae, unde in hoc etiam habere nos potest merito excusatos.

Ad partem ballistariorum et sclopetariorum, qui petuntur casu quo status prefati serenissimi regis opprimeretur a Turco, respondemus: quod licet pro multa virtute et magnanimitate maiestatis suae ac pro situ passibus et conditionibus locorum et territoriorum suorum, speremus ac teneamus, attenta etiam coniunctione et bona unione facta cum illustri domino duce Stefano, quod in omnem casum potenter et unitis viribus prevalere se potuerunt contra Turcum, statumque suum conservare. Advisamus tamen ipsum spectabilem oratorem, quod sicuti etiam aliunde scire potuit, principes et potentiae Christianae iam excitantur et disponuntur ad procedendum potenti manu contra Turcum. Et nos quoque pro parte nostra honorem dei et commune bonum Christianitatis facere intendimus, non parcendo periculis nec expensis. Et ultra quod in satisfactionem prefati serenissimi regis sumus bene contenti, quod pro defensione status sui contra Turcum, accipere et habere possit de terris et locis nostris, de ballistariis sclopeteriis et munitionibus pro pecuniis suis; dicimus etiam, quod si videbimus in opportunitatibus maiestatis suae, praestare sibi favores nostros, id semper libenter faciemus, quoniam

et honorem suum et commoda sui status ut propria nostra desideramus.

In facto loci quem petit sibi concedi in terris nostris, pro reductu suo et suorum, si quod absit per Turcum pulsus esset et cet. Respondemus: quod confidimus prout diximus in divina clementia et in virtute et potentia sua et aliorum predictorum, quod casus iste nunquam occuret . . .; sed nihilominus . . . . . contenti erimus, quod persona suae serenitatis cum familia, rebus et bonis suis et suorum, ad terras et loca nostra se reducere possit, nam semper maiestatem suam et suos leto animo videbimus. . . . . .

De bano Paulo Croacie, contra quem regia maiestas guerram movit, dicimus: quod in eius contemplatione ob amorem quem sibi gerimus, de ipso bano et locis suis nos non impedivimus, nec volumus impedire, sed solum de duobus locis, videlicet de Ostroviza, quae ut notissimum est alias nostra fuit, et in ea ius plenum habere pretendimus, et de Clissa, quae fuit in protectione nostra et recomendati nostri, dicimus: rogamus excellentiam suam, ut pro honore nostro de his duobis locis se impedire non velit, de aliis vero faciat ut ei libet.

Preterea iuxta requisitionem eiusdem serenissimi regis, sumus bene contenti per litte-

ras nostras scribere et agere gratias illustri domino duci Stefano, pro pace inita cum maiestate regis eiusdem, hortarique eum affectuose ad perseverandum et cet. Nam profecto pro magna benevolentia nostra in ambos ipsos dominos, concordiam suam gratissimam habuimus, quoniam sentiebamus oppositum, id quippe molestissimum nobis erat. Et ob id solum ante hanc eorum pacem certificamus serenitatem suam, quod elegeramus legationem nostram mittendam ad ipsos dominos, ut ex latere nostro nihil pretermitteremus pro pace predicta.

Ultimo loco dicimus: quod de assumptione et coronatione prefati serenissimi regis pacifica comunique omnium baronum et aliorum consensu facta, tantum congratulamur cum celsitudine sua, quantum pos sumus pro sincerissima caritate et amore nostro in maiestatem suam, cuius honorem amplitudinem et commodum videre semper desideramus.

Capitula serenissimi et excellentissimi domini regis Bossine, porrecta per magnificum oratorem suae serenissime maiestatis illustrissimo dominio Venetiarum. . , ...

Primo petit . . . . creari nobilis Venetiarum . . . . . .

Item . . . habere unam domum in hac civitate.

Item . . petit unam aliam domum in civitate Jadre . . .

Item petit . . . . provideri per illustrissimum dominium de ballistariis et sclopeteriis . . . ut cum eis oppida et fortilicia sua muniri possit et se et statum suum conservare contra potentiam et invasionem Teucri . . .

Item petit . . . . . quod in casu quo eius maiestas a Teucro opprimeretur et viribus suae serenitatis et illustrissimi domini sepedicti ac aliorum resistere non posset, ita quod regnum suum, quod deus avertat, amitteret, illustrissimum dominium predictum de uno ex castris suis providere velit suae maiestati ac provisione pecuniaria . . . pro se et curia sua, usque quo iuvante altissimo et validis operibus christianorum ad eius regnum et statum restitueretur.

Item petit predictus serenissimus dominus rex, sicut superioribus temporibus vivente felicis recordationis serenissimo domino rege Thoma eius patre, per illustrissimum dominium iam dictum concessum et promissum fuit, quod casu quo sua serenitas deliberaret in banatu Croacie recuperare et obtinere aliquod castrum vel locum bani Pauli, quod id sibi plene liceat, . . . nec aliquod subsidium det illustrissimum dominium bano Paulo. . . . .

Item petit . . . quod illustrissimum do-

minium contentetur per suas humanissimas litteras regratiari illustri domino duci Stephano, pro pace inita cum serenissimo domino rege Bossine antedicto, quodque hortetur ipsum ad perseverandum in ea, et denique ostendat pacem et concordiam ipsam gratissimam habuisse, cupereque maiorem in modum illam fore perpetuis temporibus duraturam.

Ultimo denotat is magnificus orator serenissimum dominum regem Bossine prefatum, coronatum fuisse de regno suo predicto libero omnium suorum principum et dominorum regni ipsius consensu, maximoque applausu et alacritate, sicut etiam eius relatione oretenus facta coram illustrissimo dominio antedicto plenius denotavit, quod intelligere potest, ipsum illustrissimum dominium sibi significari parte prefati serenissimi domini regis, tanquam ad fratrem carissimum et amantissimum, cum toto regno et statu suo ad honorem et statum illustrissimi dominii sepedicti.

Secr. consil. rog. Lib. XXI. ch. 69.

CDLXXXIX. 1461. 1. Decembris.

Предложеня и захтеваня посланика херцега Стефана Босне, изложена влади Млетачкой.

Ambassata de lo illustrissimo ducha Stefano et etc.

Serenissimo principo et excelsa signoria. El vostro como bon fratello ducha Stefano de Bossina notifica a quella, chomo dapuo la morte del re de Bossina, el suo figlio Stephano, tolse la mia figlia, olim moglier del re prefato, passato per sua madre; possa mando da mi li soi ambassadori, che io volesse far paxe con lui, io vista la bonta haveva verso la mia figlia, li fece la paxe. E si li manda el conte Vilaticho, mio figlio con li altri baroni per incoronar lo; per tanto prego la signoria vostra, vogliate esser contenti de tanta pace, per tanto prego la illustrissima signoria vostra, li voglia concedere quello domandera per mio amore, e a mi sara cossa gratissima. E meglio sara habiate a vestri commandi dui che uno.

Item notifico ala signoria vestra, chomo etiam credo sapiate, che dapuo che el gran Turcho aquisto tuta la Servia, ando verso Trabesonda e Sinopoli, e ha aquista quello paexe, etiam ha facto paxe con el re de Ungaria, secondo sentiamo. Non penso al presente altro, se non che vegna verso nui, per tanto se provedemo con dio e con li amici, impertanto prego la prefata signoria vestra, me concediate tanti ballestrieri e schiopetieri, quanto piace a quella, al pagamento parte de nui et parte de la signoria vestra, secondo a quella pia-

cera, per guarda de li mei castelli. Aviso etiam a' la signoria vestra, che el gran Turcho ha mazor paura de quella, che de tutti Christiani, per tanto se di novo vogliti fare pace con quello, prego me voiate metere con vuy, como vestro bono fratello et citadino.

Item altre volte ho domandato per mei ambassadori, che la illustrissima signoria vestra se degni concedermi alguni castelli, unde me possa ridure se per fortuna o per mei peccati fosse expulso del mio paexe. Etiam di novo supplico a quella, se degni concedermi questo, como a suo bono fradello, per fina che dio provedera meglio. Etiam me guardi da quello da tanto inconveniente.

Item notifico alla signoria vestra, chomo l anno passato el gran Turcho me vene adosso con suo exercito, io manda dal re de Hungaria Mathias me desse adiuto, me rispoxe non poteua, per che era in Boemia con suo exercito. E cussi lui comando a ban Paual de Croatia, che in persona con suo exercito me desse socorso. El me rispoxe, che non hauea tante persone bastasse per mio soccorso. E che li desse danari azo potesse a soldare homeni. Io li deti ducati tremillia. Vegnando lo exercito del Turcho per el mio paexe, non me dete sicorso alguno, per la quale cossa me

fo necessario fare paxe, e con grande mio danno, per che li deti ducati ·XL· mille, ultra la preda che meno con luy. Etiam el predicto ban Paual in la morte del re Thomaxo, involo uno castello al re Stefano de Bossine. Io me lamenta al re Mathias de lo ingano me hauea facto, me rispoxe, vuy seti la a presso, pagative al meglio che potete. La inimicitia habia con la signoria vostra non voglio dir nulla. Ma voglio li conti in quelle parte de Dalmatia faza testimonianza. Impertanto pregoet iam la signoria vestra, me concedati ballestrieri, azo possa vendicare del vostro inimico e mio. Et prego li soi homeni non sia riceuuti in le vostre terre. Et che non li date uituarie, ne socorso a soi castelli.

Item sa la illustrissima signoria vostra, chome io feci el mio castello nove de consentimento de quella a chade, che le vestre nave per fortuna o per altro ariva in Bocha de Cataro, vane li mei marcadanti per comprare lane o altre cosse, li quali non inevoleno vendere, digando, che non hano licentia da la signoria; per tanto prego la prefata signoria vostra, me concediate gratia, possano comprare, e sopra de questo me dia una lettera aperta con la bolla vostra pendente.

Item adviso la illustrissima signoria, chomo el mio ambassadore, conte Preuir

lauo e mio camerlengo, el qual manda per el fato de ban Paual, me ha scripto la risposta, li fece la signoria vostra, la quale ho molto ben intexo, e assai me son maravegliato, per che non expectava simele risposta. Specialmente del castello de Clis. Unde dite che Clis Paual la arecomanda ala signoria vostra, de che sapiando che sia vostro, non voglia dio li faza dispiacere alguno, ma anzi li faria piacere como a cossa mia, per che le mie cosse son vostre e le vostre reputo siano mie. Ma per che lo trovato in le man de ban Paual, io gli ho facto guerra como a vostro inimico e mio, como li vostri rectori de Dalmatia sano. E cussi prego la prefata signoria vostra sia contenta, li faza guerra como a vostro inimico e mio. E cussi io per via del re de Hungaria et per ogni altro modo, cercharo de hauere il predicto castello de Clis. Impertanto etiam prego, non li dati soccorso ne adiuto. E vogliando dio habia el predicto castello sara a vostro piacere, como sono tutti li altri mei.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 71.

CDXC. 1461. 1. Decembris.

Одговоръ посланицима херцега Стефана, на ньіова предложеня и заитеваня.

Quod spectabilibus oratoribus illustris ducis Stefani, qui in verbis et in scriptis

explicaverunt nobis quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod quippe dicere non possemus letitiam et gaudium, quod suscepimus cum primum nobis innotuit excellentiam domini sui cum serenissimo rege Bossine ad bonam pacem et amicitiam devenisse. Nam habuimus semper ad ipsos dominos magnam benivolentiam et affectionem, omnemque honorem et commmoda sua, statuumque suorum semper carissima habuimus. Et quando contra id quicunque intelligebamus, erat nempe nobis valde molestum, Et hinc processit quod ante concordiam istam suam, elegeramus legationem nostram profecturam ad ipsos dominos, ut nihil studii et diligentae ex parte nostra pretermitteremus pro pace predicta; pro qua reddere sibi volumus magnas gratias et non dubitamus ex hac unione sua multa bona subsequi posse. Licetque id non opportere putemus, hortamur tamen excellentiam suam pro multa affectione et fraterno amore nostro, ut in hoc suo tam laudabili proposito de bono in melius perseveret.

Ad partem balistariorum et sclopeteriorum, qui petuntur respectu Turci, respondemus, quod licet pro virtute et solita magnanimitate illustris dominationis sue, ac pro situ passibus et conditionibus locorum et territoriorum suorum non dubitemus, at-

tenta etiam coniunctione et bona unione, facta cum dicto rege, quod in omnem casum viriliter se prevalere poterunt et tueri statum suum contra Turcum, advisamus tamen ipsos spectabiles oratores, quod principes et potentie Christiane iam excitantur ad procedendum potenter contra Turcum, et nos quoque pro parte nostra pro comuni bono Christianitatis honorem dei facere intendimus, non parcendo periculis nec expensis. Et ultra quod in satisfactionem prefati illustris domini ducis, sumus bene contenti, quod pro tuitione sui status contra hunc Turcum, de locis nostris habere possit de ballistariis et sclopeteriis pro pecuniis suis, dicimus quod semper quando videbimus in eius opportunitatibus prestare sibi posse favores nostros, id libenter faciemus, quoniam et honorem et commoda sua sicut propria desideramus. Licetque cum Turco aliud concordium non habeamus, nec ex his que videri possunt habituri simus, tamen ob id, quod nobis dici fecit, si forte aliquo tempore aliter sequeretur, libenter faciemus iuxta requisitionem suam.

Circa partem locorum nostrorum, quae petuntur casu quo per Turcum peleretur ex statu suo, dicimus quod confidimus ut prediximus, in divina clementia et in virtute et potentia sua et aliorum predictorum, quod casus iste nunquam occurret, imo quod

excellentia sua se prevalebit et conservabit in statu suo, sicut tota mente desideramus. At tamen si forte quod absit, aliter videretur posse occurrere, erimus semper bene contenti, quod cum persona filiis familia rebus et bonis suis, omniumque suorum per terras et loca nostra se reducere possit, ad locum nostrum Liesne, sicut etiam alias sibi dici fecimus. Nam semper excellentiam suam libenter videbimus et honorifice suscipiemus, et in cunctis que a nobis fieri poterunt, semper ei complacere curabimus.

Ad factum iustificationum prefati domini ducis contra Paulum banum Croatie, cui guerram facere intendit, petitque ballistarios pro vindicando se contra eum dicimus, quod licet voluntas et dispositio nostra optima sit in omne decus et commodum ipsius illustris ducis, non videmus tamen stantibus terminis, sibi salva honestate et honore nostro in hoc satisfacere posse. Et etiam quod subditi illi sui venire non possint ad loca nostra, non videmus id iuste in hiberi posse, quum loca et territoria nostra aperta et comunia sunt. Nec aliter absque offensione honoris nostri facere posse videmus.

Pro quanto autem spectat ad bellum quod gesturus est contra banum Paulum, cum simus fraterne affecti excellentiae prefati ducis, noluimus nec volumus de eo nos aliter impedire, nec etiam de terris et locis illis suis

Croatie, nisi solum de duobus, videlicet: de Ostroviza, quae ut notum est alias fuit nostra, et in ea ius plenum habere pretendimus; et de Clissa quae fuit in protectione nostra et recomandati nostri. Ideoque rogamus excellentiam suam, sicut etiam alias ei dici fecimus, ut pro honore nostro de his duobis se impedire non velit, de aliis vero faciat ut sibi libet. — Circa partem per quam petit mercatores suos posse emere lanas et alias mercationes a navibus et navigiis nostris in Culfo Catari, vellemus libenter sibi complacere posse, sed advisamus eum per leges nostras, quibus contravenire non possumus, esse inhibitum, quod mercationes et queque res onerate extra culfum super navibus et navigiis nostris, vendi non possint, nec conduci alio, quam Venetias, et licet sepe fuerimus requisiti a terris nostris propriis Dalmacie, quod eis concederemus id quod nunc petit prefatus illustris dominus, tamen id semper denegavimus, obstantibus nostris legibus predictis, quare rogamus excellentiam suam, ut nos habeat excusatos.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 70.

CDXCI. 1461. 19. Februarii.

Налогъ управителю Сплѣтскомъ, да гледи добити тврдиню Клиссу одъ бана Хрватскогъ Павла за новце, како неби пала у руке Турцима.

Ex litteris rectorum nostrorum Tragurii et Spaleti constat, illustrem du-

cem Stefanum sancti Save, accersito auxilio Bossinensium et Turchorum, provinciam Croatie esse invasurum et imprimis omne studium positurum ad obtinendum oppidum Clisse. Quo loco occupato, quo in periculo ille nostre civitates sint constitute et quemadmodum pateant ad omnem Turchorum impetum, facile ab omnibus intelligi potest. Quamobrem magnopere cavendum est, et omni opera et cura studendum, ut locus ille Clisse in manus et potestatem nostri dominii veniat; ideo vadit pars:

Quod mandetur rectori nostro Spaleti, ut omni opportunitate et prudentia perquirat et det operam sive cum bano Paulo sive cum alio quocunque, qui dictum locum dare et effectualiter assignare posset, ut aut venditione aut pignoris nomine habeat ipsum oppidum Clisse, nomine nostri dominii; pro quo promittere possit, usque ad summam ducatorum .X. mille et ab inde infra dandorum et numerandorum, designato nobis sepedicto oppido Clisse. Incipiendo promittere a minori summa, quemadmodum potuerit melius et habilius cum utilitate nostri dominii facere. Super qua re prudentiae et fidei dicti nostri rectoris Spaleti est confidendum. Et comittatur ei, quod omnibus dexteris et utilibus modis, quibus poterit utatur, consilio et favoribus et contributione fidelium nostrorum civium Spaleti, quemadmodum alias ip-

se suis litteris dominio nostro significavit, ad bonam et votivam executionem huius voluntatis nostre, circa obtentionem oppidi suprascripti Clisse.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 78.

CDXCII. 1462. 13. Novembris.

Одговоръ посланацника Херцега Стефана, на нъіова предложеня.

Quod oratoribus illustris ducis Stefani qui oretenus et in scriptis explicarunt nostro dominio, quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod agimus multas gratias excellentiae domini sui, pro omnibus quae nobiscum fraterne comunicavit, quae procedere cognoscimus ab amore et affectione in nos sua. Et quidem nobis valde molestum est, quod filius suus fuerit et sit inobediens excellentiae suae, tentaveritque quicunque, quod incommodum aut damnosum sibi esse possit. Optamus enim plurimum, quod sit obsequens patri suo, sicut merito esse debet. Certamque esse volumus dominationem suam, quod nos nihil unquam promisimus filio suo, nec in posterum modo aliquo promissuri sumus, nec etiam ipse a nobis quicunque requisivit, et si requireret, nos respectu benivolentiae, quam gerimus ipsi illustri domino, non prestaremus sibi aures modo aliquo.

Circa partem per quam orator Turci requisivit ab ipso illustri duce, aut C. mille ducatorum, aut illa tria castra et cetera. Dicimus: quod laudamus plurimum optimum propositum, Christianamque deliberationem excellentiae suae, quam scimus esse sapientissimam et magnanimam, et non dubitamus quod pro consveta virtute sua se prevalebit a machinationibus hostium suorum. Et quoniam petit a nobis ballistas et arma, ac etiam de gentibus nostris pro opportunitatibus suis, dicimus: quod cupientes in cunctis possibilibus sue excellentie complacere, sumus bene contenti, quod ex hac civitate nostra, libere et absque ulla solutione datii, extrahere possit et conducere ad loca sua, balistas et arma, que ad libitum suum hic emi facere potest. Sumus quoque contenti quod ad stipendium accipere possit de peditibus et aliis gentibus, pro favore rerum suarum.

Preterea iuxta requisitionem suam dicimus: quod si occurreret quod mittere haberemus oratorem nostrum ad Turcum, bono animo et libenter recomendari faciemus negotia sua eidem Turco; quoniam omnia commoda excellentiae suae, non minus quam propria desideramus, et etiam in omnem casum opportunitatis sue, quod deus avertat, et evenire posse non credimus, semper acceptabimus et suscipiemus dominationem suam, suosque et bona sua fraterne et amice, sicut sepe diximus et polliciti sumus nos facturos.

Ad partem per quam petit consilium nostrum, quod dicit nos etiam dedisse patruo suo, olim domino Sandali, qui dedit tributum Turco; respondemus: quod novimus semper excellentiam suam sapientissimam et Christianam, et certi sumus, quod sicut hucusque cum honore suo se gubernavit, prevaluitque ab hostibus suis, ita auctore deo faciet etiam in futurum; quoniam sperandum et confidendum est: quod et Summus Pontifex et alii principes Christiani etiam se excitare debeant ad faciendum honorem dei contra hostes fidei.

Pro quanto vero pertinet ad factum salis, justificetur res ista, que etiam de novo intelligatur, et exinde per collegium respondeatur ipsis oratoribus, sicut melius utiliusque collegio videbitur.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 126.

CDXCIII. 1462. 13. Novembris.

Предложения и захтевания посланика херцега Стефана.

Capitula porrecta per oratores illustris domini ducis Sthefani. Excelsa signoria: Som certo haveti intexo, come el mio figliolo Vladisauo e andato contra la mia uolonta al imperador Turco, et digando al imperador, chel mio padre me cazo del mio paexe et non dagandome la parte de la mia heredita, che me apertien.

Per tanto prego la vostra signoria et per questa caxon som uegnudo a i pie de la vostra signoria, che me fate la parte de territorio de zo che tien el mio padre ducha Stefano. El qual Vladisauo promete alo imperador Turcho cento milia ducati et anche piiu zo che sera al suo commando, cusi el paese, come i castelli. Al qual lo imperador rispose: donde haverai cento mille ducati da poi che tu e cazato fuora del tuo paexe e da tuo padre? Et Vladisauo li rispuse: che la signoria de Venexia me imprestera cinquanta millia ducati, et i Ragusei altri cinquanta millia. Per tanto pregamo la vostra excelsa signoria, se i haveti promessi, non li dati, et se non li haveti promesso, non li prometeti, per che ho manda a i Ragusei mei ambassadori: Loro zuraao che non li hano promesso niente, et si non li promettera, per che hano mazor bixogno per li soi facti, che per nui. Et oldando lo dito imperador le promesse del mio fiol Ladisauo, li dete grandissima hoste de Turchi, che vegnisse soura mi e soura lo mio paexe, commandando me lo dito imperador, che daga la mita del mio paexe al mio figliolo. Et in quello mezo sourazonse li Hungari al Danubio, per questa caxon, non ossoreno intrar nel mio paexe questi Turchi cum mio fiolo. Et dapoi arquanti zorni mando l' imperador el suo ambassador a mi, digandomi: el tuo figliol me ha promesso cento millia ducati,

per tanto dati me uui cento millia ducati, over date mi tre castelli, el primo: Corobuch, el secondo: Mizevaz, li qual do castelli sono a confini de Ragusi; el terzo castello: Zazevina, el qual e a confini de Dalmatia. Et dagandome uui centomillia ducati, overo questi tre castelli, io daro bona parte del mio paexe a to fiolo Vladisavo, et in el tuo paexe non tochero niente; per questa caxon te domando questi casteli, per esser piiu apresso Venitiani e Ragusei. Per tanto excelsa signoria ho deliberado piiu tosto morir, che dar questi castelli, ne centomillia ducati al Turco. Et cussi som certo che questo anno nuovo vignera el suo exercito contra de mi nel mio paexe. Per tanto prego la vostra excelsa signoria, se per caxo me sera de bixogno, che la vostra signoria me sovegni de ballestri et de arme et parte de soldadi, per che sempre ve ho dito excelsa signoria el mio paexe et li mie castelli sono sempre a i uostri commandi. Et se la vostra signoria mandera alguno ambassador al Turco, fate che el mio facto ve sia recommandado. Et ancora excelsa signoria supplica el ducha Sthefano ala vestra excelsa signoria, che quando el mio barba vaivoda Sandal ha voiudo dar el tributo al gram Turco, et uui l' haveti conseiato che l' li daga, et cussi prego la vostra signoria dati a me conseio zo che debio fare,

pero che non ho mazor amigo che la vostra signoria.

Et siando zonti nui ambassadori a Ragusi et spectando el tempo de partirne, vene uno zentilhomo del nostro signor ducha Sthefano, per lo qual ne mando digando, da poi ue partisti da me, vene uno ambassador de Turco da mi, per lo qual me mando a dire, e ho sentito, che tu te tiem cum el Papa, et si te manda li suo ambassadori, et tu li manda i tuo ad esso, et simelmente cum la signoria de Venexia. Et per questo te commando, che tu non habi a far niente cum la signoria de Venexia, ne cum el Papa. Et io li respusi: che mio padre e mio barba sempre ha habudo per suo signori li Venitiani, et cussi anche io li voio haver per mie signori, per tanto prego la vostra signoria, se unaltra volta me mandasse questa ambassada, de me conseio che risposta i debo fare.

Signori in prima ho supplicado a la vostra signoria per li mei ambassadori, lamentando me soura el conte de Cataro, come me ha tolto uno barcoxo cargo de sale; la qual sale fu comprado, nelle vostre cita pagando el datio a pieno. Benche imprima per el tempo passado la vostra signoria me haveva facto de gracia de la mita del datio, et adesso quando compro el sal, pago integramente tuto el datio. El qual barcoxo habudo le contra lettere da i

rectori, dove esta compra el sal. Et io hò commanda ai mie zentilhomeni et a i mie Murlachi, soto pena de perder zo che i ha al mondo, che non comprino niente de sale, ne a Ragusi ne suso el suo territorio, excepto che comprano a Catharo et a Castel nuovo et a Narenta et a Spalato et per le altre cita de la signoria; et cussi la vostra excelsa signoria ha scripto et commandato al rector de Cataro, che me dovesse render el barcoso cum la sal; el qual rector rispuse: non la rendero niente, fino che non ho la lettera de la advogaria, et per tanto signori io advogadori no so, ne mando li mie ambassadori ai avogadori, excepto a vui signori.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 127.

CDXCIV. 1462. 11. Februarii.

Одговоръ посланницима херцега Стефана.

Quod oratoribus illustris ducis Stephani, qui venerunt ad nostram presentiam et in rebus imperatoris Turchorum, et requisitionibus sibi factis per Turcum, super quibus consilium nostrum petit, et circa alia et cet. exposuerunt ea, quae per serenissimum dominum ducem huic consilio relata sunt, respondeatur:

Quod agimus multas gratias excellentiae domini sui, pro fraternis et amicabilibus co-

municationibus nobiscum factis, quas procedere certi sumus a consveta magna affectione et benivolentia in nos sua. Responsum autem factum per illustrem dominationem suam domino Teucro de bombardis, gentibus et cet. contra Raguseos, tanquam dignum Catolico domino, et non minus gravissimum, quam prudentissimum plurimum laudamus.

Ad partem consilii quod sua excellentia a nobis habere petit, pro pecuniis quas Turcus ab eo requisivit, dicimus, quod considerata benivolentia, quam sibi gerimus, cupimus profecto in rebus omnibus ei fraterne cosulere, que sibi honorifica et comoda esse possint. Ideoque dicimus, quod attenta dispositione et perfidia Turchi, nullo pacto sibi possemus consulere, quod ei daret pecunias suas, que facile converti possent ad damna et iacturas excellentie sue. Sed commemoramus et laudamus, quod idem illustris dominus per illos convenientes et prudentissimos modos, qui sibi videbuntur, rem istam declinare debeat, et conservare sibi pecunias in opportunitatibus suis.

Circa ea que pertinent ad adventum oratoris Teucri ad nos dicimus, quod ex his, que nobis retulit, videtur eum ad nos venisse pro nonnullis differentiis particularibus mercatorum nostrorum et aliquorum damnorum illatorum, licet nos existimemus, quod potius forte venerit pro explorandis

rebus nostris, ut ipsa etiam parte domini sui commemorarunt. Ideoque dicimus, quod attentis artibus et versutiis suis, diligentes prefatum dominum sicut carissimum fratrem, laudamus plurimum et hortamur eum ad se uniendum et bene intelligendum cum serenissimo rege Bossine, ut in omnem casum unitis viribus se tueri possent contra communem hostem. Laudamusque magnopere, ut id ipsum faciat cum serenissimo rege Hungarie, ut potentiori manu se tueri et etiam hostem offendere possint. Nam et nos advisamus excellentiam suam, quod apud Summum Pontificem damus omnimodam operam, quod mittat subito in Hungariam unum reverendissimum legatum, cum provisionibus opportunis, ut ipsi regi augeantur vires gentium et favores contra prefatum hostem. In qua re nos etiam facimus et semper facturi sumus, quidquid boni a nobis poterit.

De privilegio seu patentibus litteris nostris, quas reconfirmari petunt pro domino suo, receptando in locis nostris cum suis si cogeretur a potentia Turci discedere et cet. dicimus, quod confidimus in bonitate divina et in virtute et magnanimitate excellentiae suae, quod nunquam eveniet casus iste; sed tamen in satisfactionem requisitionis sue, contenti sumus reconfirmare libenti animo, que sibi alias promisimus circa hoc, et facere sibi privilegium seu patentes litteras nostras in ampla et opportuna forma.

Hec autem responsio nostra iustificetur et honestetur cum predictis et aliis omnibus bonis et decentibus verbis, que collegio videbuntur.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 141.

CDXCV. 1462. 28. Februarii.

Молбе и зактевања посланика краля Босанскогъ, кои являю Млетчиһима, каква опасность іимъ прети одъ Турака.

Capitula sunt hec videlicet porrecta per ambassadores serenissimi regis Bossine.

Serenissimo principe. El serenissimo re de Bossina supplica a la illustrissima signoria vostra, commemorando caxa sua esser stada sempre in grande amicitia cum la signoria vostra et senza alguna differentia. Adesso constretto da grande pericolo et desegno el Turco fa contra de lui con deliberation de occupar el suo regno, dechiarando tal occupation esser summamente contra el stado vostro. E questo creda la signoria vostra certamente. El Turco hauer uxado con la suo bocha propria in questa forma con uno suo conseier intrinsico, el qual ha dato notitia cautamente al re de Bossina; come el Turco ha deliberato per ogni modo questa estade iugnir adosso de lui, e del duca Stefano, nominando anchor Raguxi

occupado, che hauero el reame de Bossina, fazando le bastie per dentro, non habiando altro contrasto, questo faremo leziermente, andando mi in persona, poi subito fato questo, posso romper cum Venitiani, da un di al altro, su tuti i suo confini, per fina sopra l'Istria, et a questo modo el mio desegno havera luogo.

Per tanto excelso principe voia intender la illustrissima signoria vostra, quanta ruina pensa far el Turcho al mio regno. Et per consequente al stado vostro. E de questo non prenda alcuna umbra la signoria vostra, che mi diga cum qualche fiction, ne conzar i fati mei cum la signoria vostra. E questo se pol provar, che el Turco ha deliberato far.

Parechi anni sono, che questa illustrissima signoria ha dato noticia al Turcho per missier Lorenzo Moro, come el reame de Bossina e colligado con la signoria vostra avanti che mai el Turcho venisse in Romania. Adesso anchora se poria dir per provar el suo desegno, re de Bossina esser membro con la signoria vostra za tanto tempo, non pero levando el tributo consveto al Turco. Et vederete se el Turcho vora attender a tal parole e non circhar a subiugar questo reame. Re non crede che vora far non me seguir i suo desegni.

Per tanto dixe a la signoria vostra, vuy rompando con el Turcho, non havera modo

de tuor a mi la mia signoria, ne etiam far contra la signoria vostra, quel che pensa. Non rompando la signoria vostra, l'havera el modo de far contra de mi, e del ducha Stefano, dubito quel vora, per che el vignera con tutta la sua possanza, e se pur non pora occupar cussi presto el nostro regno, cerchara de haver quella parte, che piu fara al suo proposito, in modo, che i suo desegni haverano luogo.

Ma se la signoria vostra vuol romper con lui al presente, e son contento vui voiando, de esser in queste parte capitaneo vostro, et far per vui et per mi, non attendando ne ali partidi, ne ale manaze del Turcho; e quel che la signoria vostra fara per el vostro stado contra el Turco, quando mi havero perso, cum mancho affano et pericolo pora far, avanti che mi havero perso. E questo se vede chiaramente, el Turco se fa ala zornada piu grande per taxer i Christiani.

Ecco anchora mando a la sanctita del Papa, narandoli tal pericoli, con questo che la signoria vostra dia ordene a li mei ambassadori, quel e chome de parlar a la sanctita sua circa tal pericoli.

Ancora sa la illustrissima signoria vostra, come la sanctita del Papa havea dato al mio padre certa monition de armamenti de la cruciata se trova in Dalmatia, ala signoria vostra non li parse di lasarli a quel

tempo. Dapoi quelle monition medeme havete concesso al ducha Stefano. Adesso a questi bisogni degnasse la signoria vostra, de farme qualche parte de le monition vostre, quella parte par meglio ala illustrissima signoria vostra.

Ancora excelso principe se pur la signoria vostra non vora romper apertamente con el Turcho, degnasse la signoria vostra darme alcuan quantita de ballestrieri, azo che possa metter ne le castelle, per fin tanto che la signoria vostra me includa con vui insieme o in pace, o in tregua con el Turcho, overamente apertamente cum lui rompera.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 142.

CDXCVI. 1462. 28. Februarii.

Одговоръ посланицима краля Босанског.

Quod oratoribus serenissimi regis Bossine, qui oretenus et in scriptis explicaverunt ea, quae huic consilio nota sunt, respondeatur:

Quod intelleximus quantum ipsi spectabiles oratores nobis prudenter exposuerunt parte serenissimi domini sui. Cui multas gratias habemus pro comunicatione nobiscum facta, et pro magna affectione et amore, quem eum gerere videmus nostro dominio. Nosque maiestatem suam certam esse volumus, quod eam sincere diligimus, cupidique

sumus sibi in cunctis possibilibus complacere. Licetque esse videamur in pace cum Turco, attentis tamen conditionibus et perfidis modis suis, paravimus et paramus continue potentissimam classem nostram cum gravissimis nostris impensis, ut possimus pravis conceptibus eiusdem Turchi, pro quanto semper poterimus obviare, quoniam de eo non est nostro iuditio confidendum. Et ita etiam loquentes solita sinceritate cum ipso serenissimo rege, hortamur eum ad providendum magnanime rebus suis, sicut catholicum principem decet. Laudamus quoque plurimum ad bene intelligendum et uniendum se cum illustri domino duce Stephano, et cum aliis dominis illarum partium, ut in omnem casum contra hostem unitis viribus se tueri possint. Id ipsum etiam ut faciat persvademus cum serenissimo rege Hungarie, ut potentiori manu hostem offendere possint. Nam et nos certam facimus maiestatem suam, quod per oratorem nostrum apud Summum Pontificem damus operam, quod mittat illico legatos, alterum in Germaniam, alterum in Hungariam, cum provisionibus opportunis, ut ipsi regi coactis undique viribus et auxiliis sine mora succurratur, et contra Turcum, tam ipse quam sui se potenter tueri possint. Qua in re ut ex parte nostra nihil omittatur, deliberavimus, quamprimum mittere unum solennem orato-

rem nostrum ad ipsum regem Hungarie, ut collectis undique vicinorum regnorum et nostris possibilibus auxiliis, regnum suum tueri, ac etiam regnum Bossine ab omni molestia sublevare possit.

Circa partem missionis ad Turcum pro intelligendo animum suum et cet. dicimus, quod si id fieret, credimus quod pocius esset nocivum quam utile; sed speramus et confidimus in deo nostro et in his que iam tandem Summus Pontifex et principes Christiani brevi dispositnri sunt, quod cum sublimatione et gloria nominis Christiani multa bona cito fieri poterunt. Et nil minus si forte contingeret, quod aliquid per nos fieret cum Turco, erimus libenter memores de quanto dixerunt, quos etiam advisamus nuncium Turchi huc venisse, ut dixit solum pro certis particularibus differentiis mercatorum, licet tamen nos existimemus quod principaliter venerit, pro explorandis rebus nostris.

Verum, quum oratores ipsi ut dixerunt ad Summum Pontificem profecturi sunt, petuntque scire a nobis quid expositnri sunt, dicimus, quod cognoscimus serenissimum dominum suum prudentissimum, nec dubitamus, quod comiserit eis, quecunque expedientia sint et ad propositum rerum suarum, pro quibus etiam melius obtinendis offerimus nos scripturos ad oratorem nostrum in curia, ut

tam apud Summum Pontificem, quam aliter ut opus erit, eisdem oratoribus favere debeat, et agere pro rebus suis, non minus quam pro nostris propriis. In specie tamen videretur nobis, quod a sanctitate sua implorarent legatos ad serenissimum imperatorem et ad regem Bohemie, et specialiter in Hungariam, ut regnum illud collectis undique viribus, etiam consequenter regnum maiestatis regis sui, ab omni periculo et molestia tueri possit.

De municionibus cruciate quas petunt dicimus, quod ad requisitionem et instantiam Summi Pontificis alias dari fecimus duci Stephano certas munitiones ex terris et locis nostris Dalmacie, credimusque re vera, quod nihil aut parum restet ex eis. At vero in complacentiam ipsius serenissimi regis, cui multum afficimur, contenti sumus sibi dono dari facere balistas .L.-ta fulcitas capsis .L.-ta veretonorum, et barilia .L.-ta pulveris a bombarda.

Ad partem balistariorum, quos petunt, vellemus profecto serenissimo domino suo posse in rebus omnibus complacere, etiam propris nostris expensis; sed ut norunt tam in armata nostra, quam in aliis multis provisionibus, munitionum, victualium et gentium positarum in terris et locis nostris finitimis Turco, maximas expensas patimur. Ex quibus omnibus rogamus serenissimum regem suum, ut nos habeat supportatos. Sed

sumus bene contenti, quod in terris et locis nostris accipere possit stipendio, quoscunque voluerit balistarios, eosque in suis opportunitatibus exercere.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 141.

CDXCVII. 1463. 26. Aprilis.

Одговоръ херцегу светогъ Савве Стефану, на нѣгово писмо, и налогъ управительима Скадра и Албаніе, тичуħи се тогъ одговора.

Quod illustri domino duci Stephano sancti Save ad eius litteras lectas huic consilio, respondeatur in hac forma:

Displicenter audivimus profecto ex litteris excellentie vestre 8 et 20 mensis Martii prope preteriti datis, aliquam novitatem vel incommodum statui excellentie vestre occurrere. Nam fraterne ei affecti maxime optamus status vestri conservationem. Et ut nostram bonam intentionem clarius intelligat, inspectis duabus requisitionibus suis, in dictis litteris declaratis, parati sumus in eius complacentiam scribere et iam scripsimus circa primam partem, rectoribus nostris Albanie in opportuna forma, ut ad omnem ipsius excellentie vestre requisitionem, eius desiderio satisfaciant. Et circa secundum, ex affectione nostra ad excellentiam vestram parati etiam sumus, omnem nobis instantiam possibilem facere, ut ipsa excellentia vestra eius consequatur intentum.

Et ex nunc captum sit, quod scribatur comiti et capitaneo Scutari et aliis rectoribus nostris Albanie, qui videbuntur, in hac forma:

Scripsit nobis nuperrime illustris dominus Stephanus dux sancti Save, frater noster carissimus, magnificum dominum Scanderbegum sue excellentie se obtulisse accessurum ad eius favores, dummodo transitum per territorium nostrum habere valeat; quare cum nostro consilio rogatorum vobis mandamus, quatenus ad omnem requisitionem dicti illustris domini ducis, passum et transitum per territorium nostrum dare debeatis dicto magnifico domino Scanderbego, eundi cum gentibus suis, vel etiam suis gentibus sine eo, ad subsidia predicti domini ducis; habendo semper tamen bonam advertentiam ad securitatem status et locorum nostrorum.

(Et circa transitum dandum gentibus predictis vos cum ceteris rectoribus nostris Albanie, per quorum territorium transire haberent intelligere debeatis.

Et preterea ex nunc, quod per primam galeam que expedietur, collegium loqui faciat communitati Ragusii, in illa forma et illis verbis, que dicto collegio videantur.

Nota quod additio facta litteris directivis comiti et capitaneo Scutari, vi-

delicet a (infra processit de mandato totius collegii.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 148.

CDXCVIII. 1463. 13. Junii.

Наставленѣ за генералъ капетана морскогъ Алоизія Лоредана, у комъ му являю да су Турци заузели Босну и заробили Босанскогъ краля.

Ser Aluisio Lauredano, procuratori sancti Marci, capitaneo generali maris.

. . . .

Ma per che al presente semo facti certi, el Turcho esser intrado nela Bossina, et tuta quella ha subiugado, et prexo el suo re, et ancha forsi procedera piu oltra, a i damni nostri, havendo presertim a memoria el ricordo vestro del partido de la Morea, ve dechiarimo con el nostro conseio de pregadi, esser de nostra intention che hauute le presente, debie attender a questo partido, se cussi per la prudentia et virtu vostra cognoscerete esser el meglio et piu utile del stado nostro et salute de l'armada et gente nostre.

. . . .

Secr. cons. rog. Lib. XXI ch. 158.

CDXCIX. 1463. 14. Junii.

Писмо Римскомъ папи, у комъ му являю Млетчићи, ка ко су Турци заузели Босну и заробили краля.

Summo Pontifici.

Sepenumero beatissime pater impendentibus Christiane rei animadversis periculis, ob superbissimi hostis Turci cupiditatem et insolentiam, ut qui finitimi rebus essemus, atque plerisque coniecturis et signis de pessima eius voluntate deque apparatibus bellicis et tum maritimis, tum terrestribus aliquid exploratius haberemus, apud sanctitatem vestram, supremum Christianorum principem et Catholice fidei defensorem, nunciis et litteris antea, postremo per oratorem egimus nostrum, de provisione que tam acerrimi hostis cogitatibus opportune opponeretur. Nunc vero quod diu in suspicione habebatur, magna iam ex parte prorupisse in actum conspicimus. Ecce venerandae crucis infestissimus inimicus, omnibus undique coactis copiis, perinde atque nemo inter Christianos reliquus sit, qui eius cupiditati atque impetui vel possit vel velit occurrere, regnum Bossine est aggressus, fines cuius passim populatur, incendio, ferro, cedibus cuncta devastat, incolas misere divexat, atque in direptionem et predam suis satelitibus dat; potiora regni atque munitiora castella et oppida, partim vi et armis, partim deditione iam

cepit, **regem ipsum**, quod sine dolere et lacrimis ne cogitari quidem animo debet, fede ac misere captum habet, quidquid superesse videtur illius regni, quod parum est, tale est ut facillime occupari possit, ruptis iam reseratisque claustris, dissipatis regni custodibus, occupatis munitioribus oppidis, capto denique rege. Iam aditus undique ad insinuandum sese in Christiane ditionis precordia, hosti acerrimo patefacti sunt, nec est quod cupiditatem eius sistat, nisi armis et vi perpropere obviam eatur. Iam hostilis exercitus, superatis **regni Bossine** finibus, ad littora usque **Segne**, id est ad hostium et fores **Italie** infestis armis gloriabundus irrumpere non est veritus. . . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 160.

D. 1463. 25. Junii.

Писмо посланику Млетачкомъ у Риму Бернарду Юстиниани, у комъ му являю да Турци освоивши Босну већъ ударају на Хорватску, зато да су се Млетчићи решили стати имъ на супротъ.

Ser **Bernando Justiniano** militi oratori nostro apud Summum **Pontificem**.

Superioribus litteris scripsisse vobis recolimus miserabiles depopulationes, rapinas, strages, quas saevissimus nominis Christi hostis, miserrimo **regno illo Bossine** intulit; insuperque regem eius ab eodem prodito-

rie captum, in miserabili servitute detentum esse. Nunc vero ut per litteras ex Dalmatia habitas certiores facti sumus, idem ipse truculentissimus hostis, nomen Christi simul cum dei populo perdere festinans, aggressus est Crovatiam et partes regni Bossine inferiores, iam iamque in faucibus Italie omnia cede atque sangvine oplens, oppida, castella, urbes, atque munitissimas arces vi et armis expugnare contendit; et quoniam victoria una alterius est initium et accessione virium, quotidie in maius excrescit, horribiliaque magis, magisque feda populo dei et minatur et infert, nos honoris et glorie dei et Jesu Christi salvatoris nostri haud immemores, insuper et salutis nostre atque ecclesie sancte, maiorum nostrorum vestigiis inherentes, quamvis tantum oneris nos solos sustinere posse non iudicamus, decrevimus tamen auctore deo statum nostrum defendere, et insolentiam . . . . tam acerrimi hostis . . . . propulsare, neque copiis ullis aut exercitibus, aut classi ulli nostre aut nostrorum vite parcere. . . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 162.

DI. 1463. 28 Junii.

Заключено на молбу посланика града Дубровника, да капетани млетачки галія притеку Дубровчанина у помоћь, ако би Турци на ове напали.

Redierunt ad nos oratores Ragusei, asserentes, quod cum bona et grata licentia nostra repatriare intendebant; cumque dubitarent plurrimum de adventu exercitus Turcorum contra Ragusium, rogabant nos instanter, quod mandaremus supracomitis galearum nostrarum in partibus Dalmatiae existentibus, quod casu quo exercitus ipse Turcorum se conferret ad expugnationem Ragusii, cum galeis eis commissis ad favores suos accederent, si fuerint requisiti. Et conservatio illius civitatis tantum statui nostro importet, quantum facile intelligitur: propterea vadit pars:

Quod iuxta dictam requisitionem complaceatur Raguseis, et circa hunc effectum scribatur prefatis supracomitis nostris, quod adveniente casu facere debeant.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 163.

DII. 1463. 12 Augusti.

Одговоръ Босанскимъ властелима, кои моле за помоћь како би могли опетъ отети Босну одъ Турака.

Quod nobilibus Bosinensibus, qui ad nostri dominii presentiam se contulerunt, subsidium nostrum pro reaquirendo re-

gno Bosine implorantes, illudque tam suo, quam aliorum nobilium nomine offerentes; cum dicant et eos nobiles et omnes incolas regni ipsius, nullum alium dominum velle, nisi nostrum dominium, et si non admittentur, subigent se ditioni Turcorum. Commemorantes quod oratorem nostrum ad illustrem ducham Stephanum Sancti Save et alios dominos partium illarum mittere velimus.

Respondeatur: nos iuxta recordamenta sua deliberasse oratorem nostrum ad ipsum illustrem ducham Stephanum et alios dominos partium ipsarum mittere, pro intelligenda intentione eorum, et ad hortandos inducendosque eos, ut huic expeditioni favores suos impendere velint; cui nos a latere nostro minime deerimus; sed quidquid nobis possibile fuerit faciemus, pro reverentia omnipotentis Dei et conservatione catholice fidei.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 175.

DIII. 1463. 14 Augusti.

Налогъ посланику Млѣтачкомъ кодъ краля Угарскогъ да овомъ яви, како ће Млѣтчићи скоро ударити на Турке, а надаю се за цело да ће то исто учинити и херцегъ Стефанъ и Скендербегъ, него и онъ да учини што више може.

Ser Ioanni Aimo militi, oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie

Volumus quod his habitis adeatis presentiam istius serenissimi regis, cui

nomine nostro dicetis, quod nuper multis modis ad notitiam nostram pervenit, maiestatem suam cum serenissimo imperatore ad bonum concordium et intelligentiam devenisse, habuisseque coronam regni, de quo. . . singulare gaudium . . . assecuti sumus . . . . . Misit ad nos pontifex maximus reverendissimum cardinalem Nicenum legatum, ob hanc unicam causam fidei, ut quecunque gerenda sunt expediantur. Sed id apud nos non opus erat, quando quidem ut diximus iam rumpere instituerimus contra hostem. Adhibetur quoque opera omnis nostra, ut dux Stephanus, dominus Scanderbegus, et alii domini finitimi agant contra seuissimum hostem tam versus partes Bossine, quam alibi, ut undique propulsari possit. In qua re . . . nos . . . nihil de possibilibus omissuri sumus . . . . . Superest. . . ut suam maiestatem hortemur et rogemus, ut ex parte sua, pro vetusto more progenitorum suorum magnanime agere velit contra communem hostem. . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 177.

DIV. 1463. 26 Augusti.

Наставленѣ за посланика, кои иде къ херцегу светогъ Саве Стефану, и къ сину овога кнезу Владиславу, како да гледи помирити ій, а уедно побудити на рать противъ Турака ради ослобођеня Босне.

Quod viro nobili Antonio de Priolis, oratori designato ad illustrem dominum

ducem Stephanum Sancti Save fiat haec commissio.

Christophorus Mauro Dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Antonio de Priolis, dilecto civi et fideli nostro, quod vadas honorabilis orator noster ad illustrem dominum ducem Sancti Save. Et cum omni celeritate te ponas ad iter executurus cum diligentia infrascripta mandata nostra.

Primo namque volumus ut te conferas ad civitatem nostram Spaleti, ubi conferas cum illo comite nostro, et tam ab eo, quam ab illis fidelissimis civibus et aliis, a quibus exactuis et diligentius informari posse speraveris, sumas omnem minutam et particularem informationem de statu et conditionibus provincie Bossine, quot in ea Turci sunt; quot loca et que ab illis occupata tenentur; quot et que in manibus aliorum, et qui sunt qui oppida in provincia illa ultra Turcos possident; qui motus sunt in provincia ipsa; que conditio vivendi, et cuius auctoritatis ac virium est unusquisque illorum Bossinensium, qui Spaletum profugi se receperunt, et inter ceteros hic, qui apud nos est, nomine Ivanis. Et per quorum medium novi aliquid illic suscitari posset; et cum quibus viribus, cum quibus modis provincia illa posset de manibus Turcorum recuperari, et sub cuius nomine res facilior

factu esset. Item de situ illius partiumque suarum, et si quid in ea est passus aut validum quoppiam oppidum, quod pro dominio nostro faceret ad custodiam, vel etiam tutelam rerum nostrarum Dalmatie. Item quot homines nos ex Polizia et ex reliqua Dalmacia nostra pro favore impresie conferre possemus; ac quomodo homines ipsi nostri apti et idonei essent et quo modo, sub quorum ductu, ad que loca commode mitti possent. Et de omnibus diligentissime cum veritate informatus, priusquam ex Spaleto discedas, quecumque tuis litteris nobis denotanda curabis, et ita sufficienter ut nihil restet, quod circa res illas a te desiderare possimus. Illos autem Bossinenses, qui Spaleti sunt, bonis verbis suasos et contentos facere et tenere procurabis.

De Spaleto expeditus iter tuum accelerabis versus illustrem ducam Stefanum, ubi illum esse intellexeris, cui presentatis literis nostris credentialibus, factisque salutationibus et oblationibus pro more convenientibus, dicere et exponere debeas: quod quando ad nos allatum fuit de oppressione, quam immanissimus hostis fidei ei statuique suo, post regni Bossine excidium, regisque trucidationem inferebat: dolorem et displicentiam sumpsimus, quam certe exprimere verbis non possemus; tum ob amorem et studium nostrum in omnes Christianos principes,

tum vero ob singularem caritatem, qua precipue illustrem dominationem suam semper sumus prosecuti et prosequimur. Unde secuta postea per divinam clementiam liberatione sua a predicta oppressione, et subsequenter recuperatione illarum rerum status sui, quas Turci primo impetu abreperant, magna summe affecti letitia, et cum sua excellentia amice et fraterne congratulamur. Restat solummodo ut imposterum illustris dominatio sua se excitet, ingenium animum et spiritus omnes suos dirigat ad provisiones, que non solum statum suum a tanto periculo tutum reddere habeant, sed illum et augere possint.

Ad que existimamus futurum opportunissimum remedium, recuperationem regni Bossine nuper perditi; quam recuperationem satis facilem iudicamus, modo excellentia sua, ceterique domini et barones, qui auctoritatem et vires habent, huic negotio incumbant; dominatus imo tiranis Turci in regno ipso nova et recens est. Barones, nobiles et populi illius peius contenti esse non possent, quoniam in sevissimam et fedissimam servitutem se redactos et subactos vident. Non est dubitandum, illos ad omnem motum insurrecturos et pro se quisque facturos quidquid poterunt pro exeundo ex tanta tiranide et acquirendo aliquam portionem status illius. Non deerunt preterea vicini et alii domini; qui partim benivolentia in eum, partim odio in

T u r c u m et timore suimet, suae excellentie faveant, et Turcum ipsum in diversis partibus molestare conentur. Propterea non expectet illustris dominatio sua, quod animi tepefiant et res Turci in regno illo diuturnitate temporis corroborentur. Ea preterea quae Spaleti senseris et intellexeris de conditionibus illis et tibi ad propositum visa fuerint, sumus contenti ut cum eo ad propositum conferas; et his omnibusque aliis verbis et rationibus quae prudentiae tue visae fuerint, procura et nitere quantum potes, ut excellentiam suam inanimes et inducas ad se movendum c o n t r a T u r c o s in illa provincia. Et ubi ac quomodo tibi magis utile et ad propositum convenientius visum fuerit, excellencie sue etiam dicas, quod nos quoque honestos et convenientes favores nostros ad liberationem regni illius ex manibus infidelium deesse non patiemur.

Nescimus ad quem terminum deductae sint dissenssiones quas cum f i l i o e i u s c o m i t e V l a d i s l a o habere consueverat, sed quoniam bonam tranquilitatem et quietem inter eos huic negotio, quam maxime conducere posse intelligimus; imo nisi inter ipsos, c e t e r o s q u e f i l i o s e i u s d e m d u c h e et eundem V l a d i s l a u m sit bona concordia, non videmus, quomodo ad rem hanc attendere possint. Volumus ut si inter eos concordia esset, illam confirmare et corro-

borare diligentissime studeas per modum, quod omnes simul omnibus viribus inter se optime inteligentes deveniant ad impresiam. Si vero inter ipsos dissenssio et simultas adhuc vigeret, volumus ut prefato d u c h e et similiter comiti V l a d i s l a o, ad quem cum nostris credentialibus literis te conferes, dicas nomine nostro et ostendas, dissidia sua fuisse causam maximarum cladium et dessolationum dominii eorum, et eos omnes ad extremum periculum conduxisse, amittendi uno momento statum et personas irrecuperabiliter, nisi summus Deus noster, per eius inefabilem clementiam, misertus eorum, illos liberasset. Propterea deponere velint omnem rancorem et dominus d u c h a inducat animum amplectendi comitem supradictum sincera paterna caritate; comes autem ipse se filiali amore et observantia erga patrem se inclinet. Et sumpta prout fuerit opus diligenti et particulari informatione differentiarum suarum et causarum ob quas dessident, omni studio et diligentia tua nitere illas componere et dominos ipsos penitus unire. Ostendasque comiti Vladislao pacem et concordiam cum patre pro ipso principalissime facere, ut directis viribus et studiis paternis et suis, ad recuperationem regni B o s s i n e, dominatum suum ampliare possit. Nihil tandem intentatum relinquas, ut pax et concordia inter eos sequatur, si ulla via id possibile est.

Factis expositionibus tuis et habita responsione subito ad nos scribe, et rerum omnium particularem informationem des, tam de conditionibus dominii eorum, quam de viribus suis, de dispositione sua, de gentibus quas habent sive habere possent, do modo quo impresiam capiendi haberent, de suis inter eos differentiis et causis et rationibus, quid speras, quid credis futurum; et breviter de rebus omnibus, quas verisimiliter nos intelligere debere et opus esse intellexeris; presertim vero voluntatem et dispositionem prefati duche et modos ac vias, quas habet ad hoc negotium ab eo intelligere procura et nos advisa, et nostrum in partibus illis madatum expectabis.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 181.

DV. 1463. 3 Septembris.

Одговоръ удовици кнеза Арнита, на нѣне молбе.

Venit ad presentiam nostri dominii magnifica domina olim uxor magnifici domini Arniti et exposuit, quod ob pacem nuper celebratem inter dominum Turchorum et magnificum dominum Scanderbegum inter cetera capitula continetur, quod prefatus dominus mittere teneatur filium prefati domini Arniti in exercitu cum prefato domino Turchorum, quandocunque opus fuerit; et quod considerata fide olim magnifici domini Arniti viri sui providere

velimus: quod dictus filius suus accedere non sit astrictus ad prefatum Turcum inimicum crucis. Preterea quod si ad pacem cum Turco veniemus, velimus in capitulis pacis eam et statum filiorum suorum comissum habere et in pace denominare; postremo quod de provisione sua, talem operam adhibeatur, quod habere possit ita de preterito sicut de futuro; respondeatur:

Quod intelleximus ea omnia, que prudentissime nobis dixit, et dicimus quod certissima esse potest, quod habuimus et habemus eam filios et statum suum carissimum, et molestissimum nobis esset, quod filius suus per magnificum dominum Scanderbegum mitteretur ad Teucrum, et ut huic inconvenienti obviaretur, si opus esset faceremus omnia remedia possibilia. Sed cum magnificus dominus Scanderbegus, licet fecerit pacem cum Turco, attamen sperandum est, quod tanquam fidelis Christianus arma contra Turcum accipiet. Quam ob causam cessabit missio filii sui, et contenta remanere potest.

Ad partem nominationis dicimus: quod si ad aliquam pacem cum Teucro deveniemus prefatam magnificam dominam filios et statum suum comissum habebimus et denominabimus in capitulis pacis, sicut conveniens fuerit.

Circa partem provisionis sue scribemus baiulo et capitaneo nostro Dyrachii in tali et adeo efficaci forma, quod absque dubio providebit singulis mensibus provisionem suam persolvere et etiam de preterito eidem satisfacere. Verum quia de provisione predicta ereditrix est dominii nostri de ducatis circiter 1200, ex hac civitate nostra recedere non potest absque pecuniis, ex nunc captum sit, quod de quibuscunque denariis nostri dominii et etiam de pecuniis depositi accipi debeant ducati III centi auri dandi prefate domine et ponantur ad computum provisionis sue.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 184.

DVI. 1463. 12 Sept. in Varadino Petri, in comitatu Syrmiensi.

Повеля Матіяша краля Угарскогъ, коіомъ уговара саюзъ са Млѣтчићима за ратъ противъ Турака.

Mathias Dei gratia Hungarie Dalmatie Croatie etc. rex. Ad futuram rei memoriam et stabilitatem significamus universis: quod quia perfidus Turcus Christiani nominis perpetuus hostis victoriarum cursu vehementius elatus atque in dies factus insolentior: nunc hos, nunc illos quadam sevitia poctius: quam rei militaris peritia domuit: multasque Christiani orbis provintias et regna dicioni sue subegit, numquam quieturus nisi et id quod reliquum est Christianitatis con-

sueta sevitia aggrediatur, opere precium videri debet omnibus Christiane fidei professoribus, ut iam vel post plurima vulnera diligentius intendant, si quo modo tandem profanis hujus hostis hiatibus obviam iri possit: inter quos cum nobis intentio hec precipue cordi esse debeat, qui hostis huius impetus et ferociora iacula assidue perferimus: ceterosque Christianos a tergo nobis ab hoste relictos lateribus et vulneribus nostris protegimus, oblatam divina inspiratione opportunitatem aliquo modo negligere dignum non putavimus. Requisiti igitur his diebus ex parte illustrissimi ducalis dominii Venetiarum per medium M. Iohannis Aymo oratoris ejusdem, ad suscipiendam amicitiam et societatem ipsius dominii pro gerendo et continuando bello contra dictum comunem hostem: tanto libentius annuimus: quando majus nobis ex hac unione et societate spes resistendi hostibus, et vincendi a Deo tribuitur. Ejus itaque nomine invocato qui non deserit sperantes in se, et qui de sua virtute gloriantes humiliat: matura deliberatione cum prelatis et baronibus regni nostri prehabita, cum illustrissimo domino Christoforo Mauro Dei gratia duce, et cum ducali dominio Venetorum ad hanc compositionem, unionem intelligentiam et ligam contra infidum Turchum optimo animo et sincera mente convenimus: cum his pactis capitulis con-

ventionibus promissionibus et obligationibus, pro conservatione et defensione sanctissime Christiane religionis et amplificatione nominis Christi redemptoris nostri, uti hic inferius continetur. P r i m o.

Illustrissimus dominus dux et dominium Venetiarum, cujus vice et nomine prefatus M. Iohannes Aymo miles ejus orator presens, qui circa hoc publicam autoritatem libertatem et potestatem habet, sicut clare patet per publicum instrumentum coram nobis ac prelatis et baronibus nostris visum et lectum, se offert et promittit illos perfidos T u r c o s in comunes hostes habere et tenere una nobiscum, et devenire ad apertum bellum cum Turco et contra eum viribus suis guerram gerere donec nos in guerra erimus, et hoc facere pro comuni securitate et favore ambarum partium. P r e t e r e a idem dominus dux et dominium Venetiarum ac eius vice et nomine annotatus Iohannes Aymo orator se offert et promittit devenire ad hoc apertum bellum contra Turcum ex parte maris c u m t r i r e m i b u s q u a d r a g i n t a optime instructis hominibus armis et instrumentis bellicis necessariis, et hoc pro comuni bono et securitate utriusque partis. I t e m idem dominus dux et dominium Venetiarum et eius nomine et vice iamdictus Iohannes Aymo orator se offert et promittit devenire ad hoc bellum contra loca, et statum hujus Turci comunis hostis

cum omnibus gentibus suis armigeris equestribus, quas in Peloponeso: et aliis hominibus et subditis suis, quos habet per loca ac maritimas et terrestres terras suas et Dalmatie, finitimas Turcis, et cum omnibus bellum gerere, ut ipsi Turci a diversis partibus propulsati cogantur per diversa loca divertere vires suas: et quod exercitus eorum minuatur. Et hoc pro comuni bono regni nostri, et status dicti ducalis dominii Venetiarum. Et nos teneamur ac debeamus hoc bellum gerere contra loca et statum hujus Turci comunis hostis a parte terre omni nostro conatu, pro comuni bono, utilitate et favore regni nostri, et status iamdicti ducalis dominii Venetiarum. Intelligendo in hoc quod contra statum nostrum prefatus dominus dux et dominium Venetiarum nihil debeat innovare nec operari; et similiter, nos contra statum ipsius domini ducis et dominii Venetiarum nihil debeamus innovare, nec operari, pro conservatione presentis lige.

Item una pars sine altera non possit devenire ad pacem, concordiam aut treugam cum Turco et hoc pro comuni bono Item tenetur, et servetur locus in hac presenti liga omnibus regibus, ducibus, principibus, comitibus et dominis cum suis coherentibus, vassalis et subditis posse ingredi in hanc presentem ligam et unionem contra hunc Turcum,

comunem hostem. Que omnia predicta, et quevis premissorum singula promittimus in verbo nostro regio, prout et prefatus dominus Iohanes Aymo vice et nomine prenotati ducis et dominii Venetiarum promisit cum omnibus promissionibus stipulationibus obligationibus clausulis, et cautellis necessariis et opportunis ac cum solennitatibus convenientibus rata firma et grata habere et observare; harum litterarum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex utimur est appensum, vigore et testimonio mediante. Datum in Varadino Petri opido comitatus Sirymiensis XII die mensis Septembris, Anno Domini. MCCCC LX tertio.

Correctum in cancellaria ad mandatum domini regis in consilio etc.

Comemoriale XV. ch. 88.

DVII. 1463, 4 Septembris, indict. XII.

Привилегія за грађанство млѣтачко, дата кнезу Прибисаву Вукотићу. (Скраћено).

Privilegium civilitatis de intus tantum per gratiam, spectabilis comitis et militis domini Pribissai Vocotich, qui fuit orator illustris domini ducis Stefani, cum suis filiis et heredibus.

Christophorus Mauro, Dei gratia dux Venetiarum et cet. Universis ...... personas egregias et virtutum dotibus insignitas, sibi devotas et fideles honoribus prevenire,

ac non modo laudibus verum et dignis titulis decorare, quanto ducatui nostro devotiores, nostreque reipublice commodis promptiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes itaque ingentis fidei et devotionis integritatem ac optimam dispositionem, quam spectabilis comes et miles dominus Pribissaus Vocotich, qui nuper apud nos fuit orator illustris domini ducis Stefani, fratris nostri carissimi, ad nos nostrumque ducatum et ad reipublicae nostrae, omniumque civium nostrorum commoda, multis modis ab ipsa rerum experientia dudum habuisse et habere cognovimus. Volentes in eum aliquod gratitudinis signum ostendere, notum facimus tenore presentium universis, quod suplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, consiliorum et ordinamentorum nostrorum, necessaria solemnitate servata, prefatum dominum Pribissaum, cum filiis et heredibus suis, civem nostrum Venetum de intus tantum fecimus et facimus, ac in numero aliorum civium nostrorum deintus tantum, assumpsimus, ac tenore presentium aggregamus, ipsum sincere benivolentiae ..... omnibus libertatibus beneficiis, prerogativis et immunitatibus, quibus alii Veneti et cives nostri de intus tantum gaudent et perfrui dignoscuntur, idem Pribissaus filii et heredes sui perpetuo gaudeant et utantur, cum conditione quod in fontico theutonicorum seu cum

Theutonicis mercari non possit, secundum formam consilii. Idem quoque dominus Pribissaus per eius legitimum procuratorem ad evangelia sancta dei soleniter fidelitatis debitum prestitit juramentum. In cuius rei fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Data in nostro ducali palatio anno dominicae incarnationis MCCCC LXIII. Indict. XII, mensis Septembris die quarto.

Ex privilegiorum libro II charta 46.

DVIIII. 1463. 25. Septembris, indictione XII.

Привилегіа на властелство млѣтачко, дата Івану, сину Ђорђа Кастріото. (Скраћено).

Privilegium magnifici et potentis domin- Juanni Castrioti, filii domini Georgii Castrioti, acceptorum ad dignitatem maioris consilii.

Christophorus Mauro, Dei gratia dux Venetiarum et cet. . . . Universis . . . . affectum. Ducalis excellentia nostra, in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas, prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro amicabiliores operibus se ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Iuannus Castrioti, filius magnifici et potentis domini Georgii Castrioti, nobilis civis Veneti de nostro

maiori consilio, capitaneus expeditionis in partibus Albaniae contra Teucros, semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit, notum fieri volumus unicuique, quod omni juris consiliorum . , . . . prefatum magnificum dominum Iuannum, cum eius filiis et heredibus legitime ab eo descendentibus ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsum sincere . . . . . et utantur. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis die vigesimo quinto mensis Septembris, indictione XII. MCCCC LXIII.

Ex libro privilegiorum II. ch. 46.

DIX. 1464. 13 Maii, indict. XII.

Привилегія на властелство Млетачко за господу Албаніе Тому, Константина и Арѐнита браћу. (Скраћено).

Privilegium de nobilitate maioris consilii in personam, magnificorum dominorum in partibus Albanie, Thome, Constantini et Areniti fratrum.

Christophorus Mauro, Dei gratia dux Venetiarum et. cet. Universis et singulis . . . . . affectum. Ducalis excellentia no-

stra in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas, prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro amicabiliores operibus se ostendunt. Unde cum magnifici et potentes Thomas Comino, Constantinus et Areniti fratres, domini in partibus Albanie, filii quondam magnifici et potentis domini Areniti, qui dum vixit fuit devotissimus et fidelissimus amicus nostri dominii, sequentes paterna vestigia, disposuerint eorum devotionem et fidem ad honorem et statum nostrum conservare, ac de bono in melius pro viribus augere; notum fieri volumus unicuique, quod omni Juris consiliorum et ordinamentorum nostrorum necessaria solennitate servata, prefatos magnificos et potentes dominos Thomam Comino, Constantinum et Areniti fratres, cum eorum filiis et heredibus legitime ab eis descendentibus, ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus et. de nostro maiori consilio fecimus et facimus, atque pro nobilibus et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsos sincere benivolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus

alii cives et nobiles nostri de nostro maiori consilio gaudent et perfrui dignoscuntur, prefati magnifici et potentes domini Thomas, Constantinus et Areniti, ac sui filii et heredes predicti, in Venetiis et extra ubique locorum, plenissime gaudeant prepetuo et utantur. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio anno dominicae incarnationis MCCCC LXIIII mensis Maii die XIII, indictione duodecima.

Ex libro prtvilegiorum II. ch. 46.

DX. 1464. 14 Augusti.

Наставленѣ за управителя Котора, кои явля да краль Фердинандъ оће да заузме градъ Нови и область синова херцега Стефана, да ово предупредя; а уедно и посланнку истога краля у Млетцима, да се изяви, да те землѣ и та лица стоѐ подъ заштитомъ Млетачкомъ.

Quod consideratis litteris comitis nostri Spaleti, lectis isti consilio de accessu ad partes illas duorum oratorum regis Ferdinandi, qui fuerunt cum comite Vlaticho: et attentis modis per eum servatis, et consideratis etiam litteris ex Novi scriptis per ducissam matrem dicti comitis Vlatici, significantibus animum dicti regis pretendere ad facta Novi et ad illas partes etcet. mitti debeat pro oratore regis eiusdem, sibique dicatur.

Quod per litteras rectorum nostrorum Spaleti, Catari certiores facti sumus de accessu ad illas partes duorum oratorum regiae maiestatis, qui fuerunt cum comite Vlatico filio olim ducis Stephani: et etiam per viam ducisse matris eiusdem comitis Vlatici intelleximus, ipsum serenissimum regem se impedire velle de rebus Novi et de statu dicti olim ducis Stephani, de qua re prefata domina et comes Vlaticus cum sint recomendati nostri, apud nos plurimum questi sunt. Hinc itaque factum est, quod hortari volumus ipsum oratorem, quod quamprimum de hoc scribere velit ad prefatam regiam maiestatem, significando sibi: Quod locus Novi et status prefate domine et comitis Vlatici, Ladislai et fratrum est in protectione et recomendatione nostra iam diu; ideoque rogare volumus maiestatem suam, ut iure affectionis nostre se impedire non velit de loco Novi et aliis locis et fratribus predictis, quae sunt recomendata nostra. Nam equum et honestum est quod sicut nos non impedimus de locis recomendatorum suorum, ita ipse de nostris se impedire non debeat.

Preterea quia providendum est ad secucuritatem et bonam conservationem Novi et aliorum locorum predictorum et ad faciendum bonum cor prefate domine et comiti Vlatico, ex nunc sit captum. Quod aucto-

ritate huius consilii scribatur et mandetur tribus supracomitis nostris galearum orie superantie et priole, que sunt in partibus A l-b a n i a e, quod quam primum se conferre debeant in aquas C a t a r i et N o v i, nutriendo se in partibus illis, et attendendo ad bonam conservationem Novi et status prefate domine et c o m i t i s V l a t i c i. Signifiicando sibi ita habuisse in mandatis a nostro dominio, quod honorem et bonum statum suum, veluti proprium desiderat. Prefati vero supracomiti per totum id tempus insimul stabunt; facere debeant Capitanariam ad septimanam, et nos de continuis occurrentibus suis litteris informare.

Insuper etiam captum sit, quod in responsione comitis C a t a r i circa ea presertim, que p r e f a t a d u c i s s a sibi scripsit de factis N o v i, scribatur et mandetur sibi: Quod mittere debeat inmediate nuncium suum ad prefatam dominam et comitem cum litteris suis credentialibus: declarando sibi optimam mentem et dispositionem nostram ad conservationem suam et status sui, qui nobis recomendatus est. Et provisionem factam de dictis tribus nostris galeis que se conferre habeant in illas aquas C a t a r i et N o v i, ut sint in omnem casum ad tuitionem et bonam conservationem Novi et status sui. Quodque hortamur illos quod sint boni animi, nec loca propria et patrimonialia pro aliis

locis advensinis quere velint; et etiam quantum diximus oratori r e g i s F e r d i n a n d i hic existenti, ut desistat, et non se impediat de statu predicto nec de comite V l a t i c o L a d i s l a o et f r a t r i b u s qui sunt recomendati nostri. Quodque attendant ad provisiones ex suo latere faciendas, ut si per quemcunque inquietari vellent se tueri possint: quodque tam per viam Catari, quam per viam aliarum terrarum nostrarum Dalmaciae, si ita opus sit possint providere et conducere de peditibus et ballistariis pro suis pecuniis, nam in terris nostris sicut jussimus rectoribus nostris, habebunt omnes favores possibiles.

Secr. cons. rogat. Lib. XXII. ch. 181.

DXI. 1466. 11 N o v e m b r i s.

Наставленѣ за кнеза Которскогъ, како да гледи миръ заключити са Іваномъ Црноевићемъ.

Facit pro statu nostro his maxime temporibus, quibus diversis in locis belli molestiis impliciti sumus, illis quoad possit nos levare, quamobrem vadit pars: quod respondeatur c o m i t i n o s t r o C a t a r i his verbis.

Accepimus his diebus litteras vestras 22 Octobris prope preteriti, quibus scribitis I u a n u m C e r n o v i c h cum per nuncium suum vobis significare fecisse: tum per litteras quarum exemplum nobis misistis postea declarasse, cupere in devotionem et gratiam nostri du-

minii redire. Ad quam venire contentus est modo illum in protectionem accipiamus: ac capitaneum nostrum illarum partium constituamus, illa provisione ac reliquis aliis conditionibus, quibus erat quondam magnificus Stefaniza, pater suus. Respondentes itaque vobis, cum nostro rogatorum consilio: solitamque prudentiam et diligentiam vestram laudantes dicimus; quod quamquam a Iuano predicto multipliciter lacessiti simus, adeo ut illum nostri dominii gratia indignum censeamus; tamen sumus contenti illi parcere et in nostri dominii gratiam assumere; ipso integre restituente villas omnes et quelibet alia loca nostra, que ante rebellionem suam tenebamus, ab eo usurpata et iniuste occupata. Quibus conditionibus si ipse Iuanus uti arbitramur assentietur, sumus contenti in Dei nomine cum eo concludatis modis et conditionibus, quibus magnificus quondam Stefaniza pater suus nobiscum erat, pro solamine et quiete fidelium et subditorum nostrorum. Et pro ampliore informatione vestra vobis mittimus exemplum privilegii, quod idem pater suus a nostro dominio habebat. Verum vos commonefacimus: quod in tractanda et concludenda huiusmodi materia magnam semper rationem ad honorem et dignitatem nostri dominii habeatis, ne fortasse videamur necessitate quadam cum ipso Iuano ad pacem devenisse, sed benignitate potuis et mansvetudine

nostri dominii illum ad nostram gratiam assumpsisse. Et quia pluris facimus materiam salinarum, quas quondam pater suus jure patrimonii tenebat, ut in privilegio continetur, que introitibus istius civitatis nostre vehementer uti scitis obsunt: essemus contenti nostroque dominio admodum placeret, quod salinas ipsas non haberet; ideo vobis efficacissime comittimus, ut omni vestra prudentia curare debeatis, quod salinas ipsas non habeat. Et si facta per vos omni experientia, omnique instantia possibili, de non dandis concedendisque salinis ipsis videretis, tandem huiusmodi intentionem obtinere non posse, sumus contenti quod conditionibus in ipso privilegio contentis concludere possitis: declarantes quod in hereditate paterna, quemadmodum cetera bona sua remaneant, inter quos fratres essemus contenti, nobisque admodum placeret, quod vestra intercessione de bonis paternis fieret talis compositio taleque concordium, quod inter se quiete vivere haberent, in qua re omne studium et diligentiam vestram adhibeatis.

Secr. cons. rog. Lib. XXIII. ch. 15.

DXII. 1466. 11. Decembris,

Налогъ кнезу Сплѣтскомъ, да гледи удову кральяцу Босанску, коя у Сплѣту седи, оданде лепимъ начиномъ у друго место послати.

Comiti Spaleti.

Accepimus superioribus diebus litteras vestras, quibus inter cetera tetigistis regi-

nam olim Bossine, monasterium Sancti Stephani prope muros istius civitatis nostre inhabitare, compluresque Bosnenses nec non Hungaros visitationis gratia ad illam sepe accedere, que res nobis et suspiciosa et periculosa videtur. Quamobrem vobis cum nostro rogatorum consilio respondentes dicimus, nos statuisse illam inde omnino amovere. Verum ut aliquo honesto modo hoc facere videamur volumus, ut captato tempore et quanto cicius facere poteritis, sua cum serenitate esse debeatis, illique dicere, nos ob novitates, que istis in partibus fuere, intellexisse suam serenitatem non habere illas commoditates et maxime victus, quas illam habere vellemus. Et in aliis civitatibus et toris nostris haberet. Ideo pro commoditate sua statuisse, quod aut Sibinicum aut in quamlibet aliam insularum seu locorum nostrorum maritimorum, qui sue serenitati magis placuerit se recipiat. Et cum his et aliis verbis, que vestre prudentie videbuntur curabitis, quod istinc omnino recedat, quia sic est penitus intentio nostra. Quam nostram intentionem omni vestra dexteritate et prudentia exequi studeatis, ne videamur aliqua suspicione sed potius sua commoditate illam ex eo loco amovere.

Preterea, quia omnino intendimus, quod civitas ista nostra scarpetur et fortificetur, quemadmodum ista fidelissima comunitas no-

stra nostro dominio per suos oratores superioribus annis offerre fecit, hoc est quod nihil aliud volebat, nisi unum architectonem, qui eiusdem fortificationis modum tantum consuleret, cui satisfecimus . . . . . tamen adhuc nihil factum est, volumus ideo . . . . ut dandum principium tam necessario operi illudque prosequendum omne vestrum studium curam et diligentiam adhibere debeatis. . . . .

Secr. consil. rog. Lib. XXIII. ch. 10.

DXIII. 1473. 4 Decembris.

Писмо великомъ кнезу рускомъ, у комъ извинявају свогъ секретара Іоанна Баптисту Тревизанца, кои е пао кодъ Руса у подозрење, да ће Татаре противъ нъи да побуди.

Illustrissimo et potentissimo domino duci Russie.

Reddite superioribus diebus fuerunt nobis per fidelem civem nostrum Antonium Gislardum littere vestre sublimitatis, quam vis de re aliquantulum molesta, nobis tamen gratissime et iocundissime, utpote plene humanitatis et singularis erga nos benivolentie. Gravat nos plurimum quod Ioannes baptista Trivisanus, secretarius noster in aliquam suspicionem venire potuerit vestre sublimitati, quod venerit aut missus fuerit a nobis turbandi et incomodandi status vestri gratia. Id enim non solum alienum semper fuit ab nostra intentione, sed etiam adversum et oppositum, qui omnium Christianorum con-

servationem et commoda semper cupivimus et procuravimus. Et si id fecimus in omnes indiferenter Christianos Christianitatis solo nomine, quanto verosimilis est, ut faciamus in amicos, amoris et coniunctionis cuiuspiam adiuncta causa. Excellentiam autem vestram semper duximus ut inclitam et sublimem ita inter primos amicos nostros collocandam et reputandam et honorandam a nobis. Sed quidquid de ipso nostro secretario accidit fortune potius aut cuipiam sinistrae informationi, quam voluntati imputandum censemus, cum maxime videamus, quam humaniter et quam benigniter sublimitas vestra post conceptam tanti criminis suspitionem, nostra causa et respectu illum tractaverit. Et merito vestre celsitudini plurimum debemus, agimusque amplissimas gratias, quidquid enim clementiae et mansvetudinis in personam suam contulistis amicicie nostre ascripsimus Verum ut vestra sublimitas veritatem omnem intelligat, misimus predictum secretarium nostrum, non ut ulla ratione statui rebusque vestris, ullum incommodum aut periculum procuraret cum imperatore Tartarorum, quin potuis invitati literis dicti serenissimi imperatoris, illum et copias suas, vicinas vestro statui, et propterea molestas et infestas averteret et dilongaret si fieri aliqua ratione potuisset, a vestris finibus et vicinitate; et per provincias mari mediteraneo quod Euxinum vel mare maius apellatur, ad rippas Danubii duceret, in oppres-

sionem communis omnium Christianorum hostis: T u r c i O t h o m a n i, o c c u p a t o r i s i m p e r i i o r i e n t i s, q u o d, q u o n i a m s t i r p s m a s c u l a d e e s s e t i m p e r a t o r i a, a d v e s t r a m i l l u s t r i s s i m a m d o m i n a t i o n e m j u r e v e s t r i f a u s t i s s i m i c o n i u g i i p e r t i n e r e t: hec fuit unica et verissima causa adventus ad partes vestre celsitudinis suprascripti nostri secretarii, qui si ulterius progressus in tanto temporis spatio, quanto trivit in vestra ditione,. et si minus forte aut prudenter aut confidenter cum vestra sublimitate egit, non est illi ad ullam malam intentionem imputandum; sed aut modice potius experiencie aut cuipiam alteri necessarie forte cause, que nos fugit. Perseverantes autem nos in nostro proposito et desiderio, ut iam I o a n n e s b a p t i s t a suum ad i m p e r a t o r e m T a r t a r o r u m prosequatur et perficiat iter, hortandi illuis et inducendi causa, ut contra Othomanum per viam superius declaratam se moveat in vindictam tam vestram quam ceterorum omnium Christianorum, expediendum ad celsitudinem vestram istis nostris literis duximus suprascriptum A n t o n i u m civem fidelissimum nostrum et nuntium in hoc negotio, quem cum eodem nostro secretario comitem et mandatorum nostrorum participem, transire ad suprascriptum Tartarorum imperatorum vehentissime cupimus, et propterea vestram sublimitatem,

quo possumus studio et efficacia rogamus, ut non solum transitum, sed etiam omne auxilium consilium et favorem, utrique eorum prestare in singularem nostram gratificationem placeat, quo valeant honestissima nostra mandata exequi et tam perfectum opus universe Christianitati procurare et perficere. Qua re nullam posset vestra sublimitas omnipotenti Dei facere acceptiorem, nomini et glorie vestre accomodatiorem, nobis autem precipius amicis vestris gratiorem, jocundioremve.

Quando vero vestra sublimitas ad id induci non posset assentiendum, quod non credimus, quoniam nulle cognoscuntur a nobis causae cur fieri a vestra sublimitate non debeat; rogamus saltem ut suprascriptum nostrum secretarium liberet omni custodia et suspitione et ad nos redire illesum sercinat. Literas autem nostras patentes pro tuto transitu oratorum vestrorum per omnem nostram ditionem una cum munusculo nostro,*) signo nostre benivolentie et amoris mittimus per suprascriptum Antonium Gislardum, cui circa suprascriptam materiam Ottomani comissimus ut vestram sublimitatem copiosius etiam alloquatur, verbis igitur suis sublimitas vestra fidem adhibere placeat indubitatam.

Secr. cons. rogat. Lib. XXIII. ch. 51.

---

*) Послали су: „capitium panni aurei pro una veste."

DXIV. 1473. 15 Ianuarii.

Одговоръ посланицима херцега светогъ Савве Влатка, кои између осталогъ являю да се херцегъ Влатко жени са синовицомъ краля Фердинанда.

Quod capitulis nostro dominio exhibitis per oratores illustris ducis Vlatici Sancti Save, primo quorum nostro dominio significat nuptias eiusdem illustris domini in neptem serenissimi Ferdinandi regis, requirentes ut pro honorandis illis sponsalitiisque oratorem nostrum mittere velemus et cet. Respondeatur eiusmodi significationem nobis gratam extitisse, cum ratione mutui amoris benivolentiaeque, quam cum ipso serenissimo rege habemus, tum paterni amoris nostri, quem excellentiae ipsius illustris domini gerimus ei gratias agentes, quod ut bonos decet filios nobiscum gaudium suum participant. Scribemus proinde oratori nostro, quem apud eundem serenissimum regem habemus, quod pro honorandis nuptiis ipsis tempore sponsaliciorum nostro nomine interesse debeat, sponsaliciorum ipsorum et anuli ut dicitur sotius eiusdem illustris domini voluntati satisfacturis.

Secundo quo exponunt ipsum illustrem dominum dolere de oblocutionibus nonnullorum, dicentium ipsum illustrem dominum abducere voluisse Polizenses a devotione nostra. Respondeatur eiusmodi oblocuti-

ones nihil apud nos valuisse, cum iam diu persvasi sumus de filiali ipsius illustris domini in nos sinceritate et fide et hoc pro certo teneat.

Tercio quo dicunt ut nostris persvasionibus hortatuique satisfaceret cum Raguseis pacem fecisse. Respondeatur id novum nobis minime visum fuisse quod ea in re nostrum secutus fuerit consilium, quippe quod ab optimo paternoque animo nostro profectum est, cui nihil nisi quod in illius utilitatem nobis cedere videretur consuleremus.

Quarto quo subventionem ducatorum 2 mille petunt pro satisfactione provisionis ipsius illustris domini pro impensis ipsarum nuptiarum, respondeatur nos his temporibus, ut excellentiae ipsius domini latere non dubitamus, multiplicibus impensis gravatos esse, proinde non esse possibile eorum requisitioni in totum satisfacere. Verum ut intelligant rem illustris domini sui in tantis nostris impensis nobis cure esse, iniungemus regimini nostro Corphoy, ut illius excelentie de tanto salo inserviat, quod sit pro valore ducatorum mille, ponendus eo pretio, quo per cameram nostram Katari venditur et ad computum eiusdem provisionis mittendus Narentam cum nostro navigio, ubi illum et non alibi vendere queat.

Quinto, sexto, septimo, octavo et nono unius ferme effectus quibus fauores

nostros pro recuperando statu ipsius domini a Turchis occupato petunt; respondeatur, considerantibus nobis vires ipsius illustris domini, ratione maxime potentie Turci exiguas esse, nobis videretur necessarium quod excellentia ipsius domini se intelligeret cum serenissimo rege Bossine, illustri Boicho filio condam illustris despoti Serviae, qui in eadem sunt navi, et non minore ardent desiderio recuperandorum statuum suorum, quam idem illustris dominus, pro qua re ad hunc necessarium finem producenda, si interpositionem nostram eis prodesse posse videretur, illam eis libenter offerimus. De eorum autem profectione ad summum pontficem, serenissimumque Ferdinandum regem, dicimus nobis placere, quod eant curentque ab illis omnes possibiles impetrare favores, cui expeditioni casu quo Turchus in Asia adversus Ussonum Cassanum occupatus esset, nos quoque pro nostra portione non deerimus, sed omnes honestos convenientesque favores nostros libenter impendemus.

Secr. cons. rogat. Lib. XXVI. ch. 61.

DXV. 1473. 24 Februarii, indict. VII.

Привилегія за властелство Млетачко дата Івану Црноевићу господару горнѣ Зете а войводи млетачкомъ, и нѣговимъ синовима.

Privilegium de nobilitate maioris consilii magnifici et potentis domini Iuanni Cernoevich, cum eius filiis.

Nicolaus Marcellus Dei gratia dux Venetiarum et cet. Universis et singulis, tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia nostra in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas, prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro amicabilores operibus se ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus dominus Iuannus Cernoevich dominus in partibus Xente superioris ac vayuoda noster, semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit. Notum fieri volumus unicuique, quod omni juris consiliorum et ordinamentorum nostrorum, necessaria solennitate servata, prefatum magnificum dominum Iuannum Cernoevich, cum eius filiis et heredibus legitime ab eo descendentibus, ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori consilio fecimus et facimus, atque pro nobile et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari; ipsum sincere benevolentie brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de

nostro maiori consilio gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Iuannus Cernoevich, ac sui filii et heredes predicti, in Venetiis et extra ubique locorum plenissime gaudeant perpetuo et utantur. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio anno dominicae incarnationis millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, mensis Februarii die vigesimo quarto, indictione septima.

Ex libro privilegiorum II· ch. 54.

DXVI. 1474. 1 Martii.

Одговоръ Івану Црноевићу, господару Зете, кои явля да Турци оће да обнове градове Подгорицу и Балечъ, и иште помоћь да то предупреди.

Significari fecit nostro dominio, tum per litteras rectorum nostrorum Scutari et Kathari, tum etiam per nuntium suum, magnificus Iuanus Cernoevich, capitaneus noster Xente, Turchum reedificari omnino statuisse Podgoriza locum in medio Xente situm, in eoque domos .V. mille Turchorum ponere. Item quemdam alium locum intra civitates nostras Scutarum et Drivastum nomine Baleč. Cui principio ni occuratur, non solum illius statui, verum etiam nostro manifestum imminere periculum, ideo

ut tanto discrimini obsistere, et copias illi expeditioni neccessarias sustentare queat, petit sibi addi ducatos 600. offerens se bellum eidem Turcho indicturum omnique studio obstaturum, ne eiusmodi duo loca, utrique statui adeo periculosa reedificentur. Magnopereque pro nostro dominio faciat tam maximo prevenire periculo, quia quod in principio cum parva impensa vitari potest, cum maxima et incredibili postea non fieret.

Quamobrem vadit pars: quod eidem magnifico Iuanno Cernovich per prefatos rectores nostros nostro nomine respondeatur: Quodrumpente illo guerram eidem Turcho illamque continuante ac obsistente ne suprascripta duo loca per Turchos reedificentur, ut se facturum pollicetur, nos esse contentos illi dare quot annis suprascriptos ducatos 600. illosque eodem modo solvere, quo reliqui sexcenti solvuntur. Preterea quia illius magnificentia nobis persvadere videtur ut montaneam Ottanorum in nostram ditionem accipiamus, ne in Turchorum manus veniant, dicatur nos esse contentos illos accipere conditione, quod obsides quos magnificentia illius in sua manu habet, in nostram potestatem dare teneantur, ut de eorum perseverantia in fide securi esse possimus.

Secundo capitulo quo equos centum italicos, ac alios favores nostros pro hac expeditione petit, ut ad illam prosequendam

potentior sit, dicatur: nos nostris rectoribus Kathari aliarumque civitatum et locorum nostrorum illius provincie iussuros, quod omnes possibiles favores equestres pedestresque, qui necessarii erunt, quosque requiret, omni studio, omnique diligentia prestare debeant, ut nostri dominii honorem et commodum sueque pariter magnificentiae facere queat, ut in illius virtute et fide confidimus, habentibus semper illis optimam rationem tutele et conservationi terrarum et locorum, e quibus subsidia ipsa mittent.

T e r c i o quo petit libertatem puniendorum eorum subditorum nostrorum, qui in illis expeditionibus ire recusarent, dicatur quod efficaciter jubebimus omnibus suprascriptis rectoribus nostris, quod omnes inobedientes acriter punire debeant, cum pro aliorum exemplo, tum ut pro eorum inobedientia meritam luant penam.

Q u a r t o quo accidente casu, quo ex suo pelleretur dominio, receptum in nostris terris et locis petit, dicatur pro nostro in illius magnificentiam amore, nos nolle unquam tantum illius videre excidium. Verum si casus, quem Deus avertat accideret, illius magnificentiae in terris et locis nostris receptum promittimus pro illius conjuge liberis familia et fortunis eius.

Q u i n t o quo gubernationem X e n t e petit in quantum illam aquirat, cum tributo

ducatorum .VII. centum quotannis nostro dominio solvendorum, prout Turcho solvebat, dicatur quod occurrente casu acquisitionis Xente ipsius ut dicit, nos fore contentos quod illius gubernationi preit, solvente ut pollicetur nostro dominio tributo ducatorum .VII. gentorum quot annis.

Ad partem vero filiorum, quos huc pro obsidibus dicit mittere velle, conditione, quod illis impensas tamen oris faciamus; dicatur: quod si superioribus temporibus pro rebus non exigui ponderis, quas nobiscum diu agere habuit nullos nobis prestitit obsides, illis multo minus hoc temporis opus habemus, quo illius magnificentiam in dignitatem nobilium nostrorum adiunsimus, ideo nullos alios obsides volumus, nisi solitam illuis erga nostrum dominium integritatem et fidem.

Secr. cons. rog. Lib. XXVI. ch. 72.

DXVII. 1474 13 Iunii.

Заключено да се Ивану Црноевићу пошлю дарови и да му се пише, како би се одржао у верности и пріятельству спрамъ Млетака.

Tenendus in fide est magnificus dominus Ioannes Cernoy quanto teneri potest constantior et validior in illis montaneis et passibus, pro salute civitatis nostre Catari et succursu Scutari; propterea vadit

pars, quod ad suprascriptum dominum mitti debeant usque ad pannos 100 diversi coloris et ducati 3000 auri, et cum pannis et pecuniis predictis, qui mittantur ad manus comitis nostri Catari et provisoris nostri si illic fuerit, expediatur nuntius suprascripti domini, qui hic est, petens et sollicitans expeditionem et misionem predictam. Et scribantur ad suprascriptum dominum littere hortatorie ad perseverandum in fide et constantia, declaratis ex uno latere periculis et malis imminentibus et ab altero securitate commodis et beneficiis. Et ad comitem Catari atque provisorem nostrum scribatur itidem et declaretur ordineturque quantum de pannis et pecuniis predictis facere habeant, sicut collegio visum fuerit.

Inter cetera declaretur eidem Iuano, quod mittimus de presenti hos ducatos 3000. ultra pannos requisitos et de aliis pecuniis subito sibi providebimus.

Item promittatur ei per litteras nostras, quod si civitas nostra Scutari mediantibus suis favoribus conservabitur, ultra alia multa et magna beneficia, que consequetur a nobis, volumus et ex nunc ei promittimus, ut provisio sua, quae est de presenti ducati 1200 in anno, sit ducatorum 2000. pro se et filiis suis.

Secr. cons. rog. Lib. XXVI. ch. 100.

DXVIII. 1478, 25 Augusti.

Заключено покушати не би ли Србски деспотъ Вукъ (Бранковићъ) ступіо у савезъ са Млетцима противъ Турака.

Magnum est nomen et reputatio apud Turchos, et item magna est virtus in re militari despoti Vuchi Servie, qui servire cupit nostro dominio, et per neminem melius arceri et reprimi possent incursiones hostium, quam per hunc capitaneum cum bono et valido equorum Rassianorum numero; idcirco vadit pars: quod collegium per auctoritatem et jussu huius consilii teneatur et debeat per illam viam et medium quod existimaverit accomodatius et magis idoneum et secretum, tentari faciat suprascriptum dominum, et ingredi in praticam conducte illius; et sciscitata illius mente et intentione tam circa conductam, quam circa reliquas conditiones cum eo, quod habebitur, veniatur ad hoc consilium.

Secr. cons. rog. Lib. XXVIII. ch. 112.

DXIX. 1478. 9 Novembris.

Заключено писати херцегу Влатку, да пошлѣ пуномоћника у Млетке, да се могу съ нъимъ коначно погодити, о условима подъ коима ће імъ уступити свою землю.

Notum est huic consilio id quod novissime scripsit nostro dominio comes noster Catari, de expositione ei facta per nuntium il-

lustris domini ducis Vlatici, expectantis finale responsum a nostro dominio, circa negotium locorum suorum, que daturum se offert prefato nostro dominio, cum aliquo convenienti contracambio; pocius quam Turco, qui dicta loca misit ab eo petitum. Et quoniam considerata importantia dictorum locorum statui nostro Dalmacie, facit pro nostro dominio non manere in pratica de tali re cum prefato illustri domino, sed etiam venire secum ad aliquam bonam et utilem conclusionem pro nostro dominio. Vadit pars: Quod scribatur et mandetur comiti nostro Catari, ut respondeat prefato illustri duci nos optime intelexisse ea que dominatio sua nobis referri fecit de optima mente et dispositione erga nos sua, qua de re ei gratias ingentes agimus declaramusque, nos pari animo et voluntate erga illustrem dominationem suam in presentiam esse et fore in posterum semper: sed quatum attinet ad oblationem locorum sumus contenti, quod dominatio sua ad nos mittat nuntium suum cum pleno et sufficienti mandato praticandi et concludendi nobiscum in predicto negotio, quem nuntium videbimus et audiemus libentissime, neque recedemus a rebus honestis et convenientibus.

Secr. cons. rog. Lib. XXVIII. ch. 129.

DXX. 1488. 18 Octobris, Viennae.

Матiяшъ краль Угарски иште да Млетчићи дозволе преносити преко ньiови места грађу, за зиданѣ тврдинѣ на ушћу Неретве.

Matthias Dei gratia, Hungarie Bohemie etc. rex duxque Austrie, illustrissimo

principi domino Augustino Barbadico duci Venetiarum etc. Amico nostro charissimo: salutem et prosperorum successuum incrementa. Illustrissime princeps cum diebus his superioribus accepissemus, castellum illud nostrum, quod in faucibus fluminis Narenti situm habemus: non solum ruinosum: sed etiam magna ex parte iam labefactatum esse pro instauratione, vel potius loco illius ruinam iam totaliter minantis, non tam pro commodo nostro peculiari: quam utilitate, defensioneque Christiani populi partium illarum prope Segniam, ex lignis ob illorum copiam castellum aliud parari, et extrui fecimus, quod per partes disjunctum loco illius veteris poni tandem et erigi quamprimum possit. Et quoniam per loca, et dominia ejusdem dominationis vestre illustrissime res huiusmodi illo navi deferende sunt: ob hoc rogamus illam apprime: velit pro sua in nos complacendi consuetudine, et bono quieteque Christianitatis ut premisimus: per literas suas apertas, et patentes: subditis suis omnibus et officialibus mandare et committere, ut res prefatas in finem iam expressum deferendas, ubique locorum per nostros homines ad locum usque destinatum libere perferri patiantur et illas nusquam temere aut impedire: aut molestare presumant: Quod ab eadem dominatione vestra illustrissima pro re gratissima capiemus et nos vicissim, nacta oc-

casione, cumulatissime postea, maioribus etiam in rebus complacere, et gratificari curabimus: quam et benevalere semper optamus.

Datum in arce nostra Viennensi XVIII. Octobris anno domini MCCCCLXXXVIII. Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXI. Bohemiae vero XX.

Comissio propria domini regis.

T. Secret.

A tergo

Illustrissimo principi domino Augustino Barbadico duci Venetiarum etc. Amico nostro charissimo.

Commemoriale XVII. ch. 125.

---

dictione nona, Ego Ordilaus Faletro Dei gratia dux Venetiarum, Dalmatiarum, atque Crohaticorum privilegium sancti Iohannis Belgradensis monasterii a Cresimiro rege factum ego collaudo, et in sua stabilitate confirmo, ita ut nullus episcopus aut comes, vel civis predicti monasterii libertatem violare audeat; quantum non solum, a nobis confirmandum esse dicimus, sed a beato G. P. Romane urbis papa sancitum in suis decretis esse cognoscimus. Volo igitur ducali, et regali auctoritate firmare, ut si quislibet hujus libertatis concessionem temerario ausu infringere temptaverit, libram auri regali fisco persolvat. Similiter ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani laudo, et confirmo. Ideo ut agnosco veraciter fuisse propriam monasterij beati Iohannis evangeliste Belgradensis monasterii ex donatione episcopi illius civitatis Prestantius nomine, et aliorum episcoporum; et cives illius civitatis, et romane sedis Apocrisariorum confirmationem et clero et populo collaudo et cofirmo eam habendam in perpetuo. Quicumque autem episcoporum, aut aliorum hominum hoc decretum infringere tentaverit, et alia illius ecclesie privilegia violaverit, omnia que possidet in phisco ducali et regali deveniant. Hec decreta scilicet libertatis monasterii beati Ioannis evangeliste, tibi Phisco abbati, omnibus que successoribus tuis firmiter et jure perpetuo tenenda.

Ego Marcus Michael comes Iadre manu mea subscripsi, meoque sigillo pendenti ad pleniorem fidem communiri feci.

Ego Marinus Barbadieo presens scrivo in meam presentiam fideliter ad autenticum ascultavi, et quia utrumque concordari inveni, manu mea testis subscripsi.

Ego Petrus Meso presens scriptum in mei presentia fideliter autenticatum ascoltavi, et quia utrumque concordari inveni, me in testem subscripsi.

Ego Nicolaus Benedicti de Matafaro examinator presens scriptum in mei presentia ad autenticum fideliter legi, audivi, et quia utrumque concordare inveni, manu mea subscripsi.

Ego Gregorius de Zadolmis iudex examinator presens scriptum in mei presentia ad autenticum fideliter legi, audivi, et quia utrumque concordare inveni, manu mea subscripsi.

Ego Egidiollus de Predelata de Cremona imperiali auctoritate pubblicus notarius hoc exemplum ad autenticum sumptum manu Blasii Michaelis Leonardi notarij infrascripti diligenter, et fideliter ascultavi una cum infrascriptis notariis: et quia utrumque concordare inveni, me in testem subscripsi.

Ego Nicolaus quondam Iohannis de Iadra imperiali auctoritate notarius hoc exemplum ad suum antenticum scriptum diligenter et fideliter ascultavi una cum notariis predictis

predicto et subscripto. Et quia concordare utrumque inveni me subscripsi in testem.

Ego Blaxius Michaelis Leonardi Iadrae iuratus notarius hoc instrumentum sive exemplum ad autenticum fideliter exemplavi nil addens, vel minuens, quod sensum vel sententiam mutet, aut variet intellectum, et post modum in presentia dicti domini comitis, et ejus curie diligenter, et fideliter cum ipso autentico ascultavi. Et quia utrumque concordare inveni, de ipso comitis, et ejus curie mandato ad ejusdem exempli plenam fidem, et testimonium me subscripsi, et pubblicavi, meoque consueto signo signavi, currentibus annis domini millesimo tercentesimo vigesimo quarto, inditione septima die XXVI. mensis Augusti Iadre, temporibus quidem domini Iohannis Superancio incliti ducis Venetiarum, et domini Iohannis de Butorane Iadre venerabilis Iadrensis Archiepiscopi ac domini Marce Michaelis egregii comitis.

Lib. Pactorum Vol. I. ch. 110.

DXXIII. 1210. indict. XIV. 8 Septembris, Rivoalto.

Заклетва верности Манфреда архіепископа Драчкогъ дужду Млетачкомъ Петру Знани.

Privilegium Dyrachii.

In nomine domini Dei, et salvatoris nostri Iesu Christi, anno domini millesimo ducentesimo

decimo, mense Septembris; indictione quarta decima, Rivoalti. Quia presentibus viris nobilibus Iaonne Barocio, Marco Vituri, Bartolomeo Canale, Mirco quoque Venero, Marino Dandulo, et Marino Permarino consiliariis vestris. Presentibus etiam dominis Iohanne Albrico, et Dominico canonicis ecclesie sancte Marie de charitate, et magistro Bernàrdo canonico Dyrachino, et Iacobo de Molino, et aliis pluribus, vos domine Petre Ziani Dei gratia Venetiarum, Dalmacie, atque Crohatie dux inclite, et quarte partis ac dimidie totius Romanie imperii dominator, die octavo inchoante suprascripto mense in palatio vestro investistis nos Manfredum eadem gratia archyepiscopum Dyrachinum nomine nostro et ecclesie nostre ad nomen feudi de duabus libris emmanuelatorum, illarum videlicet librarum duodecim de emmanuelatis veteribus, quas ecclesia nostra Dyrachynà vobis, et ducatui vestro debet propter villas Doniossii, existimus manifesti presentis scrìpti continetia, quod ad evangelia juravimus sancta Dei, quia vobis amodo in antea, et vestris successoribus erimus fideles usque vixerimus, et dabimus operam sine nostris expensis fideliter sine fraude, quod comunitas hominum civitatis Dyrachii, et ipsa civitas cum omnibus suis pertinentiis, debeat semper stare ad fidelitatem vestram, et successorum vestrorum, et Venetiarum, et quandocumque a duce Dyrachii vel eo qui Dyra-

chii regimen per vos, vel successores vestros habuerit, vocati fuerimus ad consiliandum eum, consiliabimur ipsum bona fide ad honorem vestrum, et successorum vestrorum, et Venetiarum, et comunitatis Dyrachii, et quod credentias servabimus quas servandas nobis dixerit, donec ab eo fuerimus de credentiis ipsis soluti. Iuravimus quoque, quod vobis, et successoribus vestris laudes omni anno quinquies faciemus levari,, in pascha videlicet, et natali, in epiphania, et in festo beati Marci evangeliste et sancti Yssaci, et quod ad recipiendum vos, et successores vestros cum clero, cruce precedente veniemus ad ripam usque, ad ecclesiam vobiscum euntes solempni cantico, si quando vos vel successores vestros illuc venire contingerit. Hec omnia juravimus presentibus testibus suprascriptis.

† Ego Manfredus archiepiscopus manu mea subscripsi.

† Ego Andreas Gorio presbiter rogatus testis subscripsi.

† Ego Sebastianus Barbadicus testis subscripsi.

† Ego Nicolaus Girardus presbiter et notarius complevi, et roboravi.

Lib. pactorum vol. I. ch. 118.

DXXIV. 1210. indict. XIV. mense Septembris, in Rivoalto.

Манфредъ архіепископъ Драчки обећа дужду Млетачкомъ Петру Знани, да ће нѣга и нѣгове посланике у Драчу свагда дочекати као своѥ старіе.

Promissio archiepiscopi Dirachii.

In nomino domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, anno domini millesimo ducentesimo decimo, mense Septembrio indictione quarta decima, Rivoalti; presentis scripti continentia fieri volumus manifestum, quia nos Manfredus Dei gratia archiepiscopus Dyrachinus promittentes promittimus vobis domino Petro Ziani eadem gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie duci inclito, et domino quarte partis et dimidie totius imperii Romanie, vestrisque successoribus, quia si quando vos vel successores vestri Dyrachium venire contigerit, quod vobis ipsisque, et his qui vobiscum ad expendum vestrum proprium erunt, et ipsorum vestrorum successorum, unam dabimus procurationem, duces vero quos illuc direxeritis vos vel successores vestri, et capitaneos vestros et successorum vestrorum qui applicuerunt ibi, a clericis maioris ecclesie recipi faciemus ad eiusdem ecclesie portam cum aqua sancta et inceuso, et nos tunc erimus in ipsa ecclesia, et eos recipiemus ad pacem, si ad pacem suscipiendam in eadem ecclesia ad nos accesserint. Hec eadem faciemus fieri, et

faciemus vestris legatis et successorum vestrorum, que ducibus suprascriptis quos illuc destinaveritis vos vel successores vestri et capitaneis antedictis qui applicuerint ibi.

Ego Manfredus Duraciensis archiepiscopus manu mea subscripsi.

Ego Andreas Gorio presbiter rogatus testis subscripsi.

Ego Sebastianus Barbadicus testis subscripsi.

Ego Nicolaus Girardus presbiter et notarius complevi et roboravi.

Lib. pactorum vol. I. ch. 118.

DXXV. 1224. 16 Iulii.

Іованъ Береро Дубровчанинъ обећава дужду Млетачкомъ, да на своиъ путу у истокъ неће ићи у Египетъ.

Die XVI. Iulio promisit Iohannes Verero de Ragusia domino duci ad partem comunis Venetiarum sub pena totius haberis ejus et sue persone, quod in hoc viatico, quod facturus est cum suo panzoho, in terra Alexandriae vel Egipti non ibit, et ita juravit per sancta Dei evangelia se observaturum, et isti alii similiter hoc idem fecerunt sacramentum, scilicet Petrus Novelo nauclerius dicti panzoni, qui Petrus Venetus est, et Paulus de Ragusia et Dominicus Raguseo, presentes fuerunt Iohannes Michael consiliarius, et Dominicus Venero.

Lib. plegiorum ch. 13.

DXXVI. 1225. indict. XIV. mense Aprili.

Заповесть Петра Зиани дужда Млетачког послата Іовану Дандулу кнезу и општини Дубровачкой.

Mense Aprilis indictione XIV. Recordationem facimus de litteris illis quas mandavimus comiti Ragusino, et populo universo, quorum tenor talis est. Petrus Ziani Dei gratia Venetie Dalmatie, atque Chroacie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii Romanie dominus. Viro egregio Iohanni Dandulo propinquo suo dilecto comiti, viris quoque iudicibus, et toti populo Ragusino, et cunctis suis fidelibus salutem et dilectionis affectum: literas quas nobis nuper misistis et missos recipientes, que litere ipse continentur et missi iisdem exprimere voluerint intelleximus ad p... . . sane si pro meritis vobis respondere voluissemus ea que vestratum apud nos fuerint reperta omnia intromissemus, et de obsidibus, et ceteris que fieri nobis et transmiti expetivimus . . . . . veritis adimplere. At cum missi vestri instanter asserent vos paratos esse ad obsides nobis destinandos, et ut de vestro est mandato, inimicos nostros verius, et non ficte, per inimicos habere at . . . contra C a c i k i o s id totum facere, quod Iadera et cente insule nostre pro inde facerent ex nostro precepto, secundum rata seu dationem, et quantitatem posibilitatis. Ragusine civitati . . . a gravedine vestra retraximus

manum, dictis ipsis fidem adhibentes. Qua de causa mandamus vobis precipiendo, quatenus que dicta sunt adimplere studiosius debeatis, ita quod . . . obsides ipsos quorum nómina inferius scripta sunt, nobis . . . . - hinc ad proximum festum sanctorum apostolorum Petri et Pauli, mitatis sic ut tunc sint in Venetiis. Nam vos scire volumus, quod si interim aliquis vel aliqua vestrum ad Venetias habuerit accessum, de iis rebus que de terra illa secum detulerint quadragesimum, et de hiis que ex aliis omnibus partibus adduxerint . . . . . sibi faciemus auferri, omni conditione semota, unde sic attencius que dicta servare debeatis, ut dampno predicto percelli non possitis.

Hec autem sunt nomina obsidum quos nobis dirigi hinc ad festum sancti Petri postulamus, filius Iacobi de Cervo qui dicitur Nicolicza. Grobissa de Baisclava. Grai filius comitis Iude, gener de Bubagna qui dicitur Susinus, Stephanus filius comitis Lucaro, filius Laurencii de Pisino, filius de Damiano de Gondola, filius de Domegna de Ragno, filius Nicole de Morexa, filius de Damiano de Bucegno, filius Toderi Grosso, filius Mathei de Bodaza filius de Baglaza, Kalendus de Cerneca, filius de Benzola, de Bodaza. Unus ex illis de Garlopa, unus et illis de Ostigle, filius de Dimitro de Ruffis, Blasius gener de Iacobo de Cerva filius Petri de Morexa.

Volumus quoque, et mandamus ut omnia vestra balista que habetis sine omni dilatione nobis dirigatis. Item vobis precipimus, et mandamus, ut in terra inimicorum nostrorum non pergatis, nec cum inimicis nostris faciatis mercatum.

Lib. plegiorum ch. 25.

DXXVII. 1226. indict. XV. 11 Februarii.

Забрана да несме нико дрва носити изъ Далмаціе одъ Задра починьюћи, нигди осимъ у Млетке.

Die XI intrante Februario indictione XV. ordinatum fuit per dominum ducem, et ejus consilium, et stridatum in scalis Rivoalti per Tardivelum Gastaldionem, quod nullus homo Venetus de cetero audeat facere caricum legnaminis a Ravenna infra, nec a Iadra infra, causa portandi illud alibi quam in Venetiis, in pena perdendi totum habere, quod in hoc mundo haberet, et de domo ipsius prosternenda.

Lib. plegiorum ch. 83.

DXXVIII. 1226. indict. XV. 15 Februarii.

Одређуе се цена житу кое ће се доносити изъ Задра у Млетке.

Die XV. intrante Februario indictione XV. ordinatum est per dominum ducem, et suum consilium minus, et majus, et stridatum publice super scalas Rivoalti, quod quicumque amodo in antea tam Veneti quam forinseci hinc per

totum mensem proximi venturi Madii portaverit frumentum in Venetiis ab Ancona supra, et ab altere ripa a Iadra supra, debeat habere a comuni Venetiarum denarios XII. pro unguo stario Veneto.

Lib. plegiorum ch. 83.

DXXIX. 1226. 3 Octobris.

Забранюв се доносити у Млетке товаръ свега онога што долази изъ земаля одъ Задра на више лежећи.

Die tertio exeunte Octobrio, ordinatum fuit, et similiter stridatum, quod nullus Venetus neque forinsecus aliquo ingenio per se vel suum nuntium de cetero audeat comperari, aut facere comperari in Iadra nec a Iadra infra de mercimoniis illis perducendis in Venetiis, que portantur vel nascuntur ab inde supra, in pena perdendi libras XXX. et s. 12, et tota mercimonia similiter.

Lib. plegiorum ch. 81.

DXXX. 1226. 3 Octobris.

Забранюв се Млетчићима примати Дубровчане у кућу или трговати съ њима, безъ знаня власти.

Die tertio exeunte Octobrio indictione XV. ordinatum est per dominum ducem, et suum consilium, et stridatum super scalas Rivialti publice per Iohannem Grossum, quod nullus homo Venetiarum, hec Venetus neque forinsecus a modo in antea per se vel suum nuntium per aliquod ingenium audeat recipere in

domo sua aliquem Ragusinum; neque aliqua mercimonia hominum Ragusii, nisi in prima die, vel secunda fuerit notum vicedominis Venetiarum, sub pena lire 30. e soldi 12. et duplum, quantum solverat Ragusinus de ratione mercimoniorum omnium, quorum simplum quantum solvisse deberet.

Lib. plegiorum ch. 81.

DXXXI. 1226. 10 Octobris, indict. XV.

Списакъ Дубровачки властела, кое Млетчићи захтевају, да се пошлю као таоци у Млетке.

Die X. intrante Octobrio indictione XV. Isti sunt obsides Ragusii, quos dominus dux, et suum consilium petit in Venetiis sibi dari: — unus ex fratribus de Baisclava, unus filius Iacobi de Cerua, unus de Martinusso filius, unus ex fratribus illorum de Gylopis, unus filiorum Todori de Crosse, unus filiorum tum fratrum illorum de Naimer, unus illorum de Raigna, unus illorum de Rosigna, unus illorum de Dobraniza, unus illorum de Gondola, et de Morra, vel filius Damiani, vel filius Iunii de Gleja, unus illorum de Bucignola homine filius Damiani. Inter Nicolam de Morosa, et Petrum ejus fratrem unus ex filiis, unus illorum de Stiglo et Slaba, illi de Bodaza dent unum aut Matheum, vel Mentolam Vitalis Prasso cum illis de Carnixe, unus illorum, illi de Macino unus eorum, unus filiorum illorum

de Lampri et de Stopacha, unus filiorum illorum de Pecoraro et de Rastigi; Nicolaus de Pecenico cum fratribus dent unum ex filiis, unus ex filiis illorum de Manduca vicina, et illorum de Zerf.

Lib. plegiorum ch. 80.

DXXXII. 1226. indict. XV. mense Novembrio.

Неки Млетчиħи туже се да су iн Угарски люди поарали.

Mense Novembrio indictione XV. Recordationem facimus cum nostro consilio, quod mense supra scripto ante nostram nostrique presentiam venientes Donatus Olivo de confinio sancti Pauli, qui dicebat ab hominibus Ongarie fuisse robatum, et quibusdam Stiri, et Austri, et Domptana vidota comissaria quondam Petri Alberti de confinio sancti Cassiani, uxor ipsius defuncti, confessi fuerunt, quod de primis bonis, et denariis qui de cetero fuerint excussi pro illa robatione, comune Venetum debeat habere libras L. Venetiarum.

Lib. plegiorum ch. 81.

DXXXIII. 1227. 6 Aprilis.

Наредба колко ħе се плаħати царине одъ робе долазеħе изъ земаля Славенски, преко Задра лежеħи, кое доносе Дубровчани.

Die VI. Aprilis ordinatum est per dominum ducem, et suum consilium minus, et majus, et XL. et stridatum fuit per Tardivellum in Rivo-

alto, et in Brolio, quod nullus Venetus neque forinsecus per se vel ejus nuncium audeat comparare de rebus vel mercibus Ragusiensium, neque de illis que sunt in navisotiis Ragusie, qui noviter venerunt in Iadra vel contratis illis, videlicet a Iadra intra, neque ab Ancona intra, nec etiam in Iadra vel Ancona, nec in Venetiis, et quocumque repertus fuerit habere vel comparasse de mercibus ipsorum, de illis qui fuerunt de Sclavonia, solvent quadrageximum, et de illis aliarum partium, solvet quantum vicedominis, et si Raguseus aliquis in Venetiis fuerit repertus portasse merces persolvet, ut dictum est, et cum venerit, nisi manifestaverit vicedominis merces, ex quibus solvere debet quadrageximum, et fraude mediante celaverit, et vicedomini cognoverunt, accipient ab eo quadrageximi duplum de rebus Sclavonie, de aliis latis aliunde quantum simplum, ut dictum est, solvere debeant.

Lib. plegiorum ch. 45.

DXXXIV. 1228. 5 Decembris, indict. II.

Забрани, да несме нико одъ Млечића безъ нарочитогъ дозволения владе луждове ићи у землѣ, леже́ће далѣ одъ Задра.

Die V. intrante Decembrio, indictione secunda. Ordinatum est per dominum ducem, et suum consilium minus, et majus et XL et stridatum publice Rivoalti in scalis, atque datum

per ordinem omnibus hominibus a Grado usque Capud ageris, quod nullus Venetus amodo in antea usque sanctum Petrum proximum de Iunio, per se vel suum missum per ullum ingenium vel argumentum audeat ire vel mandare, per terram vel per aquam a Iadra supra nec a civitate firmi in antea, neque in Ancona; quis Venetus vadat vel mittat sedendum quod stridatum alia vice fuit, et ordinatum; nisi forte iret vel mitteret ultra loca predicta de consensu et voluntate domini ducis et consilii; sciendum est, quod literas mandavimus. R. Geno Clugie potestas X. intrante Decembrio, et tenorem dicti banni, rogantes, et precipientes, ut dictum banuum in utraque Clugia faceret publice stridari.

Lib. plegiorum ch. 97.

DXXXV. 1232. mense Majo, indict. V.

Уговоръ о условиа подъ коимъ ће Дубровчани признавати вр'овно господарство Млетака.

Pactum Ragusii.

In nomine domini nostri Iesu Christi Amen. Anno domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo, mense Madii quinte indictionis. Cum Binzola Bodatie, et Gervasius Naimerii viri nobiles nuntii et procuratores civitatis Ragusii ad presentiam illustrissimi domini Iacobi Teupuli Dei gratia Venetie Dalmatie atque Chroatie ducis, et quarte partis et dimidie totius im-

perii Romanie dominatoris, accessissent nomine et vice ejusdem civitatis Ragusii, petentes concordiam, pactum, et reconciliationem; domino duci et comuni Venetie ostendentes comissionem quam habuerant super hoc in hunc modum:

„Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo, indictione quinta, mensis Ianuarii tercio decimo die intrante, nos quidem jurati judices Ragusii civitatis Iohannes Gundule, Gervasius Marini, Andreas Dabrane, Matheus Bodatie, Bubanna Petri, et nos consiliarii: Damianus Bocinoli, Belatia Gervasii, Petrus Ballislave, Thomas Pezane, Iohannes Lampri et cunctus populus Ragusii. Comittentes comittimus namque vobis Binzole Bodatie, et Gervasio Naimerii nobilibus viris concivibus, et nuntiis nostris et plenam virtutem et commissionem et potestatem vobis damus, ut totum ordinem et pactum, que pro nobis, et nostra civitate Ragusii feceritis cum domino nostro Iacobo Teupulo magnifico duce Venetie, firma habebimus in perpetuum. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Ego autem presbiter Pascalis, et comunis notarius jure et consensu, et laudatione prescriptorum judicum, et consiliatorum, et cuncti populi Ragusini scripsi, complevi, et roboravi hoc.“ Quare dictus dominus dux ad petionem eorum condescendit, et concordiam et pactum usque ad tres annos, et tantum

plus quantum voluntas domini ducis Venetie fuerit, inter utramque partem initum est, et firmatum in hunc modum:

Nos Ragusinorum nuncii jam dicti, per comune civitatis nostre transmissi, a quo fuit provida deliberatione injunctum pro eo quod terre nostre videtur plurimum fructuosum, quod Venetie dominio subderemus, petimus, ut nobis ad voluntatem vestram comitem concedatis. Hec enim que continentur inferius vult terra nostra Ragusii observare. Ragusini semper archiepiscopum eligent de Venetia, et habebunt, videlicet a Gradu usque Caput aggeris. Et si dominus dux a domino Papa poterit obtinere, quod archiepiscopatus Ragusii Gradensi ecclesie subponatur, ejus electionem presentabunt domino patriarche Gradensi, confirmationem electionis postulantes, et confirmatione facta veniet electus ad sedem patriarchalem, et consecrationem de manu sua accipiet, facietque ei fidelitatem, reverentiam et obedientiam debitam ei exibere promittens. Preterea statuimus, quod idem archiepiscopus jurabit fidelitatem domino duci et successoribus suis, nisi pro eis remanserit, et sic facient omnes archiepiscopi qui in perpetuum erunt in Ragusina sede, ducibus qui per tempora erunt. Clerus autem in anno ter, scilicet in nativitate domini, in pascha resurrectionis et in festo sancti Blasii, laudes cantabunt in majori ecclesia solempniter domino

duci, domino patriarche, archiepiscopo suo et comiti omni anno; propter quod benedictionem recipient yperperos tres, unum a nobis duce, alterum ab archiepiscopo, et tertium a comite. Habebunt quoque Ragusini semper comitem et comites de Venetia, quem vel quales dominus dux cum majori parte sui consilii eis dare voluerit, qui jurabunt fidelitatem domino duci, et successoribus suis, et sic facient omnes comites qui erunt per tempora in perpetuum. Iurabunt autem et omnes homines comitatus a tresdecim annis et supra fidelitatem domino duci, et successoribus suis, et ipsa fidelitatis sacramenta renovabunt singulis annis decem. Iurabunt quoque fidelitatem comiti omnes et comitibus omnibus futuris in perpetuum, salva fidelitate domini ducis ad honorem Venetie et salutem Ragusii, cum bono et honore ac salvatione Venetie. Et si forte contigerit dominum ducem vel successores suos Ragusium applicare, recipient eum honorifice, ac illum procurabunt et nuntios suos similiter. Et si dominus dux voluerit hospitari in domo archiepiscopali, habebit eam ad suam honorificentiam, et voluntatem: sin autem dabitur ei domus honorabilis usque dum steterit ibi: et nuntiis suis decentem domum pro hospitio assignabunt. Et quotiens fecerit Venetia exercitum usque Dyrachium et a Dyrachio et infra usque Brundusium, et a Brundusio et infra, sicut Venetia faciet, sic facient Ra-

gusini secundum numerum virorum suorum;
si vero exercitum fecerit a triginta lignis ar-
matis, et supra, que debeant transire Dyrachi-
um et Brundusium, facient inde Ragusini tri-
çesimam partem et stabunt in servitio Vene-
tie usque dum steterit exercitus Venetie. Tol-
lent namque Ragusini de omnibus navibus ex-
traneorum que illuc aplicuerint ad portum
faciendum illam rationem quam Venetia tollit
extraneorum navibus, dividentque illam in tres
partes, de quibus unam dabunt archiepiscopo,
aliam comiti, et tertia sit comunis Ragusii.
Omnes qui erunt amici Venetie Ragusini illos
pro amicis habebunt, et omnes qui erunt
inimici Venetie Ragusini illos pro inimi-
cis habebunt: et non recipient Cacichios
neque Dalmesanos, vel alios crosarios et pre-
datores sive raubatores in civitate Ragusii vel
ejus districtu, neque eis dabunt aliqua victu-
alia. Et si Venetie miserint contra Cacichios, et
Dalmesanos galeas ad offendendum eos, Ra-
gusini similiter tunc mittent ad offendendum
eos lignum quinquaginta hominum decenter ar-
matum. Et omnibus allis grossariis et preda-
toribus sive raubatoribus maris facient guer-
ram et eos offendent bona fide sine fraude a
Dyrachio et infra usque Venetiam. Dabunt
quoque Ragusini omni anno in festo omnium
sanctorum domino duci pro regalia yperpe-
ros XII., et comuni Venetie in Venetiis yper-
peri auri veteros recti ponderis centum, et
comiti suo in eodem termine yperperos CCCC

de suo comuni, et omnes alios introitus et honorificentias comitatus consuetas, excepto introitu salis. Obsides autem dabunt Ragusini duodecim de duodecim parentatibus nobiliorum illius terre moraturos semper sex obsides in Venetia ad expendium Ragusinorum in medio anno, et alios semper in medio anno in concambio. Et si aliquis eorum moreretur vel fugerit, dabunt alium in loco ejus. Iurabunt autem comes Ragusii et antepositi in aliquo officio civitatis, et unusquisque insuper pro suo capite, se sic omnia servaturos nisi remanserit per dominum ducem, et majorem patrem sui consilii, et fideles erunt domino Marino Mauroceno inclito Venetie duci, usquedum vixerit in ducatu. Et hec sacramenta renovabunt Ragusini quisque pro suo capite in omnibus suprascriptis singulis annis decem. Preterea Ragusini de mercibus Romanie, quas Venetiam aportaverint dabunt in Venetia comuni Venetie quinque pro centenario: et de mercibus ultra marinis, et terre Egypti, Tunixii, et Barbarie solvent quintum, et de mercibus regni Scicilie et Apulie solvent quadragesimum comuni Venetie. Salvo quod homines Ragusii non debeant ire in regnum Scicilie et Apulie si prohibitum fuerit hominibus Venetie ne vadant in dictum regnum Scicilie et Apulie, et quod homines Ragusii de mercibus quas detulerint Venetiam de regno Scicilie, et Apulie illud datium co-

muni Venetie in Venetia dare, et solvere debeant, et teneantur quod constitutum est, vel de cetero fuerit constitutum per dominum ducem et comune Venetie solvendi et dandi ab hominibus Venetie in Venetia comuni Venetie pro datio dictorum mercimoniorum, quas Veneti Venetiam apportarent de regno Scicilie, et Apulie: et hoc sane intelligatur si datium constitutum plus fuerit quam quadragesimum, cum superius contineatur, quod homines Ragusii de mercibus regni Scicilie et Apulie debeant solvere quadragesimum comuni Venetie. De mercibus vero Sclavonie in Venetiis nichil solvere debeant. Et tantummodo cum quatuor navigiolis a LXX milliari et infra debeant Ragusini Venetiam venire per annum et si aliter Ragusini Venetiam venerint, solvent quintum de omnibus mercibus Romanie quas Venetiam apportabunt. Et tam per guerram, quam per pacem licitum est Ragusinis ire ad mercandum a culfo Coranti infra. In aliis vero partibus vetitis per dominum ducem Venetie ire non debeant Ragusini nisi secundum quod fecerint Veneti. Item ab Ancona istac per totam riveriam, et a Polmentoria istac per totam riveriam ipsi Ragusini non facient portum, nisi occasione accipiendi victualia causa ducendi Venetiam. In Venetiis vero non debent facere Ragusini mercatum cum foristeriis. Et hec concordia, et pactum a modo usque ad tres annos comple-

tos firmatum est; et ab utraque parte debet firmiter observari, et tantum plus, quantum placuerit domino duci Venetie. Insuper nos iam dicti Dobrane de Lampredio, Cerne de Vitana, Theodorus Bodatie, et Goislauus Theodorii Grossi nuncii et procuratores civitatis Ragusii per nos et dictum comune Ragusii juravimus ad sancta Dei evangelia super animas nostras et animas omnium hominum Ragusii hanc concordiam, et pactum, ut dictum est superius, firmum et ratum habere, et nullo modo contravenire, et quod dabunt operam quod hec omnia observentur. In hujus autem rei testimonium, et ut hec magis robur obtineat firmitatis presens pactum, et concordiam jussit dominus dux predictus sui sigilli munimine roborari.

Data Venetiis in palatio ducatus in Rivoalto urbe felici, per manum Gabrielis Paulini notarii, nostreque curie cancellarii feliciter, amen.

Lib. pactorum vol. I ch. 181 et vol. II ch. 22.

DXXXVI. 1285, 16 Iunii, in Scardona.

Писмо Павла бана Хрватског папи Римском Климентін, у ком се заузима за Задране против Млечића.

Exemplum litere bani Pauli misse domino pape in favorem Iadrensium.

Sanctissimo in Christo patri, et domino domino Clementi divina providentia sacrosanc-

te Romane ecclesie summo ac universali pontifici, domino suo plurimum reverendo. Paulus banus Chroatorum, et dominus Bosne pedum oscula beatorum cum prontitudine serviendo. Quia non qui inceperit sed quod perseveraverit recipit bravium, ac illud presertim pium est laudandum quod fine clauditur meliori. Idcirco in devotione debita permanere, et cum prompta ac fideli continuatione servitiis servitia accumulare, vestreque sanctitatis mandatis et preceptis, non parcendo periculis, et expensis per omnia cupiens obedire, considerans vestre dominatonis contra Venetos lata sententias, ac eorum visa protervia et duritiam, ob honorem et gloriam sancte matris ecclesie in medium Iadratinorum nostrorum devotorum, et fidelium, qui vestre sanctitatis speciali ducti fiducia a Venetorum violento dominio recedentes ad libertatem debitam pervenerunt: requisitus per eosdem meum primogenitum banum Maladinum banum Bosnensium, misi cum potentia ad defendendum, et manutenendum, et protegendum predictos Iadratinos, tamquam obedientie filios et devotos, contra Venetos supradictos. Sane quia dicti Veneti continuo tenent galeas armatas ante Iadram in insulas ipsorum devastando, nec habeam ad presens galeas ad obviandum eisdem hostiliter, sicut decet rebelibus ecclesie, sanctitati vestre placeat de benignitate consueta taliter super hec

providere, quod dicti Iadratini fideles vestri et devoti, non possint, nec valeant per dictos Venetos, vel per aliquos amicos, et fautores eorum prece et pretio infectos, modo aliquo agravari, vel aliqualiter molestari, cum aliqui obliti sue salutis proprie, et mandati vicarii Iesu Christi, tam apud Ferrariam ausu temerario se opposuerunt toto posse manifeste, quam hic oponere contra nos videantur; sed quod liberi et securi prefati Iadratini vestre sanctitatis mediante auxilio, consilio, protectioni speciali, et favore sicque protegantur, quod alii exinde speculum et exemplum habeant, similia sine esitatione aliqua securius faciendi, ac vestre sanctitatis beneplacitis, et mandatis per omnia cum obedientia debita complacenda, et quod Veneti antedicti de sua propterviа non possint amplius gloriari, sed eorum pena et correctio sit metus multorum, et deinceps non attentet aliquis ac presumat similius contra Romanum pontificem et universale dominium perpetrare domino concedente.

Datum Scardono die XVI Iunii.

Comemoriale I. ch. 168.

DXXXVII. 1289. 14 Maii. indict III.

Уговоръ примирія између Павла бана Брибирскогъ и нѣгове браћe кнезова Ђорђа и Младена съ едне стране, и дужда Млетачкогъ Петра Градонико съ друге стране.

Treugua bani Pauli, et fratrum.

In Christi nomine amen; die dominice XIV mensis Madii, presentibus dominis Iacobo Do-

nato Leonardi Gisi sancti Eustachii, Pancratio Venerio sancti Iohannis decollati, et Marco Maripetro sancti Severij, Cauto canzellario, et Rustechino Benintendi notario et scribta ducatus Venetiarum testibus vocatis, et rogatis, et aliis multis. Coram illustri domino Petro Gradonico Dei gratia Venetiarum Dalmatie, atque Chroatie duce, et domino quarte partis, et dimidie totius imperii Romanie, astantibus sibi nobilibus viris Andrea de Molino, Leonardo Venerio, Marino Ruzino, Cratono Dandulo, Gabrieli Delfino, et Ioanne Superancio sancti Angeli. Nobiles viri domini Pasqua de Varicasso, et Domaldus de Sadulino cives Iadre nuncii procuratores sindici et actores egregii viri domini Pauli Brebariensis bani, et ejus fratrum comitis Georgii, et comitis Mladini, ad infrascripta constituti, sicut apparet per instrumentum pubblicum inde scriptum, et roboratum per manum Henrici imperiali auctoritate notarii et Iadrensis . . . . . anno incarnatione Christi millesimo ducentesimo octogesimo nono, indictione tertia die sexto intrante mense Martii, procuratorio, sindicario et actorio nomine pro predictis dominis Paulo bano, et comitibus Georgio, et Mladino fratribus, solemniter inierunt, fecerunt, et firmaverunt meram puram et firmam treugiam usque ad tres annos continuos et completos, cum predicto magnifico domino Petro Gradonico Dei gratia Venetiarum, Dalmatie,

atque Chroatie duce, et domino quarte partis et dimidie totius imperii Romanie, recipienti, et stipulanti per se et comuni et hominibus Venetiarum, habitatoribus, subiectis, et districtualibus suis. Promittentes nomine quo dictum est supra dicto domino duci recipienti pro se, pro comuni, et hominibus Venetiarum, quod predicti fratres, vel aliquis eorum per se seu per homines Almisii seu per ullos eorum vel alicujus eorum homines, subditos, seu per homines, qui se receptarent in banatu vel comitatibus predictorum dominorum fratrum seu in aliis eorum terris, vel sub eorum vel alicujus eorum dominio, non offendent, nec offendi facient, nec offendi permittent in personis, vel rebus dictum dominum ducem, comune et homines Venetiarum nec habitatores fideles, districtuales seu subditos dicti domini ducis, nec aliquam terram seu locum habentem rectorem pro dicto domino duce . . . .

Ex libro pactorum Ferariae ch. 97.

DXXXVIII. 1294. indict. VII. 28 Martii, in Obrovitz.

Уговоръ примирія на десетъ година између кнеза Бребирскогъ Ђорђа и Омишана съ едне стране, и између кнеза Задарскогъ Рогерія Мауроцена у место и у име дужда Млетачкогъ и Млетака съ друге стране.

In Christi nomine Amen. Anno incarnationis ejusdem 1294. indicione septima, die

dominice 28. Martii. Dominus Georgius comes Berberiensis solepniter inivit, fecit, et firmavit pro se ipso, et gente sua ac subditis suis et nomine comunis et hominum Almissii meram puram, et firmam treuguiam usquam ad decem annos continuos, et completos, cum egregio viro domino Rogerio Mauroceno Iadrensi comite, recipienti et stipulanti nomine, et vice illustris domini ducis Venetiarum, comunis et hominum civitatis ejusdem, nec non habitatorum fidelium subiectorum, et districtualium suorum, promittens predictus dominus comes Georgius predicto domino Rogerio Mauroceni Iadrensi comiti, recipienti et stipulanti nomine predicti domini ducis, comunis, et hominum Venetiarum, ut predictum est, quod ipse per se et suos, ac per homines Almisii non offendet, nec offendi faciet, vel permittet, in personis vel rebus, comune et homines Venetiarum, habitatores fideles districtuales seu subditos dicti domini ducis et comunis Venetiarum, tam in mari, quam in terra, vel aliqua terra seu locum existentem sub dominio domini ducis predicti, sed eos omnes, et singulos eorum habebit salvos, et securos ubique.

Item eodem modo promisit, quod si ipse tam per se, et suos, quam per homines Almisii, attemptasset aliquod contra honorem dicti domini ducis, et comunis Venetiarum de terra Fare, et Brace, vel de aliqua alia terra vel

loco, habente rectorem pro dicto domino duce in terris suis, vel sibi subjectis, removebit se de hujusmodi attemptamento ; et de cetero contra honorem ejus non attemptabit amplius de teris, et locis predictis.

Item quod predicti homines de Almisio seu per ullos eorum, vel alicujus eorum, seu per homines qui se receptarent per eis, vel essent sub eorum dominio, non accostabunt se cum eorum ligno, vel lignis alicui vel aliquibus ligno vel lignis Venetiarum, vel habitatorum Venetiarum fidelium vel subditorum ac districtualium domini ducis, nec inferrent vel facient eis vel alicui eorum nec alii vel aliis qui foret, vel forent in dicto ligno vel lignis injuriam, molestiam, dampnum, offensionem, vel gravamen in personis vel rebus existentibus in dicto ligno vel lignis. Et etiam predictos Venetos habitatores Venetiarum fideles subditos, et districtuales dicti domini ducis existentes in ligno vel lignis forinsecorum cum personis, et rebus non offendent, nec eis inferrent nec facient injuriam, molestiam, dampnum, offensionem, vel gravamen in personis vel rebus eorum, sed eos omnes, et singulos eorum cum personis, et bonis omnibus, et rebus eorum, tam in suis, quam in forinsecorum ligno, vel lignis habebunt salvos et securos. Nec venient ab Ancona ultra versus Venetiam, nec a ria ultra versus Venetias, nisi esset propter fortunam ac austeritatem tem-

poris: in quo quidem neminem offendent tam Venetum quam forensem, seu redibunt infra dictos confines quando potuerunt citius.

Ceterum si contingerit aliquo casu quod per dictum dominum comitem Georgium vel aliquem hominem Almisii, seu subditorum suorum daretur damnum alicui Venetiarum subiecto fideli habitatori, vel districtuali dicti domini ducis, et comunis Venetiarum, quod ipse dominus comes Georgius teneatur totum dampnum illud datum, cum fuerit per dominum ducem requisitum, infra unum mensem, postquam ipsa saytea, vel lignum vel ligna in Almisium vel ad loca, vel terras suas, fratrum suorum, vel alterius eorum seu terras, vel loca fidejussorum redibit, seu homines ipsius ligni vel saytee aut disgaricatis vel missis rebus acceptis in Almisium, vel in terris, vel terras fidejussorum, vel eorum infrascriptorum, vel in alias subiectas predicto domino comiti Georgio, vel fratribus ipsius, quocumque modo dictum dapnum totum integre satisfacere. Et si dictum lignum vel ligna, vel gens sua non rediret ad loca predicta, vel fratrum sorum vel alterius eorum, et dominus dux ipsum dapnum peterit, et requireret ante regressum suum, promisit dare tantum in aurum vel argentum, quantum per dominum ducem requisitum fuerit esse dapnum predictum, infra octo dies pos mensem predictum, in fortiam comitas Iadre, qui erit pro

tempore. Qua tam diu penes dictum comitem Iadre stare debeat, quam diu ipsa saytea vel lignum aut ligni qui dampnum dederit in Almisium, vel ad loca predicta redibit, vel homines ipsi, qui cum redierint totum illum dampnum emendare se obligavit, et promisit, et satisfacto dapno prèdicto, dictus comes Iadre teneatur restituere aurum et argentum predictum dicto comite Georgio. Et si forte ipsa saytea vel lignum aut ligna vel gens sua propter magnum lucrum quod faceret contra pacta predicta, vel alia de causa non rediret in Almisium, vel ad loca predicta, sicut dictum est supra, ita quod staret per duos menses extra, ultra primum mensem predictum, totum illud dapnum, quod datum fuerit, et per dominum ducem requisitum infra duos menses predictos, intere resarcire se obligavit, et promisit.

Item eodem modo promisit dictus comes Georgius, de dapno dato Tarette de Castradello, et genti sue, et Phylippo Georgio cum gente de barcha sua, dare et solvere libras quatuor millia denariorum Venetorum parvorum, videlicet libras millia infra dies XV. proximos venturos, et residuum infra duos annos proximos nunc venturos, scilicet quolibet anno libras mille quingentas denariorum Venetorum parvorum, usque ad satisfactionem integram dicte summe quantitatis. Et si acciderit, quod dicta terra Almisii exiret de ma-

nibus, et fortia dicti comitis Georgii, vel fratrum suorum, vel propingvorum suorum seu gentis sue infra terminum suprascriptum, quod non teneatur de trengua predicta, salvo tamen quod si aliquid lignum vel saytea exivisset extra Almisium, vel terris suis vel aliqua earum ante quam terram perdidisset, et dictum lignum vel saytea faceret dapnum aliquod, teneatur satisfacere dictum dampnum in terminis suprascriptis, tam si lignum rediret ad loca predicta quam non, et satisfacto dampno non teneatur.

Insuper predictus dominus Georgius comes per se, et suos homines, et nomine hominum, et comunis Almisii, ut predictum est juravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tacto libro in animam suam, et suorum hominum, ac hominum Almisii predictorum, attendere, et observare, et adimplere, et attendi, et observari, et adimpleri facere, omnia et singula supscripta; et quolibet eorum, et non contra facere vel venire contra predicta, vel aliquid predictorum, per se vel alium seu aliquos aliqua ratione, ingenio, sive causa, sub pena librarum viginti millium denariorum Venetorum parvorum, solemni stipulatione promissa. Versa vice predictus dominus Rogerius Mauroceno comes Iadre, nomine et vice dicti domini ducis comunis et hominum Venetiarum, habitatorum, et subiectorum fidelium ac districtualium suorum, nuncius, syndicus et procurator specialis illustris domini Petri Grai-

danici Dei gratia Venetiarum, Dalmatie, atque Chroatie ducis, et domini quarte partis et dimidie totius imperii Romanie, ad suprascripta, et infrascripta specialiter constitutus, ut continetur in commissione dicti domini ducis vera, et integra bulla plumbea dicti domini ducis bullata, facta anno incarnationis dominice 1293. indictione VII. die trigessimo mensis Decembris, a me Antonio iudice, et notario infrascripto, visa et lecta, inivit, fecit, et firmavit puram, et firmam treuguam usque ad decem annos proximos nunc venturos, cum suprascripto domino comite Georgio, recipienti, et stipulanti tam suo, et suorum nomine, quam nomine hominum, et comunis Almisii, promittens, quod predictus dominus dux per se seu per comune, et homines Venetiarum, habitatores fideles, et districtuales seu subditos suos non offendet, nec offendi faciet, nec offendi permittet in personis vel rebus predictum dominum comitem Georgium, nec homines Almisii, vel homines ejus ubicumque existentes, sed eos omnes et singulos in personis, rebus tam in mari quam in terra Almisii habebit salvos, et securos. Et in eorum fidem, et evidentiam pleniorem predictus dominus comes Georgius presens publicum instrumentum sua bulla seu sigillo pendenti cereo comuniri mandavit.

Et insuper domini Egidius iudex et Lencarius Andrea cives Spalatentes syndici, et

procuratores nobili viri domini Sthefani de Tadinis de Ancona potestatis, consilii, comunis et hominum Spaleti ad infrascripta specialiter constituti, ut patet per instrumentum publicum dicti syndicatus, scriptum per manum Thome Vizalis de Perusio auctoritate imperiali notarij, et civitatis Spalati jurati notari, et factum sub anno domini 1294. indictione VII die 21. mensis Martii a me Antonio iudico, et notario infrascripto, viso, et lecto, nomine et vice ipsorum domini potestatis consilii, comunis et hominum Spalati, et pro ipsis omnibus solepni stipulatione promiserunt se facturos, et curaturos, omni exceptione, et occasione remotis, quod predictus dominus comes Georgius, tam suo nomine, et suorum hominum, quam hominum et comunis Almisii, firma et rata habebit, et adimplebit omnia singula suprascripta, et quelibet eorum, et non contrafatiet, vel veniret aliqua ratione vel ingenio, sive causa de jure vel de facto, sub pena librarum tria millium denariorum Venetorum parvorum, solempni stipulatione premissa, et obbligatione omnium bonorum dicti comunis, et hominum Spalati, mobilium, et immobilium, presentium et futurorum.

Item eodem modo nobiles viri dominus Laurentius de Zavalellis civis Jadre fidejubendo, et se pro predictis et quolibet predictorum, pro dicto comite Georgio principaliter

obbligando in libris et pro libris mille denariorum Venetorum parvorum. Dominus Stane olim domini Damiani de Varicasa civis Iadre fidejubendo, et se pro predictis, et quolibet predictorum, pro dicto comite Georgio principaliter obbligando in libris, et pro libris DCCC denariorum Venetorum parvorum, Galussa olim domini Cerne de Mergia, civis Iadrensis fidejubendo, et se pro predictis, et quolibet predictorum, pro dicto comite Georgio principaliter obbligando in libris, et pro libris DCC. denariorum Venetorum parvorum. Dominus Domaldus de Zandolinis civis Iadrensis fidejubendo et se pro predictis, et quolibet predictorum pro dicto comite Georgio principaliter obligando pro libris, et in libris DC. denariorum Venetorum parvorum. Dominus Dessa de Fafogna civis Iadrensis fide jubendo et se pro predictis et quolibet predictorum, pro dicto comite Georgio principaliter obligando in libris, et pro libris DC. denariorum Venetorum parvorum. Bardii de Grisogono de Mauro, civis Iadrensis fidejubendo, et se pro predictis, et quolibet predictorum, pro dicto comite Georgio principaliter obligando pro libris, et in libris CCCC. denariorum Venetorum parvorum. Bivoldus de Botone, Micha domini Iacobi de Scolatura, et Stephanus olim Marini de Late cives Iadrenses fidejubendo quilibet eorum, et se pro predictis, et quolibet predictorum pro dicto comite Georgio prin-

cipaliter obligando quilibet eorum pro libris et in libris CCC denariorum Venetorum parvorum, et omnes, et quilibet eorum se obbligando ut dictum est, solepni stipulatione promiserunt per se, et eorum, et cujuslibet eorum heredes, et successores dicto domino Rogerio Mauroceno egregio Iadrensi comite recipienti, et stipulanti vice, et nomine dicti domini ducis Venetiarum, comunis, et hominum Venetie, ut supra scriptum est se facturos et curaturos, omni exceptione, et occasione remotis, quod predictus comes Georgius tam suo nomine, et suorum hominum, quam comunis et hominum Almisii, ut supra dictum est, firma et rata habebit et tenebit, et observabit, et adimplebit omnia et singula suprascripta, et quilibet eorum, et non contra faciet vel veniret aliqua ratione, ingenio, sive causa de jure, vel de facto, sub penis predictis per eos, et quemlibet eorum expressis solempni stipulatione premissa, et obligatione omnium bonorum suorum, et cujuslibet eorum pro quantitatibus supradictis mobilium et immobilium, presentium, et futurorum.

Acta et firmata fuerunt predicta omnia et singula ad Obrovitz villam sancte Marie monialium de Iadra, in logia dicte ville, presentibus nobilibus viris dominis Vita de Cerne de Mergia, Michaele de Varicasa, et Iacobo de Zadolinis ac dominis Angelus Regdus de Lovrechensi, Volziba de Matafarro, Micha Py-

chario, Gregorio dicto Grosco de Torone, civibus Iadrensis, et aliis pluribus testibus ad hoc vocatis, et rogatis.

Ego Antonius quondam Rolanduci de Bononia, imperiali, et prefectoria autoritate iudex et notarius predictis omnibus interfui, et ut supra legitur, rogatus publice scripsi, subscripsi.

Lib. pactorum, vol. III. ch. 43.

DXXXIX. (1300 ?)

Стефанъ Банъ целе Славоніе обећава Млетачкимъ трговцима, да ће ій одъ сваке штете и увреде чувати, ако дођу у нѣгове землѣ трговати.

Exemplum literarum domini St. banni totius Sclavonie, cum suo sigillo de cera viridi impresso.

Excelentissimo domino illustri duci Venetiarum domino et amico suo in omnibus honorando, St. bannus totius Sclavonie de Stennizuale, inclinationem cum omni reverentia et honore, in memoria vestre dominationis amicitia velit reducere, quod aliquando a nobis postulabatis, ut mercatores vestri de Venetia, per terras nostras, et nostram potentiam libere possent cum suis mercimoniis ambulare. Unde noveritis quod si eosdem ad nostras partes venire cum suis rebus permiseritis, ullum habebunt timorem in hac parte, quia imo ab omnibus molestare volentibus eosdem protegemus, et defendemus, et si huc venire voluerint, nos omnem securitatem damus, pro ut tenemur.

Commemoriale I. ch. 154.

DXL. 1224.

Клетва верности херцега Михайла Комано, дата дужду Млетачкомъ за землѣ Драчке.

Privilegium Dyrrhachini feudi, id est fidelitatis Michaelis Comano ducis, filii quondam Sevastocratoris, duci Veneto.

In nomine domini. Quia uos domine Petro Zian Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie dux quarte partis et dimidie imperii dominus Romanie; — ad preces supplices quas per nuntios meos virum venerabilem Theodorum Cernichensem episcopum, et Symeonem cunatem magnitudini vestre porrexi, concessistis mihi, et heredibus meis, et nomine feudi dedistis terras, que vestris — juris sunt, quas ego tenebam, quando Marinus Vallaressus vir nobilis dux Dyrachii venit ad me, a flumine videlicet qui dicitur Vrecus, quod est de ducatu Dyrachii, et sursum usque Nepantum, nomina quarum provinciarum hec sunt. Ducatus de Nicopela cum pertinentiis de Larta, et de Achilo, et de Natalico et Talisiana, de Ceris, et arcontorium monasteriorum, provincia Ianina grandis, provincia de Vagenichia, provincia Istronopolis et Crete, provincia colonie Cartoloratum et Glavinneza. Ego autem omnes homines Venecie salvos et securos habere debeo in personis et rebus ubique, et Dyrachinos, et sine ulla exactione et datione in omnibus partibus et locis, in quibus nunc dominium habeo, et

habebo in antea, eosque defensare debeo contra omnes homines, salvos et securos habere debeo, omnes qui sub dominio nostro sunt in personis et rebus, pariter ubique; debent autem vestri Venetici in omnibus terris quas habeo, et habebo, et in eis que sunt mihi concesse per vos, in quibus volueritis vos et successores vestri, habere ecclesiam et curiam et fondicum, et omnes alias honorificentias tam in spriritualibus, quam in temporalibus, quas habebant tempore domini Emanuelis imperatoris, et debent et ipsi, et Dyrachini libere mercari ubique et sine contrarietate cujusquam, et habere transitum ad omnem fluvium, et ad omnem aquam pariter sine contrarietate alicujus, sine diavato et rerasia et pedagio, et ulla alia exactione, et datione. Et si casu contingerit, quod aliquis de pertinentiis meis offenderit aliquem Venetorum, vel damnum ei intulerit, aut Dyrachinum aut Corfianeum, dannum et offensam emendari faciam infra dies XV. ex quo notificatum mihi fuerit, vel bailiis meis: quod si infra dies XV. emendatum non erit, faciam tunc illud emendare in duplum. Debeo quoque eos qui vobis sunt inimici, et erunt, habere pro inimicis, et inimicari eis, nec eos recipere in terris meis, donec ad vestram gratiam reformentur.

Preterea si navis aliqua Venetorum in partibus dominii mei naufragium sustinuerit,

studiose facere debeo, quod homines recuperent bona sua. Debet autem hominihus Venetie libera potestas esse, extrahendi frumenta de partibus omnibus dominii mei, sine contrarietate aliqua ad deferendum in Venetia. Corfiaticos de cetero in aliquo molestare non debeo, neque ab eis datium ullum auferre. Et si Arbanenses, vel Corfiatici nollent vestris, et successorum vestrorum obbedire preceptis, ego in hoc vobis adjutorium et vestris pro posse prestare debeo, et debeo omni anno semper in Dyrachio dare misso vestro qui appuaruerit ibi, vel duci vel alteri, libras yperperorum quadraginta duas, vel tantumdem valens, medietatem per mensem Madii, et aliam medietatem per mensem Septembris, et unum pannum honorabilem auro textum, ad ornatum altarem sancti Marci, et aliud unum vobis et successoribus vestris: debeo quoque facere jurare omnes bailos meos, quos sicut mihi placuerit per loca diversa constituam, quod homines Venetiarum salvos et securos habebunt in persona et rebus, propter que beato Evangeliste Marco fidelitatis vinculo sum astrictus, et quod vobis et successoribus vestris, et hominibus Venetiarum ero sine fraude fidelis, et legalis amicus, et insuper me omnia suprascripta capitula servaturum fideliter sine fraude, et post decessum meum filius meus Constantinus de singulis capitulis observandis, debet simile per omnia facere sacramentum. Lib. pactorum, vol. I. ch. 114.

DXLI. око год. 1300.

Попись и титуле владаюћи при свршетку XIII-тогъ века господара, съ коима су Млетчићи у свези и преписки били.

Domini de Sclavonia, et Bulgaria.

Vrossus rex Servie, Melinie Chelmie Dioclie Albanie, et marittime regionis.

Stephanus regis Vrossi filius, rex Dioclie Albanie Chelmie et maritime regionis.

Stefanus rex Raxie, ut supra.

Ladislaus filius ejus.

Michael dispoti Bulgarie, dominus de Vigdino, gener regis Vrossii.

Vecelaus Imperator Bulgarie.

De Sclavonia.

Ser Paulus banus Croatorum, et Boxine.

Doymus comes Vegle, Modruzi, et Vinodole, Geze, et Possegie ac Segle perpetuus dominus.

Bartholomeus Guido, et Fredericus quondam comitis Ioannis Vegle nati.

Stephanus banus totius Sclavonie de Stenizuala.

De Romania.

Andronicus in Christo Deo fidelis imperator, et moderator Romeorum, Duca Angelus Comnenum Paleologus semper Augustus.

Irina in Christo Deo fidelis imperatrix, et moderatrix Romeorum. Duchena Angelina Cumini Paleologina semper Augusta, de Montisferrati Marchionissa.

Anna Christi fidelis despina Cumneni ducissa.

Nicolaus sancte Constantinopolitanae ecclesie patriarcha.

Dux Athenarum.

Thomas Dei gratia magnus Romanie despotus, princeps Blachie, Archanao dominus, dux Vigenitio, comes Achillo, et Nepanti ac regalis castri Iohanine dominus.

Ludovicus princeps Achaye.

Mahalda principissa Achaye, ejus uxor.

Lib. pactorum vol. III. ch. 79.

DXLII. око год. 1300.

Уговоръ са островомъ Багомъ о условіяма, подъ коима ће овай држанъ бити у подавству Млетака.

Ad ambaxatam exibitam domino duci per prudentes viros . (sic) . . . ambaxatores universitatis insule Pagi ad nostram missos preentiam. Et primo ad primum capitulum de facto electionis comitis, respondemus, quod reservamus nobis, et nostro comuni electionem ipsam, pro ut nobis placuerit faciendum: de salario autem comitis, licet sciamus, quod ipsi dabant comuni Iadra libras M CCCC annuatim, tamen volentes nos habere gratiose erga eos, sumus contenti eis dimittere libras CCCC de gratia, et quod dent nobis illi de Pago libras M. nec ad alia exibenda dicto comiti teneantur, salva domo pro habitatione comitis: de aliis vero contentis in dicto capitulo contentamur.

Supra secundo capitulo de facto datiorum salis respondemus, quod sicuti ipsi sci-

unt, nos pro conservando, et defendendo eos fecimus, et facimus, et facturi sumus magnas expensas, unde voluimus, quod illud datium scilicet in nostrum comune Venetiarum deveniat, nam semper illud datium comuni Iadre solvebatur, pro quo exigendo comittemus aut nostro comiti, aut alii, ut nobis videbitur.

Supra tertio de dando homines LX. pro conducendo comitem nostrum Pagum, sumus contenti, prout continet.

Supra quarto capitulo de eundo in exercitum nostrum, volumus et contentamus, quod si continget nos facere exercitum intra culfum, per partitionem volumus, quod illi de Pago illam similem partitionem de suis hominibus faciant, et mittant ad dictum nostrum exercitum, que fiet Venetiis.

Supra quinto capitulo de eo quod dicunt quod Iadrenses intraverunt in terras et aquas comunis Pagi, respondemus, quod noster comes illuc veniet, et videbit, et examinabit de facto, et denotabit nobis facti conditionem, et nos supra facto providebimus, faciemus fidelibus nostris de Pago quod fieri debebit de jure.

Supra sexto, et ultimo capitulo quod non velimus quod sub alio dominio quam sub nostro ponantur, respondemus, quod verba sua nobis placent, quia congnoscimus, quod procedunt a bona causa et non habent dubitare, quod in aliquo casu qui possit accidere, non provideamus de eis bene sicut quam habe-

bunt rationabiliter contentari, cum intendamus semper diligere statum et bonum ipsorum tamquam fidelium dilectorum.

Datum penultimo Iunii, none indictionis.

Commemoriale I. cb. 115

DXLIII. 1303.

Потраживанѣ плате бывшегъ кнеза Дубровачкогъ Марка Дандула.

Ratio questionis domini Marci Dandulo quondam comitis Ragusii pro utraque parte.

Cum per Nicolam de Mencio nuntium Ragusii diceretur domino duci, quod nobilis vir Marcus Dandulo quondam comes ibidem, receperat ultra quam debuerit de pecunia comunis Ragusii yperperos CXXXI et grossos iij, petens quod faceret eam sibi restitui, et ipse nobilis diceret, quod non erat ita, immo erant, sicut continent cedule, quas monstrabat, quorum tenor continetur inferius, misse fuerunt comiti, et comuni Ragusii litere, que sunt in libro 9. literarum carta 43, inter cetera continentes, quod ipsi mitterent nobis per singulum quidquid debebat recipere dictus Marcus, et quidquid recepit. Et ipsi rescripserunt nobis hoc modo.

Magnifico et excelso domino suo et tamquam patri domino Petro Gradonico etc. Marinus Baduario de suo mandato etc.

Magnificentie vestre literas quas misistis reverenter recepi, continentes, quod magnificentie vestre distincte per singulum scribere

deberem totum illud, quod nobilis vir Marcus Dandulo habere debuerat, tam pro salario quam pro aptagio, vel alio quoquo modo aliquid habere debuerat, ad que magnificentie vestre singulariter, et distincte duxi presentibus intimandum. Dictus nobilis Marcus Dandulo debebat habere pro secundo anno libras M. ad grossos. Valent dicte libre pp. DCCLXVI. Item debeat habere pro aptagio pp. CLX. pro secundo anno. Item debebat habere pp. X. pro scribano suo. Summa pp. D.CCCCXXXVI. Recepit dictus nobilis Marcus Dandulo pro secundo anno per manus Marini Businglam camerarii tunc temporis pp. XXX. Item pp. CLII per manus dicti Marini, quos habuit a Doana. Item pp. D. per manus Ursatii de Zereve. Item pp. XVIII. pro frumento quod accepit a comuni. Item pp. XXXIII. et grossos III. per manus Laurentii de Menze. Summa p.p. DCCXXIII. et grossos tres. Restat comune Ragusii dare dicto nobili Marco Dandulo pp. CCXII. et grossos IX. pro secundo anno. Et veritas rei sic invenitur per camerarios, et officiales tunc temporis constitutos; propterea congnoscat vestra magnificentia, quod dictus nobilis Marcus Dandulo recepit libras grossorum Venetorum XVII. et pp. IIII. a Nicola de Menze et a Matheo civibus vestris de Ragusio, facta ratione pro superfluo quod accepit. Restat dare dictus Marcus Dandulo comuni vestro de Ragusio pp. CXXXI. et gros-

sos III. Placeat vestra excellentia dictos yperperos quos dare debet restitui facere vestro comuni de Ragusio.

Datum Ragusii die 18. Iulii.

Dominus Marcus Dandulo adduxit in favorem sui tres cedulas, quarum tenores sunt tales. In prima cedula continetur hoc modo.

Recepit M. lo comite de la Duana pp. X.

Item in alia manu recepit pp. X.

Item in alia manu recepit pp. X. per manum de Pero Foscarin.

Item in alia man pp. XXXX. li qual riceviti de li doaneri.

Item in alia man pp. XX. li quali ricevi de li doaneri.

Item pp. I a misser lo conte, li qual fu dati a ser Tripe de Zorzi li qua de li doaneri.

Item XII. alli camerlenghi li quali de a misser lo conte li doaneri; summa librarum VIII de grossis.

Nos Ilia de Iurco, et Nitifor de Rannina dedimus ac domino comiti staria XII. de granis comunis per pp. 18.

Prescripta fuerunt in prima cedula de papiro.

Alia cedula erat de bergameno et continebat hoc modo.

Libras XXXX. grossorum, et grossis XXXXIIII. Item pp. XV. et grossi IX. Item pp. XV. pro presenti.	hec erant de una scriptura.

Recepi libras XXV. de grossi a man complida Restame a dar libras XVI. soldi XIIII denari VII. de grossi a man complida. Ricevi soldi XXXI. de grossi che fo de lo formento libras grossas.	Hec erant de alia manu in eadem cedula.

Tertia cedula continebat.

Questo si e quello che deveva recever dal comun de Ragusi.

Item libras XI. di grossi e soldi III grossi VII. Item soldi XV. grossi IX. Item soldi XV. pro presenti. Summa librarum XXXXI. soldi XIV. grossi IV.	hec erant de alia manu in eadam cedula.

Questo eo recevudo.

Item libras XXV. de grossi complidi. Item soldi XXXI. de grosi che fo del formento Reme a dar li Ragusi libras XV. soldi III. grossi IV.	hec erant in uno latere de una scriptura.

Questo si e quello cho scosso per Ser Marcho mio barba.

Libras VII. de grossi in grossi. Libras VIII. soldi XIII de grossi in danari da XX. e da XXII. Fo cambia li danari da XX. e da XXII. e da de Lazo danari V. per libra che fe libre XI. che monta soldi VII. grossi I.	hec erant in eadem cedula ex altero latere de alia scriptura.

Resta lo ricever libras XV. soldi V. grossi XI.

Commemoriale I. ch. 56.

DXLIV. 1301. indict. XIV. 23 Iulii in Tragurio.

Пуномоhie и наставленѣ посланику гр:да Трогира Мати Пучiо.

Sindicatus in persona providi viri Mathei Pucii de Tragurio.

In Dei nomine amen. Anno domini MCCCI indictione XIV. die III. Septembris coram magnifico domino Petro Gradonico etc. presentialiter constitutus providus vir Matheus domini Pucii de Tragurio, sindicus actor et procurator specialiter constitutus, habens ad infrascripta sufficiens mandatum nobilium virorum Romani de Stenis iudicis de Padua, capitanei civitatis Tragurii, consilii, et comunis civitatis ejusdem, ut de ipsius sindicatu apparebat ibidem publico instromento sub annis domini MCCCI. indictione XIV. die XXIII. Iulii manu Sirotti Petri de Ancona publici notarii confecto, a me infrascripto notario viso et lecto, sindicario nomine pro ipsis capitaneo, consilio, et comuni, et hominibus Tragurii, eidem predicto domino duci, et comuni recipiente nomine suo consilii comunis Venetiarum hominum, et cujuslibet singularis persone Venetiarum, et districtus, cujus interest, vel possit interesse: quod predicti capitaneus consilium, comune, et homines Tragurii solvent, et dabunt in civitate Venetiarum ipsi domino duci, et comuni Venetiarum, libras III. millia denariorum ad rationem de XXXII.

denariis pro grosso, amodo in antea hoc modo; videlicet usque ad nativitatem domini primo venturo libras DCCL, et sequenti tempore quolibet festo nativitatis domini secuture libras DCCL. usque ad perfectam solutionem dictarum librarum III. millia, faciendam per vos et recipiendam ab eis per predictum dominum ducem, et comune Venetiarum. Et hoc nominatim pro fidejussione, seu securitate, quam fecerunt domino duci, et comuni Venetiarum pro se et eorum subiectis, pro comite Georgii de Amisio, occasione damnorum ab eodem comite, et gente ejus illatorum subjectis domini ducis, ac pro represaliis concessis per dominum ducem, et comune Venetiarum contra homines Tragurii occasione predicta, promisit etiam et convenit dominus sindicus dicto sindicario nomine predicto domino duci recipienti, ut dictum est, quod predicti capitaneus, comune, et homines Tragurii non recipient in eorum terra, portu, seu districtu aliquas mercationes terrarum Spalati, Sibinici, Scardone, et None seu aliquarum terrarum, quibus vetitum est uti Venetiis cum eorummercationibus, que mercationes consueverant Venetiis adduci, scilicet, corame, pelamem, pelizariam, ceram, lanam, caseum, carnes, bestias, granas, ficus, uvam passam, sonziam, et quelibet alia mercimonia partium ipsarum. Et quod non consentient, nec permittent aliqua de his, que de Venetiis portarentur Tragurii por-

tari ad dictas civitates et loca, seu aliquam ipsarum aliquo modo, vel ingenio, sed prohibebunt cum effectu. Et quod aliquis de Tragurii non adducet, nec portabit per se, aut alium de mercationibus aut aliis rebus dictarum terrarum, et cujuslibet ipsarum ad civitatem Venetie, vel aliquam terram subiectam dominio Venetiarum. Et si aliquis de Tragurio, et districtu et. cet.

Comemoriale I. ch. 19.

DXLV. 1308. 19 Februarii, indict. VII.

Писмо кнезу Дубровачкомъ Андріи Злату.

Andree Dauro comiti Ragusii.

Cum discretum virum Marcum Istrego, patronum presentis galee pro accipiendo bombicem nostrorum fidelium, qui de galeis, quarum erat capitaneus nobilis vir Petrus Con tareno Ragusium remanserunt, illuc presentialiter transmittamus, prudentie vestre scribimus per nos, et nostrum consilium, precipiendo mandantes, quatenus dictum bombicem eidem Marco dare debeatis Venecias deferendum.

Datum in nostro ducali palacio Venetiarum sub die 19 Februarii 1308. indictione septima. Lib. litterar. secret. Collegii. ch. 25.

DXLVI. 1309.

Писмо кнезу Дубровачкомъ.

Comiti Ragusii.

Habito per literas nobilis viri S. Marini Baseglio, ac ejus precessoris, qualiter homi-

nes de Farra, et Braza sepe brigas et discordias faciunt, quas potestates eorum propter suam innobedientiam pacificare non possunt, ideo prudencie vestre scribimus per nos et nostrum consilium precipiendo mandantes, quatenus si accideret, quod dicti de Farra seu Braza ad hujusmodi brigas devenirent ad eorum inobedienciam et maliciam refrenandam nobili viro Ioanni Superancio potestati eorum debeatis dare vestrum consilium, auxilium et favorem, quandocumque a vobis duxerit requirendum.

Lib. litterar. secret. Collegii ch. 46.

DXLVII. 1309. 9 Februarii. indict. VIII.

Писмо кнезу Дубровачкомъ Бертучію Градонигу.

Bertucio Gradonico comiti Ragusii.

Cum per Cunizam uxorem quondam Michaelis de Mantua sit nobis expositum, quod dictus eius vir veniens de partibus Nigropontis decesserit apud Ragusium, et quod ipsius denarii et bona, remanserint apud cancellarium vestrum, dictaque mulier ignoret utrum dictus vir ejus condiderit vel non condiderit testamentum, ad ipsius supplicationem vobis scribimus, et per nos, et nostrum consilium vobis precipiendo mandamus, quatenus si dictus Michael inordinatus decessit, denarii et bona ipsius, quae sibi fuerunt inventa, quae essent tam apud dictum cancellarium, quam apud alios, ad nostram presentiam transmitatis, ut legi presen-

tari valeant, et fieri, quod jus postulat, et requirit; si vero dictus Michael ordinatus decessit, denarii, et bona sua predicta cum testamento vel ordinatione quod vel quam fecit mittere illis, ad quod spectare videritis, et debeatis.

Datum in nostro ducali palatio Venetiarum, anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo tercentesimo nono, indictione octava, die vero nono Februari.

Lib. litterar. secret. Collegii ch. 69.

DXLVIII. 1310. 9 Aprilis, indict. VIII.

Писмо кнезу Дубровачкомъ.

Comiti Ragusii.

Intellecto vestrarum litterarum tenore inter cetera continentium de barca hominum de Apulea onerata frumento, et ordeo, quam captam per Petrum Lauredano vobis recomendavimus cum carico, idem Petrus, et continentiam insuper, quod tale dignaremur adhibere remedium super predictis, quod vestri fideles de Ragusio in partibus Apulee conversantes propter ea dapnum minime patiantur, prudentie vestre rescribimus, quod nos deliberatione habita delinquenti providimus, quod dicta barca cum rebus omnibus restituatur hominibus supradictis; unde vobis scribimus, et mandamus per nos, et nostrum consilium minus, et de quindecim, quatenus dictis hominibus Apuleis restituatis barcham, et caricum, et omnia sua que habetis: veruntamen faciatis vobis fieri securitatem pro nobis, vobis, et omnibus

nostris fidelibus, qui numquam propter ea fiet questio pro predictis, vel molestia.

Datum in nostro ducali palatio Venetiarum, anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo tercentesimo decimo indictione octava, die vero nono Aprilis.

Lib. litterar. secret. Collegii ch. 76.

DXLIX. 1310. 10 Iunii, indict. VIII.

Пасмо кнезу Дубровачкомъ Бертучію Градонигу, о побуни Баіамонта Теупола.

Bertuccio Gradonico comiti Ragusii.

Quoniam per alias nostras litteras denotavimus vobis inauditum scelus per proditores presumptum, sed illud ad cautelam vobis providimus presentibus seriosius iterare, videlicet, quod ille nequissimus proditor et seductor iniquus, iniquitatis filius, et maledictionis alumnus Bajamons Theupulo, beneficiorum, honorum, et dignitatum progenitoribus ejus per comune Venetiarum eorum meritis collatorum ingratus, propter que habebat statum nostrum, et comunis Venetiarum, ut pupillam oculi custodire, Marcus Quirini de domo maiori, et ceteri de ipsa domo qui se Venetiis repererunt, Petrus Quirini sancte Justine, et Marcus ejus filius, Andreas Dauro, et Paulus Quirini, filius Marci Quirini procuratoris ecclesie sancti Marci, et aliqui allii nobiles de Venetiis, quamplures ex popularibus nostris civibus seducentes conspiracionem contra nos et nostrum comune inierunt, et Forbanitos;

èt Malandrinos et forenses quos potuerunt, collegerunt secum, et in vigilia sancti Viti de nocte omnes, predicti recolegerunt se ad domum dicti Bajamontis intendentes summo mane, omnes per potenciam venire ad nostrum palacium debellandum, sed nos hoc sentientes illa nocte statim id fieri notum fecimus consiliariis nostris, capitibus de quadraginta, officialibus de nocte, advocatoribus comunis, et multis aliis nobilibus Venetiarum, et alie bone genti, qui statim venerunt ad nos, sicut debuerunt, preter ipsum Andream Dauro, qui conspiraverat cum eisdem, et nos cum eis, et cum alia bona gente nobilibus, et aliis, qui pro honore nostro et suo, et pro conservatione boni status terre. traxerant ad nos in platea descendimus aliquantulum ante diem, ut obviaremur eisdem, et paulo post ipsi cum multitudine armatorum ad arma discooperta, et vexilla explicata cum clamoribus, et tumultu usque super plateam effrenata audacia se duxerunt, quod nos videntes cum predictis nobilibus, et aliis bonis civibus Venetiarum, qui nobiscum erant, viriliter insurreximus contra eos, et manu potenti cum duro tamen bello et aspero, ipsos cum adjutorio Dei, et evangeliste sui beati Marci repressimus, et conculcavimus per durum exercicium gladiorum plures occidentes ex eis, inter quos fuerunt dicti Marcus Quirini, et Benedictus ejus filius, qui remanserunt super

plateam gladiis trucidati, ut eorum merita requirebant, et multi ex eis fuerunt graviter vulnerati: reliqui vero qui remanserunt viri non valentes tam durum impetum sustinere, reduxerunt se in Rivum altum quam melius potuerunt, et domum comunis, qui est in capite pontis Rivoalti, in qua moratur magister Petrus medicus, armis et hominibus munierunt, levaverunt pontem, et se fortificaverunt in Rivoalto, sed nos fecimus gentem nostram quiescere, non recedente aliquo de platea, et circa vesperas misimus virum nobilem Ugolinum Iustinianum de nostro mandato potestatem Clugie, qui cum multis Clugiensibus applicuerat illa hora, et viros nobiles Antonnium Dandulo, et Balduinum Delphinum, quos fecimus capitaneos gentis nostre, cum multis aliis nobilibus, et alia bona gente, qui omnes venerunt ad dictum domum munitam per eos, ceperunt per vim aliquos occidentes ex eis et debellare pontem, et Rivumaltum ceperunt, quod ipsi videntes non expectaverunt, sed exiverunt de Rivoalto, et de terra, et debent ire nobiles de nostro consensu ad mandata nostra ad illos confines quos volumus sibi dare, et reliqui ad nostram misericordiam debent stare: de nostris autem in predictis nemo Dei gratia fuit occisus, nec ad periculum vulneratus, post modum vero Baduarius Baduario principalis actor conspirationis predicte, qui cum gente armata de partibus Padue

veniebat Venetias, ut interesset predictis incidit nostras manus, cui mediante iustitia de voluntate nostri majoris consilii caput fecimus amputari, et duobus aliis, qui fuerunt cum eo, et quinque aliis suspendi per gulam, ut ipsorum merita requirebant, ita quod per Dei gratiam terra Venetiarum numquam fuit in tanta quiete nec in tali pacifico statu ut modo est.

Datum in nostro ducali palatio Venetiarum anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo tercentesimo decimo, indictione octava die vero vigesimo Iunii.

Lib. litter. secret. Collegii ch. 90.

DL. 1310. 24 Iunii, indict. VIII.

Налогъ кнезу Дубровачкомъ, да да уватити бившегъ капетана Марка Зане и да га пошлѣ подъ стражомъ у Млетке.

Comiti Ragusii.

Datum est nobis intelligi, quod Marcus Zane qui solebat esse comittus possit venire cum quadam barca in partibus Romanie, et cum idem tentaverit contra nostrum honorem, et sit plurium culpabilis, vestram prudentiam rogamus, ut si per partes vestras ire contingerit, capi faciatis, et ad nostram presentiam ub fida custodia mittere debeatis.

Datum in nostro ducali palatio Venetiarum, anno ab incarnationd domini nostri Iesu Christi millesimo tercentesimo decimo, indictione octava, die vero vigesimo quarto Iunii. Lib. litterat. secrt. Collegii ch. 90.

DLI. 1311. 6 Octobris, prope Belgradum.
Писмо краля Угарског послато папи римском Климентiи у послу града Задра.

Millesimo tercentesimo undecimo.

Exemplum litere domini regis Hungarie domino Pape in favorem Iadrensium.

Sanctissimo Patri et domino Clementi divina providentia sancte Romane ac universali ecclesie summo Pontifici, Carolus per eamdem Hungarie Dalmatie Chroatie Rame Servie Galitie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus, et honoris montis sancti Angeli dominus, cum summa reverentia, et obbedientia devota pedum oscula beatorum; apud vestre sanctitatis excellentiam presentibns desidero patefieri, quod civitas Iadrensis, que est de regno Hungarie, quam Veneti a multis temporibus jam clapsis potentialiter occupata tenuerunt, nunc de dicto nostro regno existens, et se esse recognoscens ad nostrum dominium cum omni fidelitate est reversa, propter quod ipsam Veneti supradicti inquietant, et molestant obsidendo et jura ipsius, posse et insulas in ipsorum preiuditium occupando. Quare vestre sanctitatis reverentiam devotis, et humillimis precum instantiis requiro cordis intimo cum effectu quatenus, dignetur vestra sanctitas ipsis Venetis injungere, et precipere firmiter, et districte, ut de cetero ipsi Veneti predictos Iadrenses in nullo presumant molestare, nec eamdem civitatem obsidere; et ut omnia per

ipsos Venetos indebite occupata in insulis et in aliis ipsorum possessionibus Iadrensium restituant, et ressignent Iadrensibus antedictis: cetera vestre sanctitati referenda commisimus Iacobo latori presentium, cujus verba dignetur vestra sanctitas fidem credulam adhibere.

Datum prope Velgratum sexto idus mensis Octobris. Commemoriale I. ch. 178.

DLII. 1316. 18 Septembris, in Temesvar.

Писмо краля Угарскогъ Карла, коимъ дае слободу свима трговцима, да могу у нѣговимъ землямa слободно трговати, пошто плате царину у нѣговой тардиньи, кою гради на рѣки Сави.

Hoc est exemplum quarundam literarum, domini regis Hungarie impressione sui sigilli cerei munitarum, quarum tenor talis est.

Carolus Dei gratia rex Hungarie universis et singulis mercatoribus per regnum nostrum procedentibus salutem cum dilectione. Universitatem vestram presentium tenore pervenientes vobis declaramus, quatenus per universum nostrum regnum veniens cum rebus, et mercimoniis, debitis tributis solutis juxta antiquam, et approbatam per nostros predecessores consuetudinem, ac soluto tricesimo sub nostro castro, quod edificari facimus in portu Zave, libere et secure procedatis in eundo, et redeundo etiam cum personis vestris fide nostra regia mediante; datum in Temesvar die XIII. Septembris anno domini MCCCXVI.

Nota quod litera autentica huius exempli data fuit vicedominis fontici Theutonicorum.

Commemoriale I. ch. 268.

DLIII. 1418.

Лѣтописъ о освоеню Задра и Далмиціе одъ Млетчиһа, и о бунама Задрана и Далметинаца противъ Млетака.

Ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi fluxerant anni DCCCCLXXXXII. ducabatque Petrus Orsiolo cum primum Dalmatini sponte Venetis se dediderunt. Dux ipse vocatus ab illis personaliter in Dalmatiam grandi galearum et navium apparatu profectus est. Primo quidem Iadram attigit, ubi integra obedientia et voluntaria fidelitate recepta, deinde Sibenicum, Tragurium, Spaletum, Abserum, Chersum, Arbum, Veglam, Faram, Dalmissam, Curzolam, Ragusium in eandem fidelitatem habuit. Omnesque ducem ipsum et eius successores sibi in veros dominos assumpserunt. His gestis totaque subacta Dalmatia ducali titulo aditum est atque Dalmatia dux et cet. — Sed in .ML. ducante Dominico Contareno Iadra Venetis rebellavit et regi Croatiae se summisit, eodemque anno vi et potentia magno galearum et navium numero, cui dux ipse personaliter praefuit in deditionem rediit.

MCXI. tempore Ordelafi Faledro ducis, Iadra secundo a fidelitate defecit et regi Hungariae sese dedit. Sed idem

dux potenti exercitu maritimo in Dalmatiam personaliter navigans, tandem in MCXV. de mense Augusto Iadram longa obsidione et bellorum asperitate subegit. Continuoque Sibenicum in idem rebellionis crimen delapsum etiam subiugavit, et omnem murorum ambitum pro infidelitatis recordatione prostravit. Exercitumque suum in Croatiam transtulit, cuius integrum dominium vendicavit, et ducatui suo Croatiam in tituli venerationem adiecit. Et Venetias rediens plurimos magnates et nobiles Dalmatinos et Croatinos in captivitatem adduxit.

MCLXX. Ducante Vitale Michaele Iadra tertiam rebellionem praesumpsit ad instantiam archiepiscopi Iadratini, et eodem anno sub capitaneatu Dominici Mauroceni, qui tempore rebellionis Iadratinorum regimini praeerat, potenter solito iugo redacta fuit.

MCLXXXVI. Aurio Mastropetro duce, Iadra quarto defecit et regi Hungariae se summisit. Postea Henricus Dandulus dux anno MCCII. dum ex confederatione habita cùm Bolduino comite Flandriae, comite S. Pauli, marchione Montisferrati et plurimis aliis, pro redemptione sepulcri dominici copioso exercitu per Dalmatiam navigaret,

Iadram et Iadratinorum infidelitatem sibi potentissime subiugavit.

MCCXLII. Sub ducatu Iacobi Teupoli, Iadra quinta rebellione a Venetorum dominio se subtraxit regem Hungariae sibi summens. Paratis itaque galeis XXVI. navibusque XX. sub ductu Raynerii Geno sequenti anno civitas ipsa per duos menses viribus et obsidione coacta solito Venetorum jugo subacta fuit. Sed ex continuis gravibusque molestiis, quibus Dalmatia per Hungariae regem et suos affligebatur missi fuerunt ad eum in MCCXLVI de mense Iulii, Stefanus Iustinianus et Petrus Dandulus, qui ab eodem rege concessionem Iadrae et districtus obtinuerunt.

MCCCX. Ducante Petro Gradenigo, post coniurationem Baiamontis eo ipso anno Iadra in sextam rebellionem prorumpens, Michaelem Maurocenum eius rectorem exclusit et dominium in comunitate retinuit. Qua de re magnus fuit indictus exercitus sub ductu Belloti Iustiniani. Deindeque sub ducatu Marini Georgio MCCCXI. auctus fuit exercitus maritimus et terrestris sub capitaneatu Dalmasii genere Catellani, qui exercitum Venetorum sibi commissum nepharia proditione delevit; sed anno proximo. MCCCXII. ducante Johanne Superantio, Jadratini sub pactorum conditione ad fidelitatem pristinam rediere.

MCCCXLV. de mense Augusti sub Andrea Dandulo duce, Iadra septimo rebellavit et regi Hungariae se summisit. Anno vero sequenti viribus et obsidione redempta fuit, sub capitaneatu Marci Iustiniani procuratoris.

MCCCLVII. Iohanne Delphino ducatui praesidente, ad instantiam regis Hungariae, Iadra furto surrepta fuit et usque ad MCCCCIX. continue occupata. Quo tempore rex Ladislaus tamquam verus dominus et posessor Iadram totamque Dalmatiam dominio Venetorum titulo libere et perpetue venditionis alienavit.

His itaque temporibus recte dinumeratis ab eo tempore quo primum Iadra sub Venetorum ditionem pervenit usque ad hunc annum. MCCCCXVIII. fluxerunt anni circiter. CCCCXXVI. cuius temporis anni CCCXLII. vel circa, sub Venetorum ditione cesserunt. Reliqui vero LXXXIIII. ex Iadratinorum defectione sub diversis dominiis atque fluctuationibus transierunt.

Commemoriale I. ch. 13.

DLIV. 1420. die 15 Octobris.

Заключено, да Млетчића пишу папи Римскомъ, да се сагласи на то, да Пољски краљ може примити Чешку круну, кою му Хусити нуде. (кратакъ изводъ).

Sribatur reverendissimo patri domino Francisco Lando cardinali Venetiarum; certificati fuimus per multas vias barones Boemiae misisse solennes ambassiatores suos

ad regem Poloniae, offerentes ei regnum hoc et eum coronare, et se libere ponere in manibus dicti regis, baronum, praelatorum doctorum et magistrorum sacrae paginae regni Poloniae, et si per eos cognoscetur dictos hereticos Vsonos, in aliquo deviare a fide Iesu Christi, offerunt se Usoni praedicti debitam penitentiam pati; — Veneti videntes, quomodo ex una parte multiplicantur infideles Turchi, ex altera isti Usones heretici, in media Christianitate existentes, cum summo periculo Christiani populi, svadent Papae, velit consentire ut rex Poloniae acceptet istam coronam Boemiae et cet.

Secreta consilii rogatorum, lib. VII. ch. 184.

DLV. 1518. 7 Martii, indict. VI.

Ловрета Лоредан, дужд Млетачки поклања достоянство Млетачког кавалѣра Еронниму Матіевићу Дубровчанину, посланнику Влашког войводе Басараба.

Militiae privilegium pro domino Hieronymo Matievich, illustris domini Rosarab vaivodae Transalpiensis nuncio seu oratori.

Leonardus Lauredanus, Dei gratia dux Venetiarum et cet. ad prepetuam rei memoriam. Consvevere maiores nostri multis ac variis modis animi sui gratitudinem affectusque in eos declarare principes et claros viros, quos et virtute et excellentia prestantes cognovissent. Quum ad praesentiam dominii nostri nuperrime accesserit spectabilis et egregius dominus Hieronymus Matie-

vich Ragusiensis, nuncius seu orator illustris et excelsi domini Boçarab vaivodae Transalpiensis, visum est nobis, sic suadente amicitia et benivolentia, qua vehementer prosequimur ipsum dominum vaivodam, nec minus dignitate personae dicti oratoris, eundem honoribus tituloque comuni .... decorare; quo omnibus nota sit eius praestantia. Ipsum igitur dominum Hieronymum post expositionem et expeditionem eorum quae in mandatis habuerat, coram nobis in frequenti collegio nostro constitutum, ritu solenni servato, ad honorem, gradum et dignitatem equestris ordinis promovimus, militemque creavimus, ense, cingulo, calcaribus aureis solenniter de more accinctum, cum prerogativa, ut in posterum miles splendidus cognominetur, auctoritatemque habeat et facultatem, vestes aureatas, ensem, cingulum, calcaria et alia cuiuscumque generis aureata insignia militaria perpetuo gestandi, gaudendi honore, preeminentia, jurisdicione libertate et privilegiis omnibus, ad veram militiam, equestremque dignitatem spectantibus. In cuius rei testimonium et robur has fieri, nostroque plumbeo sigillo communiri jussimus. Datae die septimo Martii, indictione sexta, M.D.XVIII.

Ex libro privilegiorum II. charta 75.

DLVI. 1512. 14 Фебруара у Дубачници на острову Крки.

Катарина жена Ивана Оштарића продае свою землю Виђентію Барба, властелину Млетачкомъ.

† В христово име амннь. од негова роэнїя. .уфвц. индикцїон прки .дн҃. дı. мисеца првара, в отоцн крукомь к дубачници, в хижи шимуна клобучарића, предь добрими мужи жань фурниромь бурдиромь з бенетакь и стипкомь блаунћемь, стануђи в дубачници и веће иниихь сведоци на то звааних и прошенихь окди, катуша жена ивана оштарића, за се и за своихь осталихь, есть дала и вавихь продала озепу з брегше прокарадру мисер вицеица барба властелина бенетачкога, онди будући и за се и за своихь купуюћи и приъюћи, вась меїороменть, ки е оу чк҃ни, да више писана катуша на земляхь више писанога озепа, ча су бразде и остала фатига ча лежи в дубачници поли ове комфине, з буре долаць више писанога озепа, ки држи стипань клобучарић, с трмунтане пут комунски, за гбина путь комунски, з юга бразде стане жене покоинога луке клобучарића, їако су ки прави комфини, за имити држати уживати и посидити, дати даровати продати промииити и дати за душу и за тело, оставити и все ча коли тому истому озепу и нега остали од нина наприд буде му драго ва викь учинити, са всими юрисдикции онными пртиненции своими и лазомь и вилазомь до путь комунски; а то по цени и к име цене либр҃ .рк. како осташе по утнмаду нхь суци дуимн билаучић и юрки билаучић и вици сучрић, одь кихь пинезь више писана катуша есть комфесела и контентала да има дукать .д. озепа више писанога трмиш останку о сенси пркон дука-

та .ѱ. е божићи пркомь дуката к. потле всаку сенсу дуката .к. а всаки божић дуката к. докли се испуни тих више писанихь либар .р.и.к, чинећи за се и за своихь осталихь тому истому езепу конаць и ремиуниоль и пать, обитаюћи та иста катуша за се и за своихь осталихь врхь тога продам и посес реченога меоромента правде нездвизати ни ни би отил здвигнути пристати, да и нега и осталихь своихь од всакога чловика коими и обћини бранити и одбранити, и реченога продаш и все више писано вавикь имити становито настояти обдржати и нигдар на мане неприти од рачуна али стварию, под пену дуплу речене цене и рефекати все школе и спизе и интереси правди и ванска и облигацїон свога добра гибућега и негибућега, а пена плаћена али не, обьта иста катуша рече под свою кушенцїю да е учинила ту продаю од свое добре воле и да ни прнправлена од свога мужа и да касива закон веннал та иштромена т тврдо стои.

А то писах їа поп петар син брајка ковача з дубачнице нодар пубалики свою руку право и верно како слишах од едне стране и друге.

Ово е едини документъ на словенскомъ езику, кои самъ нашао у млетачкомъ архиву за могъ бављеня тамо, и то у одѣленю нѣговомъ судскомъ; али ће ій по своой прилици бити тамо и више. Писанъ е на листу пергамена, ситнимъ глаголскимъ словима, као што се на приложеномъ снимку подъ № 1 видити може.

Осимъ тога нашао самъ у протоколу писаномъ на кожи год 1421 до 24, у комъ су тайна писма уколѣногъ вeћа, (secr. cons. rogator. lib. VIII.) словенску азбуку, кою е писаръ на чистомъ предпоследнѣмъ листу за себе прибележіо, и коя е приложенѣ у снимку подъ № 2.

(Слѣдоваће азбучни показатель имена.)
(Sequetur index alphabeticus nominum.)

BELGRADI
in typographia principatus Serbiae.
1 8 6 2.